

R. 13476

T A N N O T A

TIONEST GVLIELMUS
MITHVDAEI PARISIENSIS,
SECRETARII REGII,
IN XXIII. PANDE-
CTARVM LIBROS,



Ad Ioannem Deganaum Franciae
Cancellarium

*off. de
Don nicolas
Torturiano*


DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. 2. C. 22. N. 15.

VIRTUTE DVCE,



N. A.

LVGDVNI APVD SEB.
GRYPHIVM,
1551.



0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18

R. 13476

TANNO TA

TIONEST GVLIEL,

MIBVDAEITPARISIEN-

SIS, SECRETARII REGII,

IN XXIII. PANDE-

CTARVM LI-

BROS,

ROS

Ad Ioannem Deganiium Francie

Car.

*ff. de
Don nicolas
Antoni...*

DE LA LIBRERIA

DEL REAL COLEGIO MAYOR

Reunido de Santa Cruz, y

Santa Catalina.

E. 2. C. 22. N. 15.


VIRTUTE DVCE,



LVGDVNI APVD SEB.

GRYPHIYM,

1551.




3

G V L I E L M I B V

DAEI PARISIENSIS, REGIS

Secretarij, in Annotationes ad libros Pandectarum
Præfatio, ad illustrissimum uirum

Io. Deganauium, Cancellarium Fran-
cie.



VAE res mihi in primis exoptanda fuit, uir illustrissime Ioanes Deganaui, ea mihi hoc tēpore forte (ut spero) fortuna euenit. Nā cum ab hinc septē plus minus menses, paulo post quam tu ad principē istum magistratū assumptus es, Annotationes quasdam in Pandectis scribere cepissem, iam inde in mentē mihi uenit faciendum omnino mihi esse, ut hi nostri commētarioli parum ab autore me futuri plausibiles, amplum aliquod nomen augustamq; præferrent exeuntes in publicum: cuius uelut auspicijs freti, ancipitem iudiciorum aleam securē experirentur. Hoc autē me animo agitantem fama recentis tui honoris, qua omnia hic loca publica priuataq; personare cœperant, diutius quærere quo mihi erat opus nō fuit. Ea uerò ut tum me admonuit quid mihi agendum esset, ita nunc libro iam iam prodituro aduentanti tu Principi præcurrrens, sic in hanc urbē in ipso (ut aiunt) articulo uenisti, ut non modò oblatum te mihi, sed etiam (nisi longē fallor) appositum existimare debeam, cui librum meum dicatum, in manum etiam porrigerem primo omnium uidentū. Etenim nisi casus me aliquis necopinantem deiecit, uideor mihi non spernando
a 2 amoris

4
amoris loco apud te pridem, dudum, modò fuisse, ac nunc etiam esse. Cuius rei documēta haud obscura dedisti, cum res ita nostra tulerūt, tametsi nulla mea in te officia, nulla unquam obsequia constitiissent. Literarū nonnulla commendatione tantū tibi notus eram, cætera prorsus omnia nihil ad te attinens. Verum id extra causam est. Hoc uerò causæ proprium, quòd ea ratio est libri nostri, ut nisi magno aliquo patrocínio defendatur, uix eum ab incendio uindicaturum me sperem. Magna enim simul inuidia, simul infamia flagraturum opinor, nisi tuo paucorumq; testimonio excitanda mox à multis inuidia restinguatur. Quippe eiusmodi res dicere aggressus sum, ut si doctorū hominum statera expendatur, nec à leuitate, nec ab inscitia proficisci, nec procul à uerò abesse uideri possint: sin uulgi trutina examinentur, nihil æqui boniq; laturum ex hominum iudicio sperare me debeā. In quo tamen illud est iniquitatis, quòd inter eos quos de causa nostra in consilium huius libri editione mittimus, sessuros complures uidemus, qui ad summam ignorantiam inustum etiam inexpiabileq; odium literarum meliorum allaturi domo sunt. In quarū literarū autoritate cardo dijudicandæ rei haud dubie uertitur. Quòd si ex more forensium iudiciorū iniquos nobis homines atq; adeò ex professo inimicos ex iudicum albo reijcere possemus, ingenti sanè fiducia ad iudicium doctorum bonorumq; accederemus. Nunc id non licet, ac nihilo secius tamē subeundam sic quoq; aleam putauimus, una maxime re freti, quòd à qua parte stetisse doctos bonosq; constiterit, ibi calculorum uictoriam esse homines utique interpreta buntur. In huiusmodi enim ferè iudicijs appendi sententiæ, non numerari solent. At qui unde tu steteris, inde quoque plerosq; bonorum staturos esse confido

5
confido. Nam quæ est autoritas non modò magistratuum antiſtitis, sed etiam tua (tecum enim nunc, non cum Cancellario loqui uideor) quotus quisq; doctiorum in sententiam tuam transire dubitabit? Tuam ego autoritatem appello eius hominis auctoritatem, qui per omnes ætatis progressus totidem honorū ciuiliū gradus suo pte nixu, nullo manum porrigente scandens, non antè quàm ad culmen honorum euasit, scandendi finem fecit: ut non fortuna beneficio, sed suo merito peruenisse eò credi possit. Cuius ea uis fuisse ingenij atque animi cernitur, ut quocumque loco natus esset, in quocumq; tempore incidisset, fortunam ipse sibi facturus uideretur. Qui cum in reliquis uitæ partibus honoratissimos gerendo magistratus, tanquam poëta, doctus, in primis fabule partibus populo perplacuerit, in extremo eodèq; summo actu, omnibus animi uiribus effusis ingentem theatro toto plausum excitaturus existimetur. Proinde in te uno per multis suffragijs periclitari mihi uideor. Quare te alloquens, bonos omnes tecum exorandos habeo, ut si qua temere aduersus receptæ atque adeò sacrosanctæ hæctenus autoritatis scriptores dixisse primo statim occurſu uidebor, quasiq; iurisperitorum maiestatem suggillare uoluisset: ea non ex mea fiducia, nimia dicam an incauta? sed ex rebus ipsis potius nullo receptarum opinionū præiudicio utentes, etiam etiamq; æstimare in animum inducant: iudiciumq; ad finem perfecti libri sustinere, nec magnis autorū nominibus opponendis, ueritati præscribere quodā nunc postliminio longo interuallo redeunti. Neque enim me latet quàm sit arduum uetustis nouitatem, nouis autoritatè, dubijs fidem, obſcuris lucem dare. At enim in Catonis reprehensionem incidi, qui culpam deprecari quàm culpa uacare malui, ut ille quondam

Albinus, qui homo Latinus cum res Romanas oratione Græca scriptitasset, uenia se dignum esse censebat, si quid in historijs suis aut parum cōpositè, aut minus eleganter scriptum esset, ob hoc à Catone derisus. Sic prouidentioris fuisse dicent (ut opinor) æquitatis iniquitatisue iudiciorum tanto reatu periculum non facere, quàm nuac sero errorem facinoris ancipitis deprecari. Hoc in loco cum hererem, subiit illud de Diogene memoria proditum à Græcis autoribus. Philip. Alexandri Magni pater cum expeditionem aliquando apparare in Corinthum diceretur, Corinthij prætrepidi, rerumq; suarum satagitantes, ad opera certatim incumbere cœperunt: hic arma sibi comparans, ille lapides congerens, alius muros in altitudinem substruens, nonnulli propugnacula firmantes, alij aliud agentes, quod ad munitiones pertineret. Quod eorū studium Diogenes cum cerneret, nihil habens aliud commodius quod ageret (nullus enim ad remp. administrandam opera eius hominis utendum existimabat) extemplo philosophico pallio præcinctus, doliū illud suum fictile quod gurgustij nicem præbuisse ei dicitur, subuolucere, deuoluere, ultro citroq; uersare per uicinum urbi collem cœpit. Admirante autem quodam eius amico ac percunctante, Quidnam id agis o Diogenes? Voluo (inquit ille) ego quoque doliū, ne unus inter tot operi intentissimos cefator esse uidear. Sic & ego cum otij rationem reddendam esse censerem homini quidem aliqua facultate prædito, aut certè literis his initiato, doliū uoluere institui, ne desidia aut inertia emarcuisse crederer, alijs ad rem attentissimis, atque in umbraculis domesticis animum despondisse, quod mihi à uiris haud spernendis non semel obiectum est. Id modò periculum est ne cum otij mei rationem

tionem constare tibi paucis que præterea uolui, doliū fortè fictile ac fragile per loca interim petrosa per que aspera imprudens obuoluerim, id est, nec ubi stylo indulgens in offensionem quoque bonorum, eorumque quibus approbare hoc meum opus uolebam, incautius impegerim, atque ita contractum doliū, librumque conuicijs laceratum referā, spemq; meam irritam & inanem euasisse sentiam: ille ego qui aliquod operæ pretium iugè eodèq; semestri labore fecisse mihi uidebar. Quod si mihi contigerit, Attilianum illud in me illico paratum esse scio. Satius siquidem esse dictabat Attilius otiosum esse quam nihil agere, id est, quàm inaniter uexari, ut Sisyphus ille in fabulis, uolens & ipse saxum, sudans nitendo nec proficiens hilum. Sed fortuna quæ famam rebus pretiamq; constituit (ut inquit Curtius) istud quoq; uiderit, operā enim tantum præstare ac propositū candidum, non etiā euentū iudicij potui. Itaq; si mihi fortuna defuerit, nō tamē ipse mihi decero. Nec si secus nostra interpretentur homines, mærori propterea me daturus sum, quasi oleum operāq; perdiderim. Sunt enim, sunt quædā quæ nō modò alienis, sed meis etiā amicorūq; ponderibus examinanda ducam, dièq; tandē confido tanquā æquum iudicē, unde ius steterit, inde uictoriā daturā. Antimachus clarus poëta, ut autor est Cicero in libro de Claris oratoribus, cōuocatis auditoribus cum legeret quoddā suū uolumē, omnesq; eum legentem præter Platonem reliquissent, Legam (inquit) nihilominus, Plato enim unus mihi instar est omnium. Et rectè, inquit Cicero. Poëma enim reconditum paucorum approbationem assensumque postulat. Similiter ego ut tecum quamplurimos scriptis nostris calculam candidā adijcere optauerim, sic si id fieri nequit, te certè cum

uno & altero prima sententia uiris adesse mihi sperem, omniumq; instar uos esse existinem, ut ueluti suffragium Mineruæ (ut aiunt) emeritus esse uidear. Nihil autem habet nec fortuna tua maius quam ut possis, nec mēs tua melius, quam ut uelis, ad ueritatem indagandam (præsertim quod ad res Gallicas attinet) excitare studiosos. Quod uero ad eos pertinet qui ueritati obstrepere, ac quo iure quaq; iniuria tueri malè parta animis obstinauere, nec doceri uelle quæ perperam didicerunt, nullus est mihi locus ueniæ. Proinde ab huiusmodi nec ius nec iniuriam deprecor; accipiendas enim mihi plagas pro re nata uideo. Verum hoc unum saltem exorari se sinant, *πάραφορ σὺ μὲ ἀνδροφ*, inquit Alcibiades ad Euribiadem sublato scipione loqui eum uetantem, *Feri sanè*, inquit, & audi. Sic isti sanè feriant dum audiant. Vulnus etiam recipiam (ut dicitur) si modo Marte suo plumbeo impugnare me institerint, nec in flammam conijcere inuidiæ concitata. Annotiones nunc in quatuor & uiginti libros Pandectarum edidi: in reliquos editurus cum aliquantisper interquieuero, si modò per otium ac ualitudinem licebit, quæ me hoc inceptum non modò intermittere diu, sed etiam abrumperè abijcereq; coëgit. Parisijs, Pridie Nonas Nouembris, Millesimo quingentesimo octa uo.

GVL

G V L I E L M I

B V D A E I P A R I

SIENSIS, REGII

SECRETARIA

R II,

ANNOTATIO

NES IN LIBROS

PANDECTARUM

R V M.

Ex lege. De iustitia & iure.



IS est ars boni & equi. Ius. Accursius hunc locum enarrans, aliud Bonum esse censet, aliud Aequum; nec satis hoc explicat. Nos uero rem animaduersione dignam esse iudicantes, explicandam latius censuimus. Ius est (inquit Donatus Grammaticus) quod

omnia recta & inflexibilia exigit. Aequitas est, quæ Aequitas. ex iure multum renuttit. Terent. in Adelph. Ille ut item Aequum. me habeat, facio sedulo, do, prætermitto, non necesse habeo omnia pro meo iure augere. Nō est (inquit Donatus) necesse seuire patrem: hoc est, suo iure agere. Et mirè (inquit idem) ostendit Terentius, ius non nisi necessitate esse seruandum. Inde meo iure, tuo iure, suo iure: de quibus

Ex bona fide.
Bonū & æquū.

bus alibi dicendum. Iulianus de contractibus bonæ fidei loquens, in his contractibus, inquit, alter alteri obligatur de eo quod alterum alteri ex bono & æquo præstare oportet. Id est, non de eo solo quod cautum est. Quod citam ex bona fide dicitur alibi ab eodem. Paulus, Desijt enim bonum & æquum esse iniuriarum condemnari eum qui æstimationem præstitit. Papinianus. Quæsitū an ad heredem necessarium, cum se bonis non immiscuisset, sepulchri violatione pertineret? Dixi rectè cum hac actione uti, quæ in bonum & æquum cõcepta est; id est, ut inquit Accursius, non seruato iuris rigore, scilicet quæti æquum esse uidebitur. Aristoteles lib. v. Ethicorum, de iustitia & iure copiose disputans, duo hæc tanquã differentia ponit, non tanquam genere diuersa, ius & æquum bonūq; id est, ut ipse appellat, τὸ ἰστὶ τῶν νόμων ἀδικαίων, ἢ τὸ ἐπιεικὲς. Bonum & æquū, inquit, cum sit cuiusdam iuris, ius est præstantius uel melius: non autem ut genus aliud æquum & bonum, iure præstantius est. Porro æquū et bonū ius est, non illud quidè lege cõprehensum, id est, legitimū; sed legitimi iuris emendatio, hoc est, ἐναρμόθωμα τῶν νόμων. Siquidè cum lex posita sit in uniuersum, sint autè quædã de quibus uniuersim caueri non potest, lex tamè nihilo secius in uniuersum loquitur necessitate coacta, tametsi id rectè fieri nequit. uidelicet lex id quod plerunq; accidit, amplectitur, errati ipsa sui conscia: quanquam id non legis aut legislatoris, sed rei ipsius peccatum est. Sic enim natura cõparatum est, ut omnia quæ aguntur, eodem legis præscripto cõstitut non possint. Idem in 111. Polit. Oportet, inquit, leges rectè latas summã potestatem habere: magistratum uerò siue unus siue plures sint, eorum potestatem habere, de quibus lege ca-
τὸ ἐπιεικὲς. ut

ut Aristoteles uocat, id est, æquum & bonum, emendatio est iuris scripti, quod ipse τὸ ἀδικαίων appellat, quatenus τὸ ἀδικαίων. scilicet aliter de nonnullis statuit, de quibus lex ferri non potuit in uniuersum, quod ipsum ut fiat, decreto opus est uel plebiscito. Quippe indefinitarum rerum indefinita & norma esse debet: ut quemadmodum in Lesbia structura ^{Lesbia structura} plumbea norma adhiberi solet, quæ ad lapidis formã trans- ^{ra.} formari possit, & subinde immutari; sic ad huiusmodi specics rerum, cum usus uenerit, decreta accommodari oportet legi derogantia. Τὸ δὲ ἀόριστος ἀόριστος ἢ ὁ κανὼν ἐστὶν, ὡς πρὸς τὴν τῆς Δεσβίας ἀνοδομαῖς ὁ μολύβδινος κανὼν. πρὸς δὲ τὸ σχῆμα τῆς λιθῆς μετὰ κινεῖται, ἢ ἐ μὲν ὁ κανὼν, ἢ τὸ ἄριστον πρὸς τὰ παράγωγα. Quibus uerbis (si quidè rectè uertimus) Aristotel. significat eos iudices quibus ex bono et æquo iudicare, aut legibus, aut moribus licet (cuiusmodi sunt suprema tribunalia, quæ præscripto iuris usquequaq; non astricta sunt, id est, quæ interdum pro re nata liberam causarum disceptationem habent) æquo & bono ita uti debere, ut cementarij fabri & structores Lesbia norma utuntur. Cum enim ceteri fabri soleant structuras suas ad normam exigere: Lesbij soli plumbeam normam ^{Lesbij fabri} habentes, pro arbitrato suo flexibilem & subinde mutabilem, ita ad normam structuram suam exigunt, ut interdum si lapidis natura non facile ad structuram æquabilis peruicerit, normam ad structuram inflectant: & structuræ normam, non normæ structuram accommodent: quod scilicet opus suum consummari possit: Sic & suprema tribunalia interdum non modò iuris præscriptū, sed ne suarum quidem sententiarum præiudicia sequuntur, prægrauante æqui boniq; lance in perpendendis temporum, personarum, locorum, & alijs qualitibus. Proinde
Arist

Epīces. Aristoteles uno uerbo Epīces appellat, quod nostri equū & bonum dicunt, & interdum equitatē, ut Aristoteles

Epīcia. Epīcian. Male igitur & inscite Accursius equū & bonum distinxit. Hanc Aristotelis Epīcian, nō iam uulgus,

Epicaia. sed etiam literati Epicaian uocant. indeq; uerbum Epicaizare faciunt, ut proculcatissimū ac maxime protritum (Quis enim non hoc uerbum identidem in ore habet?) ita à paucis satis ut arbitror intellectū. Quod autem epicaizare dicunt, Latine dici debet ex aequo & bono statuere,

Ex bono & aequo arbitrari, &c.

Επιαισι? quod si nobis permittamus uno uerbo dicere, epicaizare dici debet, non epicaizare, ἐπιαισι? quod dicitur, & ex fide bona statuere apud antiquos. hinc cōtractus bonæ fidei dicti, à stricti iuris cōtractibus distincti. Ius autē quod strictum Iuriscōsulti dicūt, Aristoteles ἀκριβοδίκαιον uocat,

Ακριβοδίκαιον. quasi ius exactius duriusq;: et qui illud equitati præferūt, Acribodicæi ab eodē dicuntur, quasi præduri interpretes iuris, quasiq; deterioris iuris studiosi usurpatoresq;. Iudicem enim æquum & bonū describens, qui Epīces ab ipso dicitur, ita inquit, ὁ δὲ τῶν τοῖς τῶν προαιρέσιμος, καὶ πρακτικὸς, καὶ μὴ ἀκριβοδικαῖος ἐπὶ τῷ χεῖρορ, ἀλλὰ ἐλαττωτικὸς καὶ τὸ ἐχῶρ νόμον βουδόν, ἐπιαισις ἐστίν. Virūq; autē horū Cic. in oratione pro Cecinna elegāter descripsisse paucis uerbis uidetur: Istum locum, inquit, fugis & reformidas, & me ex hoc (ut ita dicā) campo æquitatis, ad istas uerborū angustias, & ad omnes literarū angulos reuocas in his ipsis intercludere uis insidijs quas mihi conaris opponere. Nō deieci, inquis, sed eieci. peracutū hoc tibi uideatur. Hic est mucro defensionis tuæ, in eum ipsum causa tua incurrat necesse est. Verba sunt Ciceronis resellentis eum qui in causa interdīcti non se ui de fundo deieciisse Cecin-

nam.

nam, qui ad fundum usque metu non accessisset: sed eieciisse dicebat, quia accedere ausus non esset. Ego enim, inquit Cicero, tibi refro, si non sum ex eo loco deiectus quod prohibitus sum accedere: at ex eo sum deiectus, quod accessi, unde fugi. Quibus uerbis appositissimē refelli possunt Iuriscōsultorum recentiorum cauillamenta, qui huiusmodi uerborum aucupijs argumenta ualidissima elicere se credunt ad noua quedam iuris dogmata constituenda, quasi unaquæque syllaba iuris & ciuili & pontificij uim suam quandam certamq; obtineat. Stricti autē iuris uocabulum peculiare est Iuriscōsultorū ut & alia pauca. reliqui scriptores id summū ius appellant. Cicero in 1. Offic. Existunt etiā sepe iniuriæ calumnia quadā et nimis callida iuris interpretatione. ex quo illud, Summū ius, summa iniuria, factum est iam tritū sermone pro uerbiū. Terent. in Heauton. Neq; tu scilicet eò nunc cōfugas, quid mea? num mihi datum est? num illa oppignerare filiam meā me inuito potuit? Verū illud Chreme dicunt, Ius summū sepe summa malitia est. Columel. lib. 1. de officio patris familiās erga colonū loquēs, Summum ius, inquit, antiqui summā putabant crucem. Inde summo iure agere dicebāt, pro eo quod est non ex aequo & bono, sed iniquiore quodam iure & præfracto. Cicero pro Cecinna, Non enim minus laborat Cecinna ne summo iure egisse, quā ne certū ius non obtinuisse uideatur. Vult, inquit Cice. Cecinna hanc me causam uerbosius explicare, non quod euentum litis timeat, quippe qui certissimo iure nitatur, si uti uelit iure sibi legibus moribusq; cōcesso: sed causam suam iudices uult uobis æquam probari non modò certam, & æquitate quoque non modò iure niti. Idem, Nam ceteri tum ad istam orationem decurrunt, cum se in causa putant habere æquum

Strictum ius.

Summum ius.

Summo iure agere.

et bonum quod defendant: si contra uerbis et literis et (ut dici solet) summo iure contenditur, solent eiusmodi iniquitati boni et aequi nomen dignitatemque opponere. Hoc ipse alibi ad extrema et inimicissima iura decurrere dicit: de eo loquens qui bona ex edicto possidenda postulabat, cum tamen alia uia suam seruare posset. Et pro Quintio, Si quid in controuersiam ueniret, aut intra parietes, aut summo iure experiretur. Id est, aut inter amicos disceptandam rem permitteret citra iudicium, et extra cancellos forenses, aut apud iudicem concessio sibi legibus aut moribus iure uteretur, id est, rigore iuris ad extremum non decederet. Et ad Atticum lib. xv. Ego si me non improbius Dolabella tractasset, dubitasse fortasse utrum remissior essem, an summo iure agere. At qui Ciceroniam illi sententiam in 1. Offic. congruit illa Pauli Iurisconsulti sententia, qui de bono et aequo loquens in tract. de uerborum oblig. lege, Si seruum, ita inquit, In hoc genere plerumque sub autoritate iuris scientia perniciose erratur. Hoc illud est etiam Solomonis Ecclesiaste vii. Noli esse iustus multum, neque plus sapias quam necesse est, Μα γινε δίκαιος πολὺν, ἢ ἢ σοφίης περισσόν. id est, noli esse aequus, ut Aristoteles uocat, Secundum hoc uidetur non cuiusuis hominis esse ἐπιεικέα tractare, quā Cic. nunc aequum bonum, nunc equitatem uocat: ut in Bruto, Hoc, inquit, cum saepe alias, tum apud Centumuiros in causa M. Curij cognitum est, ita enim multa Crassus tum contra scriptum pro aequo et bono dixit, ut hominem acutissimum Quintum Scaeuolam, et in iure in quo causa illa uersabatur peritissimum, obrueret exemplorum argumentorumque copia. Tranq. in Claud. Nec semper praescripta legum secutus, diuitiam lenitatemque multarum

Intra parietes experiri & disceptare.

ἐπιεικέα.

rum ex bono et aequo perinde ut afficeretur moderatus est. Nam et iis qui apud priuatos iudices plus petendo formula excidissent, restituit actiones, et in maiore fraude conuictos legitimam poenam supergressus, ad bestias condemnauit. Quintil. lib. i. i. i. Quo loco tamen iudicis natura noscenda est, iuri magis, an aequo sit appositus. Id est, ἐπιεικέτης. Idem in v. i. Narrandum ne et quomodo, iure pugnandum an aequo. Interdum aequum bonum sine copula dicitur. Cicero in Bruto, Deinde aequum bonum, testamentorum sententias uoluntatesque tutatus est. Inde illa locutio, aequi boni facio, apud eundem ad Atticum lib. vii. Tranquillissimus autem animus meus qui totum illud aequi boni facit. Terentius, Caterum equidem istuc Chreme aequi bonique facio. Liuius, Caterum si uos nec cura ciuitatis, nec exemplum, nec periculum mouet, nos aequi bonique facimus. Id est, non indignamur, aequo animo ferimus, et bene interpretamur. Et aequum bonum impetrare, pro eo quod lingua uernacula dicimus, habere rationem ab aliquo, id est, ius suum obtinere, rem suam recipere. Cicero in Philip. i. i. Igitur a quo uiuo nec praesens nec absens quicquam aequi boni impetrauit, apud mortuum factus est gratus. Terentius in Phor. Dic quid tibi uelis dari in manu, ut herus desistat his litibus? Nam sat scio si aliquam partem aequi bonique dixeris, tria non commutabitis hodie uerba inter uos, id est (ut uulgus loquitur) si ad rationem uenire uolueris. Huius aequi boni utinam tam studiosos non modo causidicos, sed etiam Iuriconsultos haberemus, quam fuisse ille putatur Seruius Sulpitius, cuius meminit Pomponius in titulo proximo. De quo in Philip. ix. Cicero ita inquit, Nec uero silebitur admirabilis quaedam et incredibilis et penes diuina eius in leg

Aequum

Aequi bono

Aequum impetra

Ser. Sulpitius

In iuris nō iu-
riticō cōsultos.

legibus interpretādis, æquitate explicādis sciētia. Omnes qui ex omni ætate hac in ciuitate intelligentiam iuris habuerunt, si unum in locum conferantur, cum Seruio Sulpitio non sunt comparandi. Neq; enim ille magis iuris cōsultus quā iustitiæ fuit. Itaq; quæ proficiscebantur à legibus & à iure ciuili, semper ad facilitatem æquitatemq; referebat. Neq; constituere litium actiones malebat quā controuersias tollere. Hastenus ille. Huic si similes neoterici Iurisconsulti extitissent, id est, si tam æqui boniq; studiosi quā iuris summi fuissent, nec magis se iuris quā iustitiæ cōsultos uideri & esse exoptassent: immēsa illa & numerosa commentariorum iuris uolumina haudquam reliquissent, materiam & fomitem accendendarum litium: quibus nunc uita passim flagrat, incendio quidem uix unquam deflagraturō: quippe causidicorum calūniatorumq; commentis quasi facibus in dies inualescentibus, iudicumq; indulgentia litigiosis non satis infensorum, ueluti aura quadam aspirante. Eorum uoluminum auctores, si enumerare ipsi eorum studiosi uelint qui bibliothecas in speciem iustæ doctrinæ confertissimas habent, nomenclatore plerisq; eorum opus sit. Huiusmodi librorum bona ex parte superuacaneorum congerie, prisca illa germanaq; maiestas iuris prudentiæ obruta est: primumq; circa tempora Alexandri Principis: & subinde Iustiniani auspicijs, & Tribuniani ductu atque operâ restitui instaurariq; cœpta est uerius, quā instaurata: nunc uerō insana scripturientium eorum que sequacium contentione etiam deleta: utpote cum scribentes sua scripta enarrationum uicem obtinere non contenti, citari se iam & (ut uerbo iuris utar) laudari pro legislatoribus uelint, ex uotoq; obtinuerint, eorum uerō sectatores labori

labori suo consulentes, per illa interpretationum uelut latifundia fructum se iuris studij percipere gaudeāt, in quibus spinosa salebrosaq; iuris loca, runcata (ut ita loquar) complanataq; ab ipsis iuris magistris minore negotio percurrere se credant: inconsultos eos fortasse putantes qui per confragosa Pandectarum senticosaq; loca nullo præsertim quæstu misere conflitentur. id uerō uita tranquillioris incommodum, quod minus accideret, ne Iustinianus quidem ipse uno & altero edicto quamlibet imperioso præstare posteritati potuit. Adde consilia, atq; etiam (si Dijs placet) cautelas, ut ipsi uocant, id est, uafritas meras & commentitia uerborum aucupia, simplicitati uulgari & probitati ciuili sæpenumero imponentia, aduocatis ansam calumniandi præbentia, Iudicibus interdum inextricabilia, optimo iuri persæpe captiosa, quæ tamen nonnulli palmaria esse putant. Nec eos sefellit opinio, nulla enim scripta iandiu apud eos qui Rempublicam gerunt, plausibilia extiterunt, maiusq; studium sibi uendicantia. Proinde Ciceronianum illud ex tertio Officiorum exclamare libet: Sed nos ueri iuris germanaq; iustitiæ solidam & expressam effigiem nullam tenemus, umbra & imaginibus utimur: eas ipsas utinam sequeremur. feruntur enim ex optimis naturæ & ueritatis exemplis. Quantum igitur inter istos & Caium illum Aquilium interesse putamus, cuius prudentiam populus Romanus in cauendo non in decipiendo perspexit, si Ciceroni credimus: ut qui iuris ciuilis rationem nunquam ab æquitate seimxerit: qui tot annos ingenium, laborem, fidem suam populo Romano promptam expositamq; habuerit: qui ita iustus & bonus uir fuerit, ut natura non disciplina cōsultus fuisse uideatur: ita peritus & prudens, ut ex iure ciuili non scientia
b solum

In cautelas iuris.

C. Aquilij laus.

solum, uerum etiam bonitas nata esse uideatur: cuius tantum ingenium erat, tam propria fides, ut quicquid inde haurires, purum liquidumque te haurire sentires. Sed uerore ne e portu statim egrediens impingam, ut dicitur, qui receptae autoritatis scriptoribus in principio opusculi mei bellum indicere mediter: continuoque adueniens (ut Plauti uerbis utar) pilum reprehensionis iniiciam. Proinde (ut eodem reuertamur unde digressi sumus) cum aequum et bonum dicimus, absolutam bonitatem aequitatemque significamus, et iuris (ut ita dicam) medullam germanamque iustitiam, quam censendo assequi non cuiusuis est Iurisperiti. Augustinus libro secundo de Ciuitate: An forte pop. Rom. propterea leges non sunt a numinibus constitutae, quia (Sicut Sallustius ait) ius bonumque apud eos non legibus magis quam natura ualebat? Bonum pro aequitate dixit. Inde aequitatem animi dicimus, rectam animi constitutionem, tranquillamque affectionem omni indignatione uacantem, *ἄνυσιν* Graeci uocant. Cicero pro Marcello, Saepe enim uenit ad meas aures te idem istud nimis crebro dicere, Satis te tibi uixisse. Hic tu modum uitae tuae non salute Reip. sed aequitate animi desinies? Id est, putas ne te propterea satis uixisse, quod aequo animo et citra indignationem mori potes, et annos praeteritos non requiris? Idem de Senectute: Quid quod sapientissimus quisque animo aequissimo moritur, stultissimus iniquissimo? Plaut. in Aulularia: Pol si est animus aequus tibi, satis habes qui uitam colas. Animus aequus est in hoc loco moderatus et tolerans et minimè querulus in aduersis. Cic. in Pisonem, aequitatem absolute dixit: Quo quidem in spectaculo mira Reipub. aequitas erat, uter eorum perisset, tanquam lanista in eiusmodi pari lucrum fieri putabat. Ex ijs quae diximus

Aequum & bonum.

Aequitas animi.

Animus aequus.

mus (ut arbitror) satis illa uerba Vlpiani explicata sunt. Ius est ars boni et aequi, et quae sequuntur. Circa hoc enim philosophari (ut uerbo eius utar) hoc est, omni animi intentione incumbere, proprium est Iurisconsultorum institutionum. Ex quo colligere possumus id quod antè dicebamus, studium nunc iuris prorsus ab antiquo illo ueroque degenerasse, nisi uero arbitrabimur Philosophiam, id est, studium sapientiae, quaestuariam olim fuisse: numariumque praenuntium, unicum laboris sui finem Philosophos antiquos (quales se Iurisconsulti esse uolunt) sibi proposuisse. id quod nostri temporis ferè Iurisperiti faciunt, qui etiam ut plaudendum id et laudandum profiteri ac gloriari solent. quod utrum ita agendum nec ne Vlpianus censuerit, cum ex hoc loco, tum ex illo libri quinquagesimi Digestorum facile intelligi potest: cuius haec uerba sunt: An et Philosophi professorum numero sint habendi? et non putem. non quia non religiosa res est, sed quia hoc primum profiteri eos oportet mercenariam operam se spernere. Proinde nec iuris quidem ciuilibus professoribus ius dicent. est enim res quaedam sanctissima ciuilibus sapientia, sed quae praetio nummario non sit aestimanda. Aut nisi Philosophos eos esse censuimus, qui nullas philosophiae partes attigerint, imò qui liberalibus omnibus disciplinis, id est, non quaestuosis, sibi suisque interdicere soliti sunt. denique qui sui professionis autores minime omnium intelligere possint. De quibusdam loquor, non de elegantioribus, qui iam multi extiterunt. Philosophi ipsius, inquit Cicero lib. 1. de Orat. qui unius omnia penè profitetur, est tamen quaedam descriptio: ut is qui studeat omnium rerum diuinarum atque humanarum uim, naturam, causasque nosse, et omnem bene uiuendi rationem tenere et persequi, nomine hoc appelletur. Propter-

Philosophari

Iuris prudentia olim non fuit quaestuarium.

Philosophi professio.

Jurisprudētia. ea, inquit Vlpianus, iuris prudentia est diuinarum atque humanarum rerum motitia, iusti atque iniusti scientia.

Encyclopædia **Q**uæ uerba Accursius simpliciter & crassa, ut dicitur, Minerva intellexit. Hæc illa est encyclopædia, de qua Fabius libro primo: Vt efficiatur, inquit, orbis ille doctrinæ quem Græci encyclopædiam uocant. Inde illud Vitruuij lib. primo. Cùm autem animaduertent omnes disciplinas inter se coniunctionem rerum, & communionem habere, fieri posse facillè credent. Encyclios enim disciplina uti corpus unum ex his membris est composita. Itaque qui à teneris ætatibus eruditionibus uarijs instruuntur, omnibus literis agnoscant easdem notas, & communicationemq; omnium disciplinarum, & ea re facilius omnia agnoscunt. Hanc M. Tullius libro tertio de Orat. concentum doctrinarum omnium consensumq; uocat. Ecquid igitur Philosophos huiusmodi esse censebimus, disciplina rum præter unam omnium non modò ignaros, sed etiam contēptores? Ego uerò φιλοσόφος potius uocitandos censerim, ἢ φιλοδοξῶν. Quod (ne quis putet de Iurisperitis in uniuersum me dixisse) de illis intelligi uolo sinistra

Philodici. Minerva natis, quos Græci μισοκάλως uocant, omnē literarum elegantiam nitoremq; dicēdi perosos, ab omnibus doctrinis humanioribus abhorrētes, rusticos, inuenustos, illepidos, hircosos. Qui, nisi ut uillicus allium, ita ipsi barbariem ubiq; ac semper oboluerint, decorum illud Accursianæ sectæ seruare se non credunt: homines affectatæ rusticitatis, qui ne sic quidem satis sua tueri sibi uidentur, nisi elegantia studiosos laceessant maledictis. Sunt enim, ut dixi, sunt alij iam non paucissimi qui iuris peritiam festiuoribus literis & elegantioribus, uelut condiendam putarint: sunt etiam qui aliarum disciplinarum cognitione admin

adminiculatiorem eam reddāt. quibus hæc nostra qualiacunque sunt legenda edidimus. qui si quædam scite dicta sunt, percipere ac probare poterunt: sicubi in præcipitato opere hallucinati sumus, si ignorantia lapsi (ut nō uno aut altero in loco facillè potuimus) benignè condonare, incipitibus boni consulere, ac candidè omnia interpretari dederunt. Verumenim uero quid de iuris studio censeam (quandoquidem id etiam ad hoc nostrum institutum pertinet) malo Ciceronis uerbis quàm meis respondere: qui in dialogis de Oratore in persona Lucij Crassi, magni illius Oratoris ac Iurisperitissimi, de facilitate perdiscendi iuris ciuilibus in hunc modum loquitur: Omnia enim sunt posita, inquit, ante oculos, collocata in usu quotidiana, in congressione hominum atq; foro: neq; ita multis literis ac uoluminibus magnis continentur. Eadē enim sunt lata primū à pluribus: deinde paucis cōmutatis uerbis, etiam ab ijsdem scriptoribus scripta sunt sepius. Accedit uerò quò facilius percipi cognosq; ius ciuile possit (quò minime plerique arbitrantur) mira quædam in cognoscendo suauitas & delectatio. Nam si quem hæc aliena studia

Iuris perdiscendi facilitas.

Effigies antiquitatis duodecim tabulis.

b 3 cont

continentur. Ex ijs enim cum dignitatem maximè expectandam esse uidemus, tum uerò & iustus ac honestus labor honoribus, præmijs, splendore decoratur. Vitia autè hominum atq; fraudes damnis, uinculis, ignominijs, uerbis, exilijs, morte multantur: & docemur non infinitis cōcertationumq; plenis disputationibus, sed autoritate nutuq; legum domitas habere libidines, coercere omnes cupiuitates: nostræ tueri, ab alienis mentes, oculos, manus abstinere. Fremat omnes licet (dicā quod sentio) bibliothecas mehercule unus mihi uideatur x i i. tabul. libellus, si quis legū fontes & capita uiderit, & autoritatis pōdere, & ubertatis utilitate superare. Hactenus ille. Cuius autoritati nemo, nisi improbus derogare fidē ausit, quod librū eius de Claris Orat. legerit: in quo libro sic inquit: Ego autè iuris ciuilibus studio multū opera dabā Q. Scæuolæ Publij filio: qui quanquā nemini ad docēdum se dabat, tamē cōsulentibus respōdendo, studiosos audiendo docebat. Idem pro Muræna de sciētia iuris loquēs. Difficilis autē res ideo nō putatur, quoniā perpaucis & minimè obscuris literis cōtinetur. Itaq; si mihi uehemēter occupato stomachum mouerint, triduo me Iurisconsultū profitebor. Quo in loco multa de iuris sciētia differit, sed causæ inseruiens: quapropter ille locus pōdus fortasse non habet tantæ autoritatis. Macr. lib. i i. Satur. de lege Licinia loquens: Lex uerò hæc, inquit, paucis mutatis in plerisq; cū Fānia cōgruit. in ea enim ferēda quæ sita est nouæ legis autoritas, exolefcēte metu legis antiquioris: ita Hercules ut de ipsis duodecim tabulis factū est: quarū ubi cōtēni antiquitas cœpit, eadē illa quæ illis legibus cauebatur, in alia latorū nomina transferunt. Vtinā uerò Cic. ipse fecisset id, quod in persona eiusdem Craſi loquēs, cogitasse se

aliqui

aliquando dixit, ut iuris ciuilibus disciplinam in artis rationem formamq; redigeret: Si enim, inquit, aut mihi facere licuerit quoddam iandiu cogito, aut alius quispiam aut me impedito occuparit, aut mortuo effecerit, ut primum omne ius ciuile in genera digerat, quæ perpaucis sunt: deinde eorum generum quasi quedam membra dispartiat: tum propriam cuiusq; uim definitione declaret, perfectā quidem artem iuris ciuilibus habebit magis magnā atq; uberem quā difficilem atq; obscuram. Atque interea tamen hæc quæ dispersa sunt coguntur, uel passim licet carpentem & colligentē undiq; reperi ista iuris ciuilibus scientia. Nemo autē qui Ciceronis libros legerit Oratorios & Philosophicos, difficile hoc factū fuisse Ciceroni contendet. Quid enim non explicare potuisset illa uis ingenij? quid non illustrare ille orationis splendor? quid deniq; nō enarrare exuberans illa rerum omnium præsertim politicarum copia? Nisi uerò impar huic oneri ingenium illius fuisse credi potest, qui uniuersa Philosophiæ dogmata sinuosis disputationum meandris implicita, primus unusq; à Græcis accepta, miro cōpēdio explicata nobis tradidit: homo à foro & Senatu nunquam ferē nisi peregrē aut in dissensionibus ciuilibus feriat. Quanam autem ratione fieri id potuerit, ipse his uerbis docet in primo de Oratore: quæ quin huc trāsferiberē, tēperare ipse mihi nequiuisset, usque adeo & uerbis, & re ipsa oblectatus sum. Omnia, inquit, quæ sunt cōclusa nunc artibus, dispersa & dissipata quoniam fuerūt: in Musica, & numeri & uoces & modum in Geometria, lineamenta, formæ, interualla, magnitudines: in Astrologia, cœli cōuersio, ortus, obitus, motusq; siderum: in Grammaticis, Poëtarum pertractatio, historiarum cognitio, uerborum interpretatio, pronuntiandi

b & quid

quæ duodecim tabularū.

Cicero iuris peritissimus.

Ciceronis propositum de iure ciuili in arte redigendo.

Ciceronis laus.

De artibus.

quidam sonus: in hac deniq; ipsa ratione dicendi, excogitare, ornare, disponere, meminisse, agere, ignota quoddam omnibus & diffusa late uidebantur. Adhibita est igitur extrinsecus ars quaedam ex alio genere, quod sibi totum Philosophi assumunt: quæ rem diuisam dissolutamq; conglutinaret, & ratione quadam constringeret. Sit ergo in iure ciuili finis hic, legitimæ atq; usitatæ in rebus causisq; ciuium æqualitatis conseruatio: tum sunt genera notanda, & ad certum numerum paucitatemq; reuocanda.

Finis iuris ciuilis.

Genus.

Genus autem id est, quod sui similes communionem quadam, specie autem differentis, duas aut plures complectitur partes. Partes autem sunt, quæ generibus ijs, ex quibus emanant, subiiciuntur. Omnia quæ sunt uel generum, uel partium nomina, diffinitionibus, quam uim habeant, est exprimendum. Est enim diffinitio earum reum quæ sunt eius rei propriæ quam diffinire uolumus, breuis & circumscripta quaedam explicatio. Hisce ego rebus exempla adiungerem, nisi apud quos hæc haberetur oratio cernerem. Hactenus ille. Nos uerò exempla ab eodem sumamus ex libro Topicorum: quem librum ad Trebatium hominem Iurisconsultum scribens, exemplis ex iure sumptis illustrauit: quo uel uno libro documentum ingens dedit se studio iuris operam plenam dedisse. Diffinitiones igitur (ut inquit ipse) aliæ sunt partitionum, aliæ diuisionum.

Partes iuris ciuilis.

Partitionum, cum res ea quæ propozita est quasi in membra discerpitur. ut si quis ius ciuile dicat id esse quod in legibus, Senatusconsultis, rebus iudicatis, Iurisperitorum auctoritate, edictis magistratum, more, æquitate consistat. Diuisionum autem diffinitio formas complectitur quæ sub eo genere sunt: quod diffinitur hoc modo: Ab alienatio est eius rei quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu,

aut

aut in iure cessio inter quos ea iure ciuili fieri possunt. Dicendum quis sit diffinitionis modus. Sic igitur ueteres præcipiunt. cum sumptis ea quæ sint ei rei quæ diffinire uelis cum alijs communia, eousq; persequi, dum proprium efficiatur quod nullam in aliam rem transferri possit, ut hoc: Hereditas est pecunia, quæ morte alicuius ad quempiam peruenit iure, nec ea aut legata testamento, aut possessione retenti. Gentiles sunt qui inter se eodem nomine sunt, qui ab ingenuis oriundi sunt: quorum maiorum nemo seruitutem seruini, qui capite non sunt diminuti. Reliqua de genere & forma, id est specie, de differentia partitionis & diuisionis & alia eodem pertinentia. Cice. ab Aristotele accepta, Trebatio amico suo tradidit, compendiosa paraphrasi in Latinum sermonem uenustissime traducta. Quin & Ciceronem librum edidisse de iure ciuili in artem redigendo, autor est Gellius libr. primo Nocturnum Atticarum, qui etiam locum ex eo libro citat. Hoc illud est autem quod Pomponius infra de origine iuris de Quinto Scauola dixit, qui ius ciuile generatim primus constituit in libros decem & octo redigendo. Proinde si quis olim felice aliquo seculo existat, Bartholo aut alio quopiam primi nominis uiro Iurisperitia non inferior, Dialectica atq; instrumento omni Philosophico mediocriter instructus, orationis facultate Vlpiani aut Iuliani Pauli uel æmulus, qui Principem nostro non inferiorem nactus sit: cuius exemplum atq; auctoritatem sequi, & in cuius leges iurare (ut antiquum uerbum usurpem) bona pars Europæ non dubitet: is igitur unus aut plures, si præscriptum illud Ciceronianum, aut aliud non ab simile imitati, ex quinquaginta Pandectarum libris & duodecim Codicis eorumq; appendicibus, adde etiam, si placet, ex Bartholi, Baldi, reli-

Diffinire.

Gentiles.

b 5 quor

De constituen-
da ratione iu-
ris ciuilib.

quorumq; paucorum amplissimi nominis & primarie aucto-
ritatis commentarijs, non iam centrones ut olim Tribunia-
nus (uir alioqui doctissimus sui seculi, si Suda credimus)
sed iuris artē componat, sanctionesq; legū, consulta Sena-
tus, edictorū interpretamenta, Iurisperitorum placita,
interpretū decreta, in mores recepta, equitate prægrauā-
tia, omnia nunc uaga & sparsa, ac nulla certa artis ratio-
ne circumscrip̄ta, ratis fixisq; iustæ artis præceptis, quate-
nus rei natura tulerit, quasi quibusdam cancellis circunda-
tis cōcludunt, nimirū res humanæ longè melius constitutæ
uidebūtur, nec (ut nunc) ciuilia iura, quibus homines liber-
tatis retinētissimi æquissimo animo seruiunt, cuiusuis scri-
pturietis libidini obuia exposita; erūt, dūtaxat si Prin-
ceps ille hoc præstare edicto potuerit, qd' Iustinianus Au-
gustus nequiuit: id est, ut nihil ijs qui se iuris professores di-
cūt, in eā cōpositionē ultra scholasticā prælectionē liceat.
Alioqn quis erit finis litū, si nulla certa fuerint semelq; re-
cepta Iurisperitorū decreta? E cquid autē usque adeo fi-
xiū ratūq; esse potest, ut nō hæc siue intēperantia, siue im-
pudentia, siue etiā scribēdi quædā libido intēperijs (ut di-
citur) acta, & labefactare faciliē & ad extremū cōuellere
euertereq; possit? Id quod si quis iure fieri defenderit, an-
niuersarios utiq; nobis Imperatores ingeniosos homines
atq; ambitiosos suboriri uidebimus, q̄ alia atq; alia in dies
orbi terrarū iura cōdant, qui præteritorū seculorum con-
stanti persuasione recepta abrogare audeāt, qui leges de-
niq; figere, refigere pro animi sui libidine non dubitent:
sicq; res exitum haud dubiè non inueniet, cū scribentes
aucupandæ famæ cupidi (ut est humani ingenij natura) di-
cta maiorum resellere, Pandectarum ac constitutionum
scripta inuertere, distorquere, cōtorquere, corrūpere uim
antiq

Antiquorum scriptis asferre, uerborum aucupia, syllaba-
rum tendiculas, literarū decipulas cōmisci: nihil deniq;
nō inceptare in animū induxerint illustrandi nominis sui
gratia. Nam quod adhuc fecerūt, faciuntq; permulti recē-
tiorū, quid est aliud quàm ius ciuile calumniari, uerbaq;
legū captare: id quod Paulus faciendū esse negat, in titu-
lo, Ad exhibēdum. Sed hoc illud est profecto: homines in-
geniosi ijdemq; ambitiosissimi, ut diximus, indignātur ar-
gumētum sibi præceptū à maioribus ostentandū ingenio-
rum suorū, omnemq; scribēdi materiam consumptam esse
summissim fremūt ab ijs qui anteuerterūt. Itaq; res eō tā-
dē redigetur, ut censentes in iudicijs prout his aut illis au-
toribus addicti fuerint, & (ut ita dicā) in huius aut illius
factionis uerba iurauerint, quo iure quaq; iniuria, & ut
Græci dicunt, καὶ δυνάτως καὶ ἀδίκως, res iudicandas di-
strahant: id quod semel tuēdum susceperint mordicus re-
tinentes. Adde speciosos prætextus ambitiosorum, sordi-
dorum, iniquorū, id est, inensorū iudiciū: qui corruptissi-
mas sententias cuiuslibet enarratoris autoritate obiecta,
quò magis uulgò inauditi, eo plausibilioris (sic enim asso-
let) pertinacissimè tuebūtur. Hoc autē quàm sit pernicio-
sum, ex uerbis Ciceronis intelligi poterit: O rem præcla-
rā, inquit, uobisq; retinēdā Iudices, quod enim est ius ciuile,
quod neq; inflecti gratia, neq; perfringi potētia, neq;
adulterari pecunia possit? Quod si nō modò oppressum,
sed etiā desertū aut negligētius asseruatum erit, nihil est
quod quisquam se habere certū, aut à patre accepturum,
aut relidurū liberis arbitretur. Idē alibi: Nihil est enim
hoc sublato tam diligētiter quàm ius ciuile retinēdū. Etenim
hoc sublato, nihil est quare exploratum cuiquam possit
esse quid suum, quid alienum sit: nihil est quod æquabile
inter

inter omnes, atq; unum aut omnibus esse possit. Haec lenus Cicero. Hunc statum esse hodie litium disceptandarum nihil ut satis certum esse possit, quis est paulo prudentior qui inficiari aufit: utpote cum prudentum responsa per secula alia atq; alia inter se acerrime pugnēt. Id uerò utrum auctore Iustiniano faciant, ipsi uiderint, quum eius uerba in Institutionibus legerint, sub rub. de fideicommissarijs hereditatibus: ex sententia, ut uidetur, Papiniani sumpta: Nobis, inquit, in legibus magis simplicitas, quam difficultas placet. Proinde, ius est ars boni & æqui, inquit Vlpian. cuius merito, quis nos sacerdotes appellat. Nos, inquit, merito iuris sacerdotes à quodam dicti sumus: siquidem sanctissima res est ciuilibus sapientia. Quemadmodum autem apud antiquos sacerdotes sui singulis Dijs consecrati erant, qui de futuris atq; agendis consulentibus responsa dabant, sic uenerandi illi Iurisconsulti omni genere literarum instructissimi, gratuita nō questuariam iuris prudentiam habentes, in publicum quotidie prodeuntes, unicuiq; ciui consulendos se antiquo instituto praebebant: & tanquam oracula iustitiæ themidisq; promebant: hoc est, responsa boni & æqui plena. Vnde Seruius Sulpitius iuris antistites appellatus est, auctore Quintilian. ut sacrorū antistites, antistitesq; dicebantur. quomodo & Plinius libro septimo Platoni, inquit, sapientiae antistiti Dionysius tyrannus uitatam nauē misit obuiam. Enim uero Themis apud Græcos, id est, ius, fasq; Dea esse credita est, auctore Festo, quæ suaderet hominibus id petere quod fas esset: eandemq; esse ipsam atq; fas existimabāt: unde Themistes oracula & consilia consultaq; & lege sancita dicuntur Eustathio teste Homeri enarratore. i. ut ipse inquit, τὰ μαντήα, αἰ βελά. καὶ τὰ βελδύματα, καὶ τὰ νομοθετήματα.

Sacerdotes iuris.

Seruius Sulpitius.

Antistites.

Themis. Fas.

Themistes.

θετήματα. Alij themin uel themista (utroq; enim modo dicitur) ius & iustitiam esse putant: eademq; consiliorū oraculorumq; praesidem esse. propterea Homerū Θειστήδωρ uerbū, quod uaticinari & oracula dare significat, pro lege ferre, iura reddere, accepisse Odyssæ decimo, Θειστήδωρ ἄλκιμος & Παίδωρ ἠδ' ἀλόχορ, ἔδ' ἀλλήλωρ ἀλέγχοσι. Sed & Δία Dea iudiciorum praeses dicitur: quæ diuio etiam ius significat: ob id Græcè dicta, quia lites & contentiones dirimat: eiusq; Dea diaconi & ministri, δικασταί, id est, Iudices dicitur, quasi litium dirēptores. Eustathius enarrans illud Homericum in i. Iliad. Νῦν αὖ τέμιμ' ἦες Ἀχαιῶν ἐν παλάμαις φορέσοι, δικαστοῖοι, οἳ τε θεμιστὰς Πρὸς Διὸς ἐρύτταν: dicen & themin idem esse autumat, propterea, inquit, δικαστοῖος, id est, eos qui circa reddenda iura uersantur, Thesmophylacas esse significat, id est, legum et institutorū custodes diuinitus praefectos. Quod munus, inquit, regium esse Homerus significat: Regibus enim sceptrum nota est iustitiæ, hasta uerò symbolon fortitudinis. Accursius peracutè sanè (ut solet plerunq;) sacerdotes hoc in loco absolute intelligit, nō iuris sacerdotes, atq; etiam (si Dijs placet) sacerdotes mœrentē ad pœnitentiā adhiberi solitos, aut, ut ipse inquit, pœnitentiā dantes: quasi uerò Vlpianus huiusmodi sacerdotes nouerit, qui magister scrinij Alexandri principis fuit, et in eius consilio princeps: cum quo etiā Pōponius, Alphenus, Africanus, Florentinus, Martianus, Callistratus, Hermogenes, Venuleius, Celsus, Proculus, Metianus, Triphonius, Modestinus, omnes iuris professores si Lāpridio credimus, discipuli omnes Papiniani: qui iuris asylii dictus est, & doctrinæ legalis thesaurus, ut auctor est Spartianus in Seueror: ab Antonio Caracallo ob id occisus

Θειστήδωρ.

Δία. Dice.

δικαστοῖοι.

Thesmophylacas.

Sceptrum. Hasta.

Vlpianus & ceteri legisperiti.

occisus q̄, parricidiū eius excusare nolisset. Antonius uero Pius Iurisper. usus est Saluio Valente, Volusio, Metiano, Vlpio, Marcello, & Iaboleno, ut autor est Capitol. et Scauola Marco Philosopho in cōsilio affuit & sanciedis legibus. Adriano autē affuerunt antiquiores Iulius Celsus, Saluius Iulianus, Neratius Priscus. hi autem omnes principes Rom. ut eorū maiores. Christianam religionē nō agnouerunt. licet eorum postremus Alexander Christus & Abrahamū inter animas sanctiores in larario coeuerit. Similis est ignorātia Accursij uel seculi potius Accursiani, quæ hac ætate ridicula est: in lege ult. infra, de mortuo inferen. ubi pontificū Vlpianus meminit. de collegio Pontificū loquens, a quo ius Pontificium apud antiquos dictum, quod Accurs. ad nostros Pontifices retulit. Age uideamus (quādoquidē hucusq; prouecti sumus) quid id scit quod ciuilem scientiam rem esse sanctissimā Vlpianus dixerit. Sanctū, inquit Macr. lib. III. Saturn. est interdum quod nec sacrū, nec religiosum est, ut Trebatius libro Religionum refert: Sancta ad uos anima atq; istius inscia culpa: Descendam, inquit Turnus lib. XII. Aenei. Sanctam, inquit, animam incorruptā uoluit ostēdere. Et illud eiusdem: Tuq; o sanctissima cōiūx, Felix morte tua. In quo castitatis honorē incorruptē uxoris amplexus est. Vnde & sanctæ leges, quæ pœnæ sanctione corrūpi uentantur, ὁμοίω dici potest. Hæc ille. Eodem modo sanctius ærarium ab antiquis dictū est, quod prorsus intactū erat, ex quo nihil promi licebat ob annuas necessitates. Liu. li. VII. secūdi belli Pun. Cætera expediētibus quæ ad bellū opus erant Cōsules aurum uicesimarium, quod in sanctiore ærario ad ultimos casus seruabatur, promi placuit. Cicero in Verrem actione quinta: Primum mihi literas quas

Alexander
Imperator Ro
manus.

Sanctum.

ὁμοίω.
Ærarium fan
ctius.

in ærario sanctiore conditas habent, proferunt. De Syracusanis loquens. Et ad Atticum libr. septimo: Attulit man data ad Consules ut Romam uenirent, pecuniam de sanctiore ærario proferrent. Sic sanctius sacrarium. Quint. lib. undecimo: Illic fundamēta sunt, illic opes uelut sanctiore quodam sacrario recondite: Ita ne uerō res sanctas sacerdotibus solis attingere nullo reclamante licebit: rem uerō sanctissimam ciuilem sapientiam: nulla pecunia, ut inquit Tullius, adulterabile, magno uoluminū numero, sed certo tamen circumscriptā, edicto imperatorio munitam, scripturiētis cuiuslibet libidini contrectandā contemerdamq; publicus consensus permittet: Ego uerō non modō sanctas leges, sed etiam sacrosanctas habendas esse censuerim, ut sacrosancti magistratus olim dicti sunt, qui nō sine capitali piaculo attingi uolenter poterāt, ut Tribuni plebis apud Romanos autore Plin. lib. septimo. Liu. li. I. x. ab urbe condita: Tum Posthumius interea: Dedite, inquit, prophanos nos quos salua religione potestis, dedetis deinde & istos sacrosanctos cū magistratu abierint. Idem Paulisper intercessum est à Tribuni plebis, pro eo quod spondendo pacē seruassent exercitum pop. Rom. pœnam nullam meritos esse, neq; ad extremum cū sacrosancti essent, dedi hostibus uiolari ue posse. Cic. pro Corn. Primum enim sacrosanctum esse nihil potest, nisi quod populus plebs ue sanxisset. deinde sanctiones sacrandæ sunt aut genere ipso aut obtestatione et cōsecratione legis aut pœnæ, cū caput eius qui contrā fecit, consecratur. Idē in Catil. Quid enim expectas? bellū? quid ergo in uasitate omniū tuas possessiones sacrosanctas futuras putas? Sacrosanctas intactas dixit & ab omni iniuria tutas. Hinc sacrosanctæ potestas Liuio libro x. pro tribunitia; & sacrosanctæ ecclesiæ

Sanctius sacra
rium.

Leges sanctæ.

Sacrosancti;

Sacrosanctæ
potestas.

ecclesiæ à Iustiniāno dictæ in qbus est ius asyli. Ideo principes Romanos legimus tribunitiam potestatem assumere sibi solitos, ut augustiores se & sacrosanctos facerent: id quod in numismatis quoq; eorū extat. Tranquillus in Augusto. Tribunitiam potestatem perpetuam recepit, in qua semel atq; iterum per singula lustra collegā sibi cooptauit. Tacitus libro duodecimo: Accurrunt patres, decernitur Othoni tribunitia potestas & nomen Augusti, & omnes principum honores. De hac potestate multa Cicero libro tertio de Legibus. Maxime igitur oportuit post edictum illud Iustiniāni quod extat titulo de ueteri iure enucleando (uulgò nunc ut uideo neglecto, sed tamen non spernēdo si emēdatē legatur) uolumina iuris nostri tribunitiā potestatem accipere: ut omnibus prorsus scribentibus nihil in ea licuisset, nisi hactenus ut indices rerū tantummodo &

Paratitla. titulorum argumenta quædam ascriberent, quæ Paratitla, ut ipse inquit, dicuntur, quasi titulis apposta. sin ad uuum refecare uideor, post Bartholum certē & Baldum attingere ea nulli oportuit licere, ut certa fixa q; aliquando Iuriconsultorum dogmata essent, nostratibusq; cum

Demothenes. Transalpinus de iuris tandem apicibus conueniret. Demothenes ille Oratorum præstantissimus, Romanæ eloquentiæ, id est, Ciceronianæ exemplar, ut iudicare possunt qui orationes utriusq; non oscitanter legerunt, in ea oratione quæ τὸ πρὸς Λατίνων inscribitur, Solonem commemorat inter alia cum legibus suis hoc quoq; instituisse, cum lex aliqua rogatio ue ad populum ferretur, ut à legislatore primum recitaretur: deinde ut in loco maxime celebri conspiciuq; proscriberetur ad tertiam concionem usq; (non aliter atq; Romæ leges trinundino die promulgari solitas esse, Macrobio referente legimus) inde Scribæ ut daretur palam

palam pro concione legenda, ut si quid cuiquā non placeret id in mediū proferret. & si ea tum quoq; populo placuisset, ita demum nomothetis daretur postremum exploranda: qui uti eam probassent improbassent ue, ita proferretur antiquaretur ue. Hi autem nomothetæ ex Iudicum numero deligebantur, ut eam operam populo iurati ipsi nauarent. Sed operæ pretium mihi uisum est locū ex oratione eius Latine, ut potero, uertere: quo res tota melius intelligi possit. Cum igitur Demothenes in illo iudicio legē Solonis Scribæ legendam dedisset (ut tum moris erat in iudicijs factitari, & fuit postea in Romanis) & ille recitasset, ita tum ipse subiecit: Intellexistis ne igitur uiri Athenienses quā rectē atq; ordine leges promulgandas Solon instituerit: iam primum apud uos & quidem iuratos, utpote apud quos alia quoq; & constitui & rata haberi solent: deinde qui legem tulisset antiquæ legi contrariam, hunc abrogandæ antiquæ legis causas expromere prius uoluit, tum demum suam nouamq; rogationem proferre in medium, hanc cum illa componentem. Hoc idem, ut una tantum, uno quoq; de negotio lex esset, nequando uulgus indoctum legum contrariarum dissidentia conturbaretur. Ita enim demū legum peritissimis spem præcidi posse ratus est negotium facessendi populari simplicitati, cum æquabilis facultas omnibus esset, & legēdi & perdiscendi plana & dilucida iura. ἵπ' εἰς ἢ τῶν ἐκείνων νόμῳ & καὶ μὴ τῶν ἰδιώτας αὐτῶ τῶ τὰ ἀπ' αὐτῶν, ἢ τῶν ἀπαύτων εἰδῶ τῶν νόμους ἐλαττοῦ ἔχαμ, ἀλλὰ πᾶσι μὴ τῶν ἀναγνώσων, ἢ μαθητῶν ἀπλᾶ ἢ σαφῆ τὰ δίκαια. His Demothenis uerbis satis illa Ciceronis congruunt de facilitate perdiscendi iuris. Nunc eò res redacta est, ut nulla ætas huic studio sufficiat, ceu uerò scita plebis indoctæ, edicta

Vna uno de negotio lex esse debet.

Prætoris plerunq; semidocti: Principū sanctiones & imperia interdū præcipitata, consulta Senatus nonnunquam ambitiosa, aut per meū Principū extorta, aut per assentationē effusa, aut necessitate aliqua expressa, deniq; ambigua sæpe iuris prudentium responsa, id est eorū qui suffragatorum precibus aut summi beneficij loco à Principe impetrauerant ut iuris prudētes essent, & de iure publicè responsitarent: hæc, inquam, omnia quasi Sibyllinorum carminum instar sint, aut oraculorum propheticorum, ac nunquam satis enarrata, fœcunda hominū ingenia & ad omnes disciplinas (si per præscā iuris facilitatem licuissent) uersatilia, æternum exercere debeant: ut ille quondā scriptus, & à tergo necdū finitus Orestes. Inde illæ cantatissimæ controuersiæ de diuiduo & indiuiduo, de sinitate, de pacto nudo, necdum tot uoluminum textura uestilo, & aliæ huiuscemodi sinuosissimæ quæstiones, in quibus tanquā apud Sirenijs scopulos consensescere claris atq; grandibus ingenijs necesse est. unde nobis illa malorū Ilias orta, ut est in prouerbio: dum res iudicata nunquā præiudicata sunt: dum res sæpe ac diu disceptata ac decreta, nunquā semel decreta sunt, amniuersaria utiq; foxtura suborietium aliorum super alios doctorum dogmatumq; & præscā, obsoletaq; maiorū scripta posteris relinquentium: denique dum singuli iuris apices non modò pugnā, sed etiam bellum intestinum inter hos, illosq; factiosos cicere possunt. Quanam igitur fronte huiusmodi non modò cōmentaria, sed etiam commētitiā tuebuntur, qui Neratij dictum illud legerint? In omni parte error, in iure non eodem loco quo facti ignorantia haberi debet, cum ius finitum & possit esse, & debeat. An huius tēporis finita esse iura dicere perfrictā fronte audebunt, cum iuris professorum inter-

Malorū Ilias,

pretam

pretamenta citra criticorum censuram ius ab autore sumant: quasi uerò Pythagoricorum institutū in mores orbis terrarum receptum sit: de quo Marcus Tullius libro primo de Natura Deorū sic inquit: Nec uerò probare solo id quod de Pythagoricis accepimus: quos ferunt, si quid affirmarēt in disputādo, cum ex ijs quæreretur quare ita esset, respondere solitos: Ipse dixit (ipse autē erat Pythagoras) tantū opinio præiudicata poterat, ut sine ratione ualeret autoritas. Quemadmodū igitur Pythagorici aduēs tēpæ dicebant, id est, ipse dixit: sic Alexander, sic Paulus Castrensis, sic Fellinus dixit, inquit: sic deniq; unus quiuus ex illa turba scriptorū qui luculentis præscorū consultorum scriptis Cimmericas (ut dicitur) tenebras multis in locis offuderunt. Proinde causa, ut uidetur, non satis idonea est, cur tantopere sese admirarentur isti, suæq; sorti gratulentur, qui unicā hanc iuris sciētiam quasi filiolum exosculantur, suam (id quod Cicero quondam ad Sulpitium loquens dixit) id est, qui præ isto studio iuris omneis alias disciplinas despectui habere solent, tametsi liberæ ipsas nomine et in genuas, attamē inopes (ut ipsi dicunt) nec ut hanc unā iuris sciētiam ex suorum spolijs quæstiuosas, quæ ex ciuilibus tantū ipsa manubijs ornare sese potest. Iurifconsultorum olim superbiam cum ferre non posset Caius Princeps, quasi sciētiam eorum omnem usum aboliturus, sæpe iactauit se hercle esse turum ne quid respondere possent præter æquum & bonum, quantò minus quorundam nostri temporis ferenda est? qui certè si molesti esse pergant, arcem se literatorum tenere censentes ac diditantes, ad Fabium eos iudicem haud iniquum certè Iurifconsultis protinus uocabimus: qui de huiusmodi loquēs hominibus, ita inquit in primo: Difficultatis patrociniā

Autoritas Pythagorica.

De æquo & bono respōditare

præteximus segnitie, neque enim nobis operis amor est: nec quia sit honesta & rerum pulcherrima ciuili sapientia, petitur ipsa: sed ad uilem usum & sordidum lucrum accingimur. Dicant sine humanioribus disciplinis in foro multi & acquirant, dum sit locupletior aliquis sordide mercis negotiator, & plus uoci suæ debeat præco. Hæc ille. Desinant igitur eorum improbißimi alios habere de-

Mataotechni. spectui, & quasi ut Græci uocant μάλορ̄χϋος, id est, inanium artium studiosos, incescere iuuenes ingenios, liberalioribus disciplinis deditos: qui fructum studiorum suorum non stipe aduocationum, aut capturis rerum iudicandarum, sed ex animo suo ac contemplatione & scientia petunt, perpetuum quidem illum, nec fortune subiectum. Ne igitur nimium sibi placeant in hoc forensi plausu, aut etiam per palatium ultro citro uolitantes, idem Fabius libro x i i. multos se cognouisse ait, qui tædio laboris quem ad eloquentiam tendentibus, id est, rerum omnium politicarum cognitionem, perferre necesse est, con fugerint ad hæc diuerticula desidiæ: quorum alij ad album se ac rubricas transtulerunt, & formularij, uel (ut ait Cicero) legulei quidam esse maluerunt, tanquam uilliora eligentes ea quorum facilitatem sequebantur. Cicero pro Murena ad Seruium Sulpitium loquens: Quapropter (inquit) non solum illa gloria militaris uestris formulis atque actionibus anteponenda est, uerum etiam dicendi consuetudo longè & multù isti uestre exercitationi ad honorem anteceller. Itaque multi nubi uidentur initio multò hoc maluisse, id est, dicendi facultatem: post cum

Aulcedi. id assequi non potuissent, istuc potissimum sunt delapsi, Prouerbium. id est, legulei sunt facti: ut aiunt in Græcis artificibus eos aulcedos, id est, tibicines, esse, qui citharæ di fieri non possunt.

sunt. Agedum (quandoquidem hucusque præter institutum nostrum prouecti sumus) uideamus quæ sit ista tantæ operæ scientia, quæ propemodum sola literatos ad doctos uiros in Gallia existimari ac uocitari facit. Marcus Antonius Orator ille nobilis apud Ciceronem libro primo de Oratore: In Oratore autem, inquit, acumen Dialecticorum, sententiæ Philosophorum, uerba propè Poëtarum, memoria Iurisperitorum, uox tragicæ dorum, gestus penè summorum artificum est requirendus. Hic ultimas propè partes, id est, memoriæ fiduciam Iurisperitis tribuit. Fabius: Omne ius, inquit, quod est certum, aut scripto, aut moribus constat, dubium æquitatis regula examinandum est, quæ scripta sunt aut posita in more ciuitatis nullam habent difficultatem: cognitionis sunt enim, non inuentionis, at quæ consultorum responsis explicantur, aut in uerborum interpretatione sunt posita, aut recti prauique discrimine. Vm cuiusque uocis intelligere aut commune prudentium est, aut proprium Oratoris. Aequitas optimo cuique nouissima est. Verum hoc istis persuaderi non potest, qui leges non ab homine scriptas ac conceptas, sed de cælo delapsas esse credunt, ut Tertulliani uerbis utar, in quibus etiam sensus altissimos, & qui anagogici, id est, abstrusi dicuntur, reconditos esse putant, nec unquam satis enarratos. Eorum uerò gloriationis præcipuum literarum meliorum studio sis sratium fuerit, istam legum scientiam non modò singulis seculis, sed etiam lustris interpolabilem esse: de qua profectò Plinianum illud ex libro uigesimo nono parodia haud inconcinna usurpare possumus: Mutatur ars, inquit, (de Medicina loquens) quotidie, toties interpolis, & ingeniorum Italiae flatu impellimur, palamque est ut quisque inter istos noua comminiscendo pol-

Quid in Oratore requirendum.

Iuris diuifio.

De iuris perditæ faciitate

In leguleos.

Sententia Plinij i Leguleos.

Tertullianus
de legis peritis

leat, Imperatorem illico uita nostrae necisq; fieri: ceu uerò non millia gentium sine huiusmodi leguleis degant, nec tamen sine legibus. Audiant igitur homines sortis suae admiratores, audiant Tertullianum in Apologetico Christianorum ad proceres Romani imperij (quos ipse legum tutores appellat) ita dicentem: Miramini hominem aut errare potuisse in lege condenda, aut respuisse in reprobanda? Nonne & ipsius Lycurgi leges à Lacedaemonijs emendatae tantum auctori suo doloris inusserunt, ut in secessu inedia de semetipso iudicaret? Nonne & uos quotidie experimentis illuminantibus tenebras antiquitatis, totam illam ueterem & squalentem syluam legum, nouis principalium rescriptorum & edictorum securibus truncatis & caditis? Eant igitur nunc isti, qui omnia studio iuris tribuunt: & sese hominum solos hac una peritia iuris beatos & sapientes & rerum humanarum arbitros, atq; adeò diuinarum esse praedicent: dum tamen hoc constet, omnium gentium moribus ut nomismatum, sic nomorum, id est, legum usum uarium & identidem mutabilem omni aeuo fuisse, & has enim & illas temporario principum populorumue consensu, non suapte uel potestateq; ualere. Intolerandus certe est ineptiorum quorundam fastus, qui è studio iuris cum carris librorum redeunt, uelut Aegyptiorum opibus suffarcinati, reliquos omnes literarum studiosos sic ut inanes inopesque asperrantur, uelut ex paleis multis modicam frugem aut etiam nullam colligentes, qui si aliquando cogitarent diuitias illas suas uδραματιος ωδρωπ, ut dicitur, id est, figulinas opes esse unico Principis edicto fragiles (quod futurum est aliquando ingenti generis humani felicitate) nimirum altiores illos ac sesquipedales spiritus deponeret, de ineptis loquimur, disciplinarumq; expertibus. De Pandectis uerò

uerò quid sentiam, malo alienis uerbis quam meis dicere. Prodeat igitur aliquis Latinorum aestimator idoneus. Is erit Laurentius Vallensis, uir certe cum Latine doctissimus, tum uerò alienorum scriptorum Iudex ut optimus, sic nunquam ambitiosus & ueritatis amantissimus: id quod inuidiosum nomen eius uulgo reddidit, ut iam publico consensu Latine ignorantium tanquam iniquus Iudex ferè reijciatur. Is igitur Laurentius censor ac criticus quamlibet etiam morosus, ut illis quidem uideatur, Elegantiarum suarum libro tertio, sic inquit: Relegi proximè quinquaginta Digestorum libros ex plerisque uoluminibus Iurisconsultorum excerptos: & relegi cum libenter, tum uerò quadam cum admiratione. Primum, quòd nescias utrum diligentia ne an grauitas, prudentia an aequitas, scientia rerum an orationis dignitas praestet, & maiori laude digna esse uideatur. deinde, quòd haec ipsa ita in uno quoque eorum sunt egregia & perfecta, ut uehementer dubites quem cui praeferendum putes. Et paulò post: Quod eo magis, inquit, in Iurisconsultis est admirandum, quòd ij inter se etiam seculis distant, licet omnes post Ciceronem: ideoq; quibusdam in uerbis ab eo differentes, quales omnes usque à Vergilio atq; à Liuiò fuerunt. Nam Ser. Sulpitij atque Mutij Scæuolæ nihil extat: sed alterius Mutij recentioris. Et prisca quidem Iurisconsulti quales, quanti q; in eloquendo fuerint, iudicare non possumus: quippe quorum nihil legimus. his autem qui inter manus uersantur, nihil est (mea sententia) quod addi adimue possit, non tam eloquentie (quam quidem materia illa non magnopere patitur) quam latinitatis atq; elegantiæ: sine qua caeca omnis doctrina est & illiberalis, praesertim in iure ciuili. Hæc ille: atq; alia eòdem pertinentia satis liberaliter, nec pro solita eius

Vallensis laus.

Pandectarum
laus.

Barbara uocabula à leguleis recepta.
 Proscriptio.
 Proscripti.
 Praeconiocitati.
 Repercussio.
 Relatio.
 Retortio.
 Describere.
 Exemplum recognitum.

Opinabile.
 Legibus soluerere.
 Species legis.
 Proferri donationem.
 Eques.

Scribendi occasio.

seueritate. Huius, inquit isti legulei, quid nobis cum elegantia? nobis tam placent guerra aut treuga, & laudum & bannum, & banniti & retorquitio: quam illis bellum & induciae & arbitriū & proscriptio & proscripti aut praeconio citati, & repercussio uel relatio ac etiam retortio. Antiqui Iuriconsulti exscribere ac describere dicunt & exemplum sumere, nos exemplare dicimus. illi exemplum recognitum, nos exemplatum collationatum. Antiqui & qui Latine locuti sunt, conditiones quasdam arbitrarias & in potestate nostra uel in nobis sitas dixerunt: nos potestatiuas dicimus. illi necessitatem quandam praecisam & absolutam, & quandam conditionalem, id est, hypotheticam: nos causatiuam, quemadmodum & stipulationem alternatiuas dicimus pro distinctionibus: & putatiuum pro opinabili: & dispensare, pro legibus soluere: & casum legis, pro specie: quo etiam Iustinianus saepe usus est, quod & thema & propositum dicitur à Cicerone & Quintiliano. Insinuare donationem, pro profiteri: militem, pro equite: recusare Iudicem, pro reijcere: quod & eiurare nonnunquam dicitur. aequum & iniquū Iudicem antiqui dicere solent: nos suspectum & fauorabilem & non suspectum dicere maluimus: per multa quoque huiusmodi quae proprium destinatumque uolumen desiderant, ut infra triduum, pro intra. Sic est disciplina iuris, ut uentā facere melius & congruentius sit dicere, quam in re praesentē uenire. Denique multa Gallicè, nec minus uēdibiliter inter nostros dicimus quae Latine ignoramus. Apagesis istas sermone lautitias, sordida nos delectat uerba & triuialia, atque etiā in nostris sutrinisque, proculcata. Verū illud Laurentij elogium me impulit ut diligentius Digestorum libros legerē. qua in lectione cum multis in locis uolumina ipsa

ipsa partim mutilata, partim mendosa inuenitum uerò (quod flagitiosius esse multò arbitratus sum) uerba multa non triuialis sed antiquae ac probae monetae, in alienum usum ignorantia temporū translata esse animaduerti. Ea indignitate permotus, ausus pridem incōsultius temereque iactare inter amicos, me aliquando facturum ut Pandectae emendatius atque intelligentius legeretur, uidelicet uiribus nostris necdū nobis exploratis: nec praestandae rei difficultate satis excussa pēsitataque. Cuius me incepti cum postea perpigeret, triennio partim multa causatus, partim peregre agens, liberatū me iri tandē hac molestia libēter mihi persuadebam: ueluti huius incepti temeritate situ quodam obliuionis contexta atque sepulta. Ecce autem huius negotij securum appellantis amicis, & tanquam procrastinati debiti arcessentibus, spontaneaeque pollicitationis admonitu identidem cunctationē meam uellicatibus, eō tum me sensi feroculē euectum, unde pedem proferre pudor uetet, ut inquit ille, continuoque aut rem suscipiendam mihi, cui par Horat. in arte. omnino non essem, aut temeritatis manifestū ac confessum ludibrio mox omnibus me futurū. Ibi uerē aestuantem me, & sententijs alternantē impulit amicus quidam meus uir amplissimae curiae: qui mihi huius incepti non modò auctor, sed etiam efflagitator fuit. Is mihi industriae meae sponsor (ut ita dixerim) apud me fuit. Perpulit enim hoc sibi me credere, si operā enixē nauarē, nihil non eiusmodi euasurum quod ipse facere instituissem: causanteque me inuidiosum hunc laborem non gratiosum fore, qui tam ancipitis euentus facinus designare nunc ausus essem, homo prope nullius in re literaria nominis, ad extremum susceptae rei euentum fide sua esse iussit. Eiusmodi autem sponsore nihil non credere uel nominum factitator circumspectus potuisset,

tuisset. iam primū praefer singularem iuris peritiam, doctrina est etiā illa Miscellanea ac politico homini aut necessaria, aut utili per politus, iudicio non mediocri ac saepe nobis probato praeditus: cui etiā de me plus quā meo propemodum tribuo. unus est denique ex paucorum numero qui non illotis pedibus ad studium iuris ciuili con-
tulisse se uidentur. Accedunt necessitudinis iura, quae mihi multiplicia cum eo iam pridem intercedūt, ne ab eo eludi me uereri ullo modo deberem. Huic istud a me cōtendenti nisi morē gererem, existimaui (qua est ille in ordine suo autoritate) non tam id uerecundiae ac modestiae, quā rusticā ac pertinaciam diffidentiae datum iri. Itaque huius fide periclitandum mihi esse statui. Haec fiducia operis, haec est indicatura, ut Plinij uerbis utar, proinde perfunctoriam istam operam magis quā iustam, plenamque profite mur. Sed ne sic quidem, ut intelligo, eorum cachinnos euadam, quibus cum musis, id est, cum humanitate et doctrinae lepore, nullum est commercium, ut Marcus Tullius inquit. Hi sanguinem legum quaerendum; non artem (ut eorum uerbis utar) arbitrantur: non florem, sed frugem scientiae consectandam autumant: denique uerborum rationem nullam habendam esse, dum sensus assequamur. Atque haec ita dicunt, quasi aut uerba rerum imagines esse nesciant et sensuum inuolucra, quae quā maxime congruenter effingi et accommodare rebus ipsis debent: aut quasi Bartholus et Baldus et reliqui eiusce ordinis autores quidem illi alioquin ingeniosissimi: sed quos isti uerborum contemptores pro nuninibus colunt, et quorum scripta inter sacrorum uatum oracula in lararijs (ut ita dicam) habent, uerba non ipsi appendere quasi ad Critolai libram soleant. Ut enim ille quadā animi solertia in altera libra

Critolai libra.

sua

suae lance animi bona imponens, in altera corporis et externa, multum admodum propendere illam animi lancem deprehendebat: sic isti iurisperiti unumquodque uerbum atque adeo syllabam in quibus commodum sit locis ad constituenda sua dogmata, ponderanda solerter admonentes, uerborum uires excutere se, et scrupulari etiam differētia aestimare credi uolunt, qui tamen praecleara illa sua libra quid in diem additio dici adiectae preponderet, persentiscere non potuerunt, antequam Laurentius Vallensis examen librae suae multo certē exactioris ad lectionem Pandectarum adhibuit. Nec ille autem in his quae in huiusmodi aduersus istorum opinionem quantamuis approbata dixit, equam unquam sententiam retulit, diutaxat in eorum foro: Nec nos in ijs quae adhuc diximus, aut posthac dicturi sumus aduersus receptos eorum aliorumque errores, quippiam aequi boni que laturos nos speramus: non inter eos modo ad quos ea res pertinet, sed ubicumque et apud quoscumque res non artificis statera (ut inquit Cicero) sed populari truitina examinantur. Videamus tamen resellendis istis uerborum contemptoribus magni aliquos nominis autores opponere necne possimus. Fabius libro duodecimo. Quid? (inquit) non quaestio iuris omnis aut uerborum proprietate, aut aequi disputatione, aut uoluntatis coniectura continetur? quorum pars ad rationalem, pars ad moralem Philosophiam redundat. Gellius libro duodecimo: Labeo, inquit, Antistius iuris quidē ciuili disciplinā principali studio exercuit, et consulentibus de iure publice responsit, ceterarumque bonarum artium non expers fuit, et in Grammaticā sese atque Dialecticā literasque antiquiores penetrauerat, Latinarumque uocum origines rationesque percalluerat: eaque

praecip

præcipuè scientia ad emodandos plerosq; iuris laqueos utebatur. Sic quodam loco Cicero proprietatem sermonis Iurisconsultorum peculiare esse affirmat. Quod igitur isti dicunt prudentiã in rerũ esse cognitione, orationis facultatem nihil ad rem pertinere, uideamus qualiter constitui possit. Marcus Tullius libro tertio de Oratore, de eloquentia loquens: Neq; uerò, inquit, hoc fugit sapientissimũ Regem Philippum, qui hunc Alexandro filio doctorẽ accierit (de Aristotele loquẽs) a quo eodem ille & agendi præcepta acciperet & loquendi. Nũc siue quis uolet eũ Philosophum qui copiam nobis rerum orationisq; tradat, per me appellet Oratorem licet: siue hunc Oratorem, quem ego dicam sapientiam iunctam habere eloquentia, Philosophum appellare malit, nõ impediam: dummodo hoc constet, neq; infantiam eius qui rem norit, sed eam explicare dicẽdo nõ queat: neq; inscitiam eius cui res non suppetat, uerba non desint, esse laudandam, quorum si alterum sit optandum, malim equidem indisertam prudentiam, quã stultitiam loquacem. Idem in Oratore perfecto: Res autẽ, inquit, sic se habet, cõpositẽ & ornate sine sententijs dicere, infantia est: sententiosẽ autem sine uerborũ & ordine & modo, infantia. Et rursus alibi: Illud uerius, inquit, neque quenquã in eo disertũ esse posse quod nesciat: neq; si id optime sciat, ignarusq; sit facundia ac poliendã orationis, disertẽ id ipsum quod sciat dicere posse. Phoenix apud Homerũ libro nono Iliados ad Achillem loquens, ita inquit: Pater tuus Peleus cum te primũ ex Phthia patria ad Agamemnonẽ misit paruulum adhuc & bellicarũ rerum ignarũ, me tibi ideo adiũxit, ut utroq; in genere insituedum te suscipere, censuit enim te & dicendi præcepta accipere debere & agendi, Μὲθωμ τε πρῆτῆρ ἔμωμ, ὡρῆ-
κτῆρ

Infantia & inscitia.

κτῆρ τε ἔρωμ, Doctum uerba loqui, facilemq; in rebus agendis. Ecquid autẽ turpius dici potest, quã infantes eos esse, qui se consultos, prudentes, peritos deniq; iuris dici uideri q; postulent, dignos etiam solos omnium literatorum hominũ qui rerũ humanarum ac diuinarũ arbitrium disceptationemq; habeant: quicq; uiros principes, & supra humanum fastigiũ euectos soluere & illigare legibus interpretacionibus suis possint? Infantes autem esse orationis facultate destitutos, Latine loquentium cõsensus præiudicauit. Cicero in Topicis, Causa autem efficiens sic, ut cum queritur, quibus rebus eloquentia efficiatur. De commutatione sic: Possit ne eloquentia commutatione aliqua conuerti in infantiam. Et pro Cluẽtio: Tum uerò ita sum perturbatus ut omnia timerem, si nihil dixissem, ne infantissimus: si multa in eiusmodi causa dixissem, ne impudentissimus existimarer. Et ad Quintum fratrem: Gabinius absolutus est, nihil illo accusatore Lentulo subscriptoribusq; eius infantius. Nõ me fugit, quid Lactantius libro quinto, sextoq; de eloquentia disputarit, uir ipse loquendo laudissimus: sed nos de Latinitate & elegantia & sermonis puritate loquimur, nõ de illa diserta & Oratoria eloquentia, quã iuris studiosis nostro seculo necessaria nõ est, tametsi olim Marcus Cato cum in dicendo præstantissimus, tum iuris fuit idem peritissimus, & Scauola Sulpitioq; concessa est etiam facundiã uirtus, & Marcus Tullius non modò inter agendum nunquam est destitutus scientia iuris, sed etiam componere aliqua de eo cõperat, ut autor est Fabius, & Crassus apud Ciceronem in primo dialogo de Oratore: Quintus (inquit) Scauola homo omnium doctissimus, & disciplina iuris ciuili eruditissimus, & oratione maxime limatus ac subtilis, atq; (ut ego solco

In infantes Iuris peritos.

soleo dicere) Iurisperitorum eloquentissimus, eloquentium Iurisperitissimus. Quae (malum) est igitur ista tanta in hominibus peruersitas, ut cum lautam atq; elegantem utendi fruendiq; iuris supellestem habeant, Latinam illam ab Vlpiano, Paulo, Iuliano, reliquisq; eiusdem notae Iurisconsultis relictam, librariorum legentiūq; inscitia æruginē infestam, eam ut æruginem abstergeri nolint, sordida etiam supellestili hac Gothica & barbara uti malint? perinde atq; primis illis sæculis, frugibus iam inuentis nonnulli tamen tam aduerso genio nati fuisse dicuntur, ut glande uesci mallēt, id quod inquit Cicero: Nostro enim seculo instaurata propemodum lingua Latina, Barbarica permulti nihilo secius delectantur. Romanum sermonem respuunt homines palati corruptissimi, quanquam pleriq; palatini. Videlicet hoc illud est quod idē Cicero libro tertio de Oratore inquit, de antiquis Iurisperitis loquens, hominibus undiq; consummatissimis, Quid enim Marco Catoni præter hanc politissimam doctrinam transmarinam atq; aduentitiam desuit? Num quia ius civile didicerat, causas non dicebat? aut quia poterat dicere, iuris sciētiam negligebat? aut quia utroque in genere & laborauit, & præstitit, num propter hanc ex priuatorum negotijs collectam gratiā tardior in Republica capeffenda fuit? Nemo apud populū fortior, nemo melior Senator, faciliē optimus Imperator, deniq; nihil in hac ciuitate disci sciri uel potuit, quod ille nō tum & inuestigarit & scierit, tū etiā conscripserit. Nunc contrā pleriq; ad honores adipiscendos, ad Rempublicam gerendam nudi ueniunt atq; inermes: nulla cognitione rerum, nulla scientia ornati. Sin aliquis excellit unus ē multis, effert se si unū aliqd affert. Po
Pandectarū. Item dicitur hic locus, ut de Pandectarū uocabulo aliquid dicam

dicamus. Gellius igitur libro duodecimo: Tullius, inquit, Tyro Ciceronis libertus libros de uarijs ac promiscuis questionibus composuit: Græco uocabulo Pandectas, id est, promiscua & multifaria continentes libros inscripsit, tanquam omne rerum ac doctrinarum genus continentes. Idem libr. ultimo: Sunt, inquit, qui libros suos Pandectas, id est, omnium receptacula inscripserunt. Hanc inscriptionem Plinius in præfatione inter illecebras & magna promittentes numerauit: propter quas (ut ipse inquit) uadimonium deferri possit. His Pandectis coagmentandis septem & triginta Iurisconsulti symbolas contulerunt: ex quorum uerbis Digestorum leges uelut centones cōsarcinate sunt. Harum autē archetypos Florentiæ esse putant, quæ Litera Pisana uulgò dicitur: & nos cum Florentia iter Romam faceremus in numero Legationis Regiæ, sūnalibus eas accensis nō sine ambitu honoris loco numeroq; uidimus. Quoniā uerò hic Vlpianus subiecit hæc uerba, Huius studij duæ sunt positiones: addam quid sit thesis, id est, positio. Thesis (inquit Ioannes Grammaticus, Aristotelis interpres) differt ab axioma: quatenus axioma omnino est ἀναπόδεικτον, id est, non demonstrabile: ut sunt propositiones immediatae, & cōmunes animi conceptiones, quarum mox meminero, quas natura sponte uel naturali dictamēto tenemus, domoq; in scholā afferimus. Thesis uerò, id est, positiones ex præceptoribus discimus in singulis disciplinis. Conuenit autem inter axioma, id est, proloquium uel pronuntiatum, uel, ut Cicero uertit, enuntiatum, & thesim, quod nec hæc, nec illud demonstratur: sed tamē thesibus aliqua exhortatiuuncula indigent, ut fidem discipulo faciant. illa Propositio: Omnes à centro ad circumcurrentem lineam æquales esse lineas:

A quot & quibus composita.

Thesis. Axioma.

Thesis.

neas: cum axioma omnino sit indemonstratum: ut illud, Bis bina esse quaterna. Positionū igitur huiusmodi exempla sunt. Ponit Arithmeticus monadem esse impartibilem uel insectibile. Geometres uerò id quod diximus de lineis à centro ad ambitum circuli pertendētibus. Medicus ponit corpora ex elementis quatuor esse concreta. Physicus omnia naturalia corpora constare materia & formatum naturam esse principium motus atq; quietis. Diuiditur autem thesis in hypothesim & diffinitionem. Et rursus hypothesis, in eam quæ æquiuocè hypothesi, id est, suppositio dicitur, & in petitionem. Siquidem quæ positiones notæ sunt, quæq; simulac à præceptore ponuntur, admittuntur ab auditore, hypotheses uocantur: quæ uerò non usq; ad eò notæ sunt, sed argumento quodam astruuntur antequam fidem faciant, & tamen citra demonstrationem sumuntur à præceptore, ἀτιμωτά dicuntur, id est, petitiones uel postulata. Quæ rursus & ipse duorum sunt generum. nam quædam mediocriter notæ sunt, quædam econtrario: ut uerbi gratia, Geometra ponente, Omneis rectos æquales esse: auditor ἀγνώμι βῆσι, id est, ignarus Geometriæ, neutrum opinatur, id est, nec æquos nec inæquales esse. Eodem uerò dicente: Punctum carere magnitudine, & esse indiuiduum: auditor esse opinatur. Est autem diffinitio thesi: ponit enim Arithmeticus insectibile secundum quantitatem esse monadem: & nos ponimus hominem animal rationale mortale. Sic igitur Iurif-
 Consultii ponunt huius studij duas positiones. Positio interdum naturam cuiusque rei significat. Quintilianus, Simples, inquit, uoces positione, id est, natura sua constant: compositæ autem, præpositionibus subiunguntur, ut innocens. Idem: Quid uerò quæ positionis eiusdem in diuersos

uersos flexus exeunt, cum Alba facit Albanus & Albēsis? Sunt alia huius uocis significata, ut arsis & thesis apud Diomedem, & apud eundem Quintilianum thesis & aphæresis Arcopágita: thesis & hypothesis Cicero in Topicis: sed ad rem non pertinent.

Ex eadem lege.

Legem nunc apello caput legis, quoniam ita fert ulus.

Iuris naturalis uis.

Videmus enim cætera quoq; animalia, feras quoq; bestias istius iuris peritiam censeri. Censeri hic qualiter accipiatur non facile dixerim, ne ipse quidem Accursius, qui hoc in loco modestissimè tacuit. Cicero pro Archia poeta, Atque hoc ideo mihi concedendum est magis, quod ex his studijs hæc quoq; censetur oratio & facultas, quæ quantunque in me, nunquam amicorum periculis defuit. Dicendi, inquit, facultas ex poetarū lectione censetur, id est, pretium & æstimationē meretur, et in primis laudatur. Δουάμ. à Græcis Δουάμ dicitur, quorum imitatione ita loqui solemus. Euripides in Hecuba, Λόγος γὰρ ἔστ' ἀδοξοῦντων ἰσὺν καὶ τῶν δόξουντων, αὐτὸς δ' ταυτὸν σβέχει. Animalia igitur quædā bruta naturali quadam intelligentia prædita, propterea cęsentur, id est, admirationi nobis sunt præceteris, ut elephas: de quo Plin. lib. viii. Maximum animal est elephas proximūq; humanis sensibus. id quod ipse late prosequēdo docet. Idem de tigride, quæ cæteris feris truculenta, atq; ipsa etiā elephātū uestigia spernēs, homine uiso uel hominis etiā uestigio, transferre catulos dicitur. Nimirū hæc natura est rerū, hæc potentia eius, scilicet, firmas ferarū maximasq; quæ nāquam uidissent quod debeant timere, statim intelligere cur sit timēdū. Ex his Plinij uerbis dicere possumus reuerentiā iure naturali anima
 d lia

lia omnia homini debere & quandam ueluti religionem, ut saltem ei decedant uia: ut sit illud Geneseos primo, Dominamini piscibus maris, & uolatilibus cœli, et uniuersis animantibus quæ mouentur super terrâ. Quid illud eiusdem de elephantis? Ipsius, inquit, animalis tanta narratur clementia contra manus ualida, ut in grege pecudum concurrentia manu dimoueat, ne quid obterat imprudens, nec nisi lacepsiti noccant: non ne ex iure quodam gentium esse uidetur? Et illud de ciconia prouerbio Græca testatum, ab Aristotele etiam confirmatum, quæ parentes senio confectas alere existimatur infantia suæ uices rependens. unde ἄντιπελαργῆν uerbum pro eo quod est promerentibus gratiam in tempore referre: & Antipelargia huiusmodi gratiarum relatio, à ciconia dicta, quæ Græcè πῆλαργῆ & dicitur, inde Pelargici nomi ab Aristophane dicti, quasi Ciconiarie leges, quibus liberi parentes alere iubentur. id quod in iure quoque nostro cautum est. Ideo in sceptris regijs antiqui ciconiam sculpere solebant in summo: in infimo autem hippopotamum animal improbissimum, significare uolentes iustitiæ obnoxiam esse uiolentiam, cuius iustitiæ symbolon est ciconia, quæ parentes senio confectas alere, humeris que gestare in uolatu creditur. Laurentius tamen hunc locum reprehendit libro quarto Elegantiarum, ius naturale est quod natura omnia animalia docuit. ius esse negans appetitum coeundi & procreationem educationemque liberorum. in quo sententia mea fallitur. Caterum quod hic Florentinus iuri gentium tribuit, Cicero in 1110 offi. iuris naturalis esse tradit, id est, ut ne Lædanius iuicè. sic enim inquit, Atque etiam si hoc natura prescribit, ut homo homini quicumque sit, ob eam causam quod is homo sit

con

ἄντιπελαργῆν.

Nomi pelargici.

Hippopotamos.

consultum uelit, necesse est secundum eam naturam utilitatem omnium esse communem. Quod si ita est, una continentur omnes & eadem lege natura. Idque ipsum si ita est, certe uiolare alterum naturæ lege prohibemur. Iuris autem consulti ius gentium appellant, non tantum id quod naturale secutum est, quod argenteo seculo natum existimatur, cum commercia rerum esse coeperit: sed illud etiam primum, quod inter homines solos intercedit, de quo Caius in lege Omnes, intellexit: quod naturale dicitur. ut idem libro 1. Tuscul. Nulla gens, inquit, tam fera, nemo omnium tam immanis, cuius mentem non imbuerit deorum opinio. multi de dijs praua sentiunt (id enim uitioso more effici solet) omnes tamen esse uim & naturam diuinam arbitrantur. Nec uero id collocutio hominum aut consensus efficit, non institutis opinio est confirmata, non legibus: omni autem in re consensus omnium gentium lex naturæ putanda est. Secundum hæc uerba Ciceronis, notiones in animis nostris anticipate sunt de iure naturali. quale est quod idem in primo de Natura Deorum inquit, in persona Velleij Epicurei loquens, Solus enim (inquit) uidit Epicurus primum esse deos, quod in omnium animis eorum notionem impressisset ipsa natura. Quæ est enim gens, aut quod genus hominum quod non habeat sine doctrina anticipationem quædam deorum, quam appellat Prolepsim Epicurus, id est, antceptam animo rei quandam informationem: sine qua nec intelligi quicquam, nec queri, nec disputari possit? Et paulo post. Cui enim non instituto aliquo aut lege aut more sit opinio constituta, maneatque ad unum omnium firma consensus, intelligi necesse est esse deos, quoniam in fitas uel potius innatas cogitationes habemus. Hæc & primæ notiones ab eodem dicuntur: alij præsumptio-

Ius gentium.
Ius naturale.

Anticipatio &
Prolepsis.

Notiones,

d 2 nes

Præactiones. Præsumptiones. Ennoxe. Αὐτόπιστα. Inchoate intelligentiæ. Informationes. Πρωβολαί. Principatus animæ. Sensus communis. Cōmunis prudentia.

nes & prænotiones uocant, id est, ennoxeas, quas diuus Augustinus li. xii. de Ciuitate, notiones interpretatur, quasi communes intelligentias. αὐτόπιστα dicitur, quasi per se fidem facientes sine argumentis; ut supr. à dictū est de axiomatis, de quibus idem Cicer. in pri. de Legibus, Quæq; in animis, inquit, imprimuntur inchoate intelligentiæ, similiter in omnibus hominibus imprimuntur. Informationes etiam dicuntur, ut idem in ii. de Natura Deorum, Omnibus enim innatum est & in animo quasi insculptum, esse deos: quales sint, uariū est esse nemo negat. Cleanthes quidem noster quatuor de causis dixit in animis hominū informatas deorum esse notiones. Appellatur etiā ἐπιβολαί, unde Galenus ἡ ἐπιβολή ἐπιβολαί, prima animi notione, id est, animi adiectione. Ista igitur ferè quæ iuri naturali ascribuntur, id est, quæ natura docuisse nos creditur, uersantur in sensu cōmuni, nō illo quidē arbitro & disceptatore omnium sensuum, & cui sensus omnes ancillantur: qui principatus animæ dicitur à Cicerone, & à Galeo τὸ ἡγεμονικὸν τῆς ψυχῆς in decimotertio Therapeutices, & à Plutarcho in quarto de Placitis philosophorū, cuius meminit memorabiliter Cic. in 2. de Nat. Deorum, & in v. de Finibus, & Themistius in tertio de Anima. Sed in illo altero cuius meminit Quint. in pri. his uerbis, Sensum ipsum qui communis dicitur, ubi discet puer, cum se à congressu, qui non hominibus solum, sed etiam multis animalibus naturalis est, segregari. Et Iuuenal. Rarus enim ferme sensus communis in illa Fortuna. Seneca, Sic in beneficio sensus communis locum, tempus, personas obseruet. A Græcis κοινὸς λογισμὸς dicitur. Gregorius, Τὸ οὖτως κοινὸν ἔξω λογισμῶν. Similis est communis prudentia apud Ciceronem lib. i. de Finibus, Et si in

in ipsa, inquit, navigatione negligentia eius nauis euerfa, manus est peccatum in auro quàm palea. omnibus enim artibus uolumus attributam esse eam quæ communis appellatur prudentia, quam omnes, qui cuiq; officio præsumt, debent habere. Verum enim uero ad cognationem illam ueniendum, quam Florentinus Iuriconsultus inter humanum genus intercedere dicit, quam Accursius homo nunc me malus ad primum parentem ex historia Geneseos refert. Marcus igitur Tullius lib. v. & ult. Finium, Pisonē Academicum his uerbis hac de re disserentem inducit, In omni autem honesto quod per se expetendum dicimus, nihil est tam illustre, nec quod latius pateat, quàm coniunctio inter homines hominum, & quasi quædam societas et communicatio utilitatum, & ipsa charitas generis humani: quæ nata à primo satū, quo à procreatoribus nati diliguntur, & tota domus coniugio & stirpe coniungitur, serpit sensim foras cognationibus primum, tum affinitatibus, deinde amicitijs, post in ciuitatibus cum ciuibus, & Societas humana. Charitas mana. ijs qui publice socij atq; amici sunt, deinde totius cōplexu gentis humanæ: quæ animi affectio suum cuique tribuens, atque hanc quam dico societatem coniunctionis humanæ munificè & æquè tuens, iustitia dicitur. cui sunt adiuncta pietas, bonitas, liberalitas, benignitas, comitas, quæq; sunt generis eiusdem. Atq; hæc ita iustitiæ propria sunt, ut sint uirtutum reliquarum communia. nam cum sic hominis natura generata sit ut habeat quiddam innatū quasi ciuile & populare, quod Græci politicon appellant: quicquid aget quæque uirtus, id à communitate, & ea quam exposui charitate atque societate humana non abhorrebit. Quo in loco, primo statu pro satu corruptè uulgò legitur. Idem in pri. de Leg. altissime (ut ipse inquit) iuris

d 3 princ

principia repetens, ita quodam in loco ait, Omnium autem quae in hominum doctorum disputatione uersantur, nihil est perfectò præstabilius quam planè intelligi nos ad iustitiam esse natos. neq; opinione, sed natura esse constitutum ius etiam patebit, si hominum inter ipsos societatem coniunctionemq; perspexeris. Nihil est enim unum uni tam simile, tam par, quam omnes inter nosmetipsos sumus. Quòd si deprauatio consuetudinum, si opinionum uanitas non imbecillitatem animorum torqueret, & flecteret quocumq; coepisset, sui nemo tam similis esset quam omnes sunt omnium. Ita quaecumque est hominis definitio, una in omnes ualet: quod argumenti satis est nullam dissimilitudinem esse in genere. etenim ratio qua una praestamus belluis, per qua coniectura ualemus, argumentamur, refellimus, differimus, conficimus aliquid ac concludimus, certè est communis, doctrina differens, discendi quidem facultate par. Idem alibi, Quid est autem non dicam in homine, sed in omni cælo atque terra ratione diuinius? quae cum adoleuit atq; perfecta est, nominatur rite sapientia. Est igitur (quonia nihil est ratione melius, eaq; et in Deo & in homine) prima homini cum Deo rationis societas. inter quos autem ratio, inter eosdem etiam recta ratio communis est. quae cum sit lex, lege quoq; conciliati homines cum dijs putandi sumus. Inter quos porro est communio legis, inter eos communio iuris est. quibus autem haec sunt inter eos communia, & ciuitatis eiusdem habendi sunt. Si uerò ipsdem imperijs & potestatibus parent, multò etiam magis parent huic caelesti discretioni, menti q; diuinae. & præpotenti Deo: unde etiam uniuersus hic mundus, una ciuitas communis Deorum atque hominum existimanda est. Idem de igniculis loquens nobis à natura ad

ra ad iustitiam consecrandam datis, corruptela autè male consuetudinis extinctis. Quòd si quo modo, inquit, est natura, sic iudicio homines humani (ut ait poeta) nihil à se alienum putarèt, coleretur ius aequè ab omnibus. Quibus enim ratio à natura data est, ipsdem etiam recta ratio ^{Ius.} data est. ergo & lex, quae est recta ratio in iubendo & uetando. si lex, ius quoque. at omnibus ratio, ius igitur datum est omnibus. Rectèq; Socrates execrari eum solebat, qui primus utilitatem à natura sciunxisset. id enim querebatur caput esse exitiorum omnium. unde illa Pythagorica uox τὰ τῶν φίλων κοινὰ, id est, omnia inter amicos communia. sed locus ille uulgò mutilate legitur. Ex prædictis apparet id quod Ulpianus inquit, Seruitutem iure gentium secundo constitutam esse, non illo primario, quod naturale dicitur, ab eo (ut Caius inquit) quòd naturali ratione inter homines constitutū sit. Propterea Augustinus libro xix. de Ciuitate, seruitutem primum culpæ non naturæ impositam esse dicit: cum Noè animaduertens in filium, seruire eum fratribus suis iussit. id quod Genes. nono memoriæ etiam proditū est. Seruitutem iustam interdum atque etiam utilem esse ipse eodem libro demonstrare contendit. Ius autem gentium ^{Ius gentium & humanum.} Liius libro v. ab urbe condita, ius humanum appellat, de Gallis loquens: quo modo & Vergilius: Si genus humanum & mortalia temnitis arma. Sunt & iura bellica. unde illa Canulli uerba apud Lium ad proditorum puerorum magistrum. Non ad similem tui nec populum nec imperatorem scelestus ipse cum scelesto munere uenisti. nobis cum faliscis, quae pacto fit humano, societas non est: quam ingenerauit natura utriusque, est eritq;. Sunt & belli sicut & pacis iura, iusteq; ea nò mi-

nus quam fortiter didicimus gerere. Arma habemus non aduersus eam etatem, cui etiam captis urbibus parcitur, sed aduersus armatos. Inde illa nobilis controuersia apud Fabium Quintilianum in quinto, capite de argumentis, de iure belli, apud Amphistyonas commune Gracia consilium agitata. Atque haec in uniuersum dicta sint usq; ad legem, Ex hoc iure gentium.

Amphistyonas

Ex I. Ius ciuile.

Ius ciuile.

Ius ciuile est quod neque in totum a naturali iure recedit, neque per omnia ei seruit. Hoc dictum quomodo intelligi debeat, nos Ciceron. uerbis demonstrare possumus. Is enim lib. 1. 1. de Finibus sic inquit, Quomodo igitur membris utimur priusquam didicimus cuius ea utilitatis causa habeamus: sic inter nos ad ciuilem communitatem coniuuamur & consociati sumus: quod ni ita se haberet, nec iustitiae illus esset nec humanitati locus. Et quomodo hominum inter homines iuris esse uincula putant, sic homini nihil iuris esse cum bestiis. Praeclarè enim Chrysippus, caetera nata esse hominum causa, eos autem communitatis & societatis suae, ut bestiis uti ad utilitatē suam possint sine iniuria. Quoniamq; ea natura esset hominis, ut cum genere humano quasi ciuile ius intercederet: qui id conseruaret, cum iustum: qui ui ageret, cum iniustum fore. Sed quemadmodum theatrum cum commune sit, rectè tamen dici potest eius esse eum locum quem quisq; occuparit: sic in urbe mundo ue communi non aduersatur ius quo minus suum quidq; cuiusq; sit. Aristoteles lib. v. Ethicorum, Ciuilis autem iuris, inquit, partim naturale est, partim legitimum siue legale. Naturale ubiuis gentium eandem uim habet, nec hominum opinione constitutum est. Legitimum ab initio quidem nihil refert hoc modo

Diuisio iuris.

modo uel secus: post positionem uerò tum demum refert, quo iure nituntur omnia rationem sciti decretiq; habentia. Τὸ δὲ πολιτικὸν δίκαιον, τὸ μὲν φυσικὸν ἔστι, τὸ δὲ νομικὸν. φυσικὸν μὲν, τὸ πανταχῶς τῷ ἀποτῶ ἐχορ δύνάμει, καὶ τῷ ἀποτῶ ἢ μὴ. νομικὸν δὲ, ἕξ ἀρχῆς μὲν ἔθνη διαφέρει εἰτίας ἢ ἀλλως, ὅταν ἢ θῶνται, διαφέρει. Ipse uerò iuris originem omnifariamq; rationem subtilissimè scrutatus ac compendiosè omnia explicans, in hanc propemodum sententiam inquit, Iustitiae particularis & iuris quod ab ea perficitur, genus unū est qd̄ indistributōibus uersatur, aut honoris, aut pecuniarum, aut caeterarū rerum quae distribui inter eos possunt qui eiusdē ciuitatis cōsortes sunt. in ijs enim & aequam & inaequabilem partem inuicē ferre possumus. Aliud autem genus est commercijs emendan- dis corrigendisq; comparatum. Commercia porrò duorum generum sunt: quaedam enim uoluntaria, quaedam non uoluntaria sunt. Voluntaria ut emptio, uēditio, mutuum, ob id uoluntaria dicta, quòd eorum principiū in arbitrio nostro situm est. At eorum quae non uoluntaria sunt, partim clandestina sunt, ut furtum, adulterium: partim uiolenta, ut uerbera, uincula, raptus. Enimuero distributiū ius confessum est apud omnes pro dignitate cuiusq; statui oportere: quod ius ab eo τὸ κατ' ἀξίαν appellatur, de quo in tertio etiam Policon murè disputat de aequalitate ciuili loquētis. uerū in eo pugna est, quòd Democratici, id est, populari instituto uiuentes, dignitatem in libertate constitunt: Oligarchici, id est, paucorum statu gaudētes, dignitatem partim in censu & facultatibus ponunt, partim in generis nobilitate: Aristocratici uerò, id est, optimatiū statum fontes, uirtute dignitatem metiuntur. Proinde ius in proportionē cōstitutum est. Proportio enim quam

Commercia.

Ius distributiuum.

Τὸ κατ' ἀξίαν δι-καίου.

Democratici

Oligarchici.

Aristocratici.

Analogia geo-
metrica.

ipse analogiam uocat, æqualitas est rationis, que consi-
stit minimum in quatuor. Diuiduntur enim & que distri-
buuntur, & quibus distribuuntur. Itaque ius huiusmodi
inter quatuor minimum intercedit, quæ analogia geome-
trica uocatur, in qua contingit totum ad totum ita sese
habere ut utrumque ad utrumque, hoc est, utrunq; ad alte-
rum. Est autem hæc proportio huiusmodi & interrupta, id
est, non continua, hoc modo: ut A ad B, se habet, sic C ad
D. Sit igitur exempli gratia super A, Lucius Crassus ora-
tor, uel Scæuola Iuriconsultus æqualis eius: quorum al-
ter disertorum consultissimus, alter consultorum disertis-
simus fuit, si Cicroni credimus. sit autem super B, Pau-
lus Castrensis aut quiuis alius ex illa Gottica gente, quo-
rum nemo non infantissimus in uerbis etiam iuris fuit: aut
contrà Logodædalus aliquis (ut Plato Sophistas appella-
bat) uerborum funditator inanis, qui uenustate uerborum,
non sensuum acumen confectetur, aut qui orationis con-
cinnitatem potius quam pondera sententiarum præstare
possit, ut uno uerbo dicam, loquendi peritus, ciuilium
rerum ignarus. sit rursus super C, magistratus aliquis am-
plissimus, ut apud nos cancellarius, aut etiam stipen-
dium primarium, & (ut ita dicam) talentarium. D uerò
honor aliquis infimi subsellij, aut stipendium sesquilibre,
atq; etiam (si dicere liceat) triobolare. Dico igitur, quam
rationem habet A ad B, id est, culmen illud doctrine &
eruditio numeris omnibus scientiæ humanioris absolutæ,
ad illam aut prudentis infantiam, aut loquacitatem insciji-
eandem habere C ad D, hoc est, honorum summum fa-
stigium & primarium stipendium, ad populare munus
& gregarium stipendium. & permutatim, ut se ha-
bet A ad C, id est, uir primi nominis ac meriti ad prima-
rium

Logodædali
uerborum fun-
ditatores.

Ius analogum.

rium honorem: sic B ad D, id est, homo inferioris aut etiã
postremæ notæ ad plebeium præmium, duntaxat si iure
distributio uti uolumus: quod Aristoteles analogum esse
affirmat, id est, proportionem constitutum. quo iure in di-
stributione malorum omnia uice uersa spectanda sunt.
Quod autem præter hanc analogiam, inquit Aristote-
les, distributum fuerit, non ius, sed iniuria erit, cum sepe
posteriores honorum partes ferant quibus priores iure
debentur: contraq; malorum priores, quibus conueniunt
posteriores. Quod si ita est (ut omnino certè est) hoc ge-
nus iuris rarissimè moribus usurpatur. Nulla enim isono-
mia, id est, æquabilis bonorum honorumq; distributio, in
qua omnia omnibus paria ac demensa respondent (ut in-
quit Marcus Tullius) in regno quaerenda est: in quo &
honores, & opes & omnino præmia uirtutis, arbitrio
non dico unius, id est, Principis (æquissimo enim animo
ferendum illud esset) sed unius aut alterius, qui maioribus
fatis supprincipes aut etiam Seiani (ut ita dicam) Princi-
pis euaserunt: aut qui quouis aulico artificio principibus
obrepserunt, non tam distribuuntur quam dilapidan-
tur, atque etiam interdum turpi dinundatione indignis
deferuntur. Ut enim ambitiosissimus quisque partis cu-
iusdam Reipublicæ gubernacula arripuit, ita cohortem
sibi protinus amicorum clientiumq; cooptat: quos ad
Principem redempta commendatione insinuos, sicq;
ad uaria munia distributos, tanquam uicarios habet,
tuendarumq; partium suarum insitiores: semel ipsi ob-
strictos insinuationis auctoramento. Quare eximios sepe
uiros in ordinem (ut dicitur) coactos consensescere ui-
demus, nisi tædio inuisæ in aula uirtutis, atque aliorum
exemplis edocli, beatis illis aulicis sese mæcipio dederint
(ut ita

isonomia.

(ut ita dicam) quasiq; grauitatis ac constantie maiestatem in eorum assenationem prostituerint. deniq; (ut plane dicam) nisi uirtutis fasces inaneis, fortis fortuna summisserint impotentia. contraq; nebulones quosdam & leuissimos homines, aut ignaros, et (ut uocabulo Græco dicitur) anal

Alphabeti.

phabetos, nec literarum, nec nandi peritos: sed qui uenditare sese bellissime cuiq; in aula præpollenti didicerint, uirtutis præmia obtinerè, insolenti confidentia: ueluti magnis suis meritis è numero (ut dicitur) exemptos. Genius hic est ferè æternus regni, ne fortè seculi nostri infelicitati detur: & alioquin, ut inquit Lucanus,

Sceptrorum uis tota perit, si pendere iusta

Incipit, euertitq; arces respectus honesti.

Fortasse tamen hoc principe meliora iamiam omnia apud nos futura spondere nobis debemus: siquidem non paucos iam paucis annis uidimus primarios uiros, ac de literis literatisq; optimè meritos, sola nominis ac famæ meritumq; commendatione, recta (ut constantè creditur) citraq; ullam suffragatorum redemptionem, in Regis gratiam infinuatos, Principis utiq; uoluntati in deferendis primis honoribus, aulicorum quoq; uotis certatim aspiulantibus. Præterita igitur & quæ plerunq; fiunt, hic excutimus, futura uerò meliora mox speramus. Verùm ad id

Diorthoticon.

quod instat reuertamur. Alterū est genus iuris quod Diorthoticon ab Aristotele dicitur, quasi emendatiuum: quod in commercijs uersatur, & à distributiuo differt. Illud enim distribuendis communibus bonis comparatum est secundum analogiã prædictam, quæ geometrica dicitur à mathematicis. Hoc autem ius quod in commercijs spectatur, æqualitate quidem ius est & inæqualitate iniurium; sed alia proportione constituitur, quæ arithmetica dicitur

tur

tur. Etenim nihil refert siue uir bonus uirum prauum circumseripserit, siue bonū prauus: aut siue uir bonus adulterium admisserit, siue improbus: sed damnum tantum aut noxa in hac specie refert, in qua iudicis partes sunt inæqualitatem ad æqualitatem reducere: cum scilicet ab eo qui plus æquo per circumscriptionem tulit, multa inflicta lucrum aufert. tunc enim, dimensa noxa, una pars damni, altera lucrum uocatur: ut lucrum (licet nomine non admodum proprio) dicatur eius esse qui noxam aut damnum dedit: damnum autem eius qui accepit. sic damnum & lucrum minoris ac pluris uicem obtinent: medium autem æqualitatis. Plus igitur boni & minus mali lucrum est: & uice uersa damnum. In hac proportione tria considerantur, duo extrema, maius & minus; medium, ius emendatiuum correctiuumq;: quod mediū est damni & lucri, quæ sunt extrema. Cum igitur de hoc iure ambigitur, ad iudicem itur; ad iudicē autē ire, ad ius est ire. Iudex enim quasi animatum ius est, ut Græcè δίκαιοπ ius, & δικαστες iudex dicitur. Propterea quidā, inquit Aristoteles, Μεσολογους iudices uocant, quasi mediuiros, à medio ac iure composito uocabulo: quoniam qui medium consequi poterūt, ij ius suum obtinere uidentur. Ideo, inquit, δικαστες quasi διχαστες, hoc est, bipertitum: & iudex Δικαστες quasi διχαστες, hoc est, bipertiens. Porro quemadmodū in geometrica proportione & iure distributiuo quatuor esse cum minimum necesse est, sic & in hoc iure commercio & in hac proportione arithmetica & continua: sed ita ut in hac medium bis assumatur, hoc modo, ut A ad B, sic B ad C, bis enim assumitur B. & ideo continua hæc proportio dicitur, non ut illa interrupta, ut unum bis sumptū duorū loco est. Quo modo igitur se habet A ad B, id est

Index ius animatum est.

Mediuirij.

Μεσολογοι.

Arithmetica proportio.

id est, a quo maius ad aequum: sic se habet aequum, id est, iustum, ad id quod iusto aequoq; minus est. Est itaque medium iustum iusq; quo plus boni minusq; mali, quae luci nomine uocantur: et plus mali minusq; boni, quae damni, ad aequalitatem reducuntur. Quomodo autem id fiat, Aristoteles lineari figura demonstrat, qui iustitiam distributiuam, *διανεμητικὴν* appellat, ἀλλαντικὴν uero id quod nos commerciarium. Plutarchus in VII. Symposiaco, Lycurgus autem, inquit, arithmetica proportionem Lacedaemone eiecit, ut democraticam et turbae accommodatam; pro eaq; geometricam introduxit, ut optimatum uita et regno iusto congruentem atque decentem, quippe illa numero aequalitatem, haec proportione quod dignitas poscitur tribuit. nec omnia simul miscet, ut insignis sit discretio bonorum et malorum. Deinde subdit, τὰυτὴν ὁ θεὸς ἐπέγραψεν ἀναλογίαν τοῖς πρᾶγμασι δίκην ἢ νέμισιν προσομοιωμένην, καὶ διδάσκουσιν ἡμᾶς τὸ δίκαιον ἴσον, ἀλλὰ μὴ τὸ ἴσον ποιεῖν δίκαιον. Hanc, inquit, analogiam et proportionem Deus rebus admouit iustitiam et nemesis appellatam, cuius magisterio ius aequum doceatur, non etiam aequum ius facere oportere. Est et aliud ius ab eodem Aristotele commemoratum, quod ἀντιπεπονηθὸς dicitur, et Latine Talio. cuius iuris assertores fuisse Pythagoreos, iusq; Rhadamanthi uocitare solitos esse ait, uersu Graeco dicentibus, Εἰ κεν πάθει τὰ κ' ἐπέφευ, δίκην τ' ἰσθῆα γένοιτο. Ius reatum fuerit si factis perferat aequa. Hoc genus iuris Aristoteles ipse improbat. Ait enim nec legitimo iuri, nec ei quod in ciuilitate uersatur, id est, in communionem, conuenire, nec distributio nec emendatio, de quibus supra diximus, quod ipse rationibus demonstrat. In communionibus tamen commercialibus ius talionem

Ius distributum.
Commerciarium.
Διανεμητικὴν -
κόνη.
Ἀλλαντικὴν

Ἀντιπεπονηθὸς.

Talio.

nem

nem continere perhibuit, duntaxat per analogiam, non per aequalitatem, κατ' ἀναλογίαν καὶ μὴ κατ' ἰσότητα, ut cum sutor et structor inuicem aliquid faciunt artificij sui, ut sutor calcium, structor domum, et itidem de caeteris artificijs, in quibus omnibus talio illa per analogiam, inquit, interuenit. Sed uno aliquo opus est quo omnia dimetiatur ut ad aequalitatem reducantur. Hoc autem reuera est indigentia, qua ipsa commercia uniuersa continentur. Quippe si nullius rei indigerent homines, aut non similiter indigerent, aut commercium non esset, aut certe non idem esset. Itaque nomisma ueluti pro indigentia hominum instituto successit, quod hominibus inter se intercederet, inde nomen sortitum, quod lege, id est, nomo Graece, non autem natura originem habeat. unde numus Latine uidetur quasi nomus dictus. Hoc etiam dictum Aristoteles forma quadam mathematica demonstrat, ut fere solet ea quae tractat, quantum per naturam rerum licet, scientificè et mira arte explicata tradere. Talionis poena x i i. tabulis constituta erat; sed postea Praetorij iuris clementia reuocata est, ut docet Gellius libr. x i x. Notium Attic. Causas autem reuocandae duas praecipue assignat, legis incommoditatem, et rependendae poenae, id est, retaliandae difficultatem, ut latius ipse docet. Nec mirum tamē Talionem iure x i i. tabulis constitutam esse, cum diuina etiam lege inductam legamus. Exodi x x i. et Deuteronomij x i x. de poena sycophantiae et calumniae, Non misereberis eius; sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente exiges. Quintilianus in v i i. Est et quod appellatur a nobis νόμισμα, qua uoce intellectus accipi potest, sed hoc nomine donarunt ea quae non dicunt, uecrum intelligi uolunt; ut in eum quem saepius a ludo redem

Numus.

Talio.

νόμισμα.

redem

Patricion.
Despoticon.

redemerat soror, agentem cum ea talionis, quod ei pollicem praecidisset, eras dignus ut haberes integram manū. sic enim auditur ut depugnaret. Vbi ludum pro gladiatu *Quintilianus* intelligi uoluit. Sunt & alia genera iuris ab *Aristotele* posita. ut ius paternum, quod patricion, ut herile, quod despoticon ab eo dicitur: quod ciuile non est, sed ciuilis iuris simile. cuius dicti hanc rationem assignat, Mancipium enim & liberi quoadiu a patre per aetatem non recedunt, tanquam pars eius sunt. At qui nemo inferre iniuriam consulto sibi ipsi creditur: nemo igitur in se se iniurius: ita nec iniuria nec ius est dumtaxat ciuile. Inter uirū uerō & uxorē ius magis intercedere ait, quam inter patrem & liberos, aut dominū & mancipium. hoc

Oeconomicon

autem *oconomicon* à domestica dispensatione & constitutione familiari dicitur, alterum & ipsum à ciuili iure. In tertio uerō *Politicon*, *oconomico* magistratum appellat, id est, *διονομομικτὸν ἀρχὴν*, potestatem illā qua uir uxori, liberis, & omni familiae praestit: pudendo eorum more, qui usque adeo uxori sunt (ne dicam ignaui) ut domi suae priuati sint, & uxoriae potestati pareant, cum foris magistratus gerant, & uiris imperare se dignos esse censeant. quos *Aristoteles* in 11. *Politicon* *γυναικονοματάρχης* appellat, id est, in uxorio imperio uiuentes: quorum status *γυναικονοματία* dicitur ea forma quā aristocratiā: qui etiā

In gynæcocratumenos.

Gynæcocratiā & eius leges.

Iuuenal. sat. 6.

sententia nostra ochlocratiā proprie dici potest: hoc est, turbulentus status, cū legibus illis gynæcocraticis parendum est. Hoc uolo, sic tibeo, sit pro ratione uoluntas. & Clames licet & mare cælo confundas, homo sum. & Nil unquam inuita donabis coniuge, uēdes, Hac obstante nihil, nihil hæc si nolet emetur. Hæc dabit affe^{at}, ille excludetur amicus iam senior. Propterea idē *Aristoteles* in eodem

in eodem 11. de his loquens ita inquit, καὶ τοι τι διαφέρεται γυναικας ἀρχαί, ἢ τὰς ἀρχοντας ὑπὸ τῆ γυναικῶν ἀρχαί, τὰ τὸ γὰρ συμβαίνει. id est, Quamquā quid referre. putamus mulieres ne magistratus gerant, an magistratus gerentes mulieribus pareant? idem enim utrobique accidit. Ideoq; *Lacedæmoniorum* politiam improbandam esse tradidit, quod magna ex parte muliebri imperio regeretur. Idem etiam multas gentes bellatrices et militriter uitam traducentes ultra *Celtas*, in *γυναικονοματία* uiuere tradit. Itaque inquit scitum illud fabulamentum uidetur eius qui *Martē* cum *Venere* illaqueasse primus dicitur. huiusmodi enim uiri in *Venere* maxime proni muliebri imperio regi ferē nati sunt. Ἄλλωσε κ' ἀρ τυγχάνωσι γυναικονοματάρχης καθάπερ τὰ πολλὰ τῶν στρατιωτικῶν καὶ πολιτικῶν γενῶν ἔξω κελτῶν. *Plinius* libr. v. 1. *Gynæcocratumenos* appellat populos quosdam *Amazonum* uicinos, bello ab *Amazonibus* uictos: ex eo sic dictos, quod uictoribus obsequantur ad procreandam eis sobolem. Hæc est summa ut arbitror *Aristotelicæ* sententiæ de iuris multifarij explicatione, cum eo quod antea diximus de æquo & bono & iure duriore. Quæ quoniam nobis ad hunc titulum maxime pertinere uisa sunt, quam potuimus breuissimè ac explanatissimè ex auctoris eius copia in *Latinum* sermonem transtulimus.

Gynæcocratumeni.

Ex eadem lege in fine.

Vt apud *Græcos*, &c. Locus hic mutilatus est: ascribenda enim sunt hæc uerba, τὸ μὲν ἀγραφοῦ, τὸ ἢ νομικῶν. *Aristoteles* in v. 11. *Ethicorum*, καθάπερ τὸ δικαίου ἐστὶ δικτῶν, τὸ μὲν ἀγραφοῦ, τὸ ἢ κατὰ νόμον. Et in tertio meminit, τῆ νόμων τῆ κατὰ τὰ γράμματα, καὶ τῶν κατὰ τὰ ἔθνη. *Plato* lib. v. 11. de *Legib.* ἀγραφοῦ νόμιμα appellari à quibus

quibusdam dicit ius nō scriptum, οὐδὲ πατριῶν, φησὶ, νόμους
 ἐπωνομασσοῖσι. Quas patrias, inquit, leges cognomēto uo-
 citant. Idem paulō post tria genera ponēs, νόμους, ἔθνη, ἐπι-
 τρυφάματα, id est, leges, mores, instituta, Πᾶσι γὰρ τοῖς τοῖς
 φησὶ ἢ πᾶσις ἐυδελῆται. ἄλλοι δὲ ἄλλων ἐκάτορα τοῖς
 τῶν οὐκ ἐστὶ μόνιμα: Omnibus his inquit, pariter ciuitas
 indiget, utraq; autē sine alteris stabilia esse nequeūt. Mo-
 res ἔρ instituta quasi pro uno posuit; propterea utraq; dixit
 de duobus loquens. Instituti autē exemplū est apud
 eundē alibi in codē libro, Totam enim noctē, inquit, sopiri
 ciuē unū in R. republica, nec familiæ suæ primum exper-
 rectum uideri, ἔρ ex lecto surgere, turpe est: siue id lex,
 siue institutum potius uocandum est. Quemadmodū ἔρ
 matrē familias ab ancillis excitari, nec ipsam potius ancil-
 lis anteuertere ex somno expergiscentem. Quintilianus
 lib. 111. Afferūt (inquit) laudē liberi parētibus, urbes con-
 ditoribus, leges latoribus, artes inuentoribus, nec non insti-
 tuta quoq; autoribus: ut à Numa traditum deos colere, à
 Publicola fāsces populo submittere. Institutum igitur est
 ius nō scriptū, quod tamē certum autorē habet, id est, ma-
 gnum aliquem autorē, quem reliqui imitari nō erubescāt.
 Quale est Publicolæ illud factū, cuius meminit L. iuius in
 primo: Qui fāsces primus populo summisit. Instituire
 etiā aliquid, est autorē quasiq; conditorē alicuius rei fie-
 ri, exemplūq; posteritati relinquere, ut idē Quintilia-
 nus, Et si quod est (inquit) exemplū deforme posteris tra-
 ditū, quale libidinosus uir Perfes in muliere Samia insti-
 tuisse ausus dicitur. Sunt ἔρ exēpla crebra apud Cicero-
 nē, de moris significatione. Macrob. lib. 111. Saturn. Var-
 ro (inquit) morē esse dicit in iudicio animi, quem sequi de-
 beat cōsuetudo, Sed Iulius Festus de uerborū significatio-
 nibus

Institutum.

Instituire ali-
 quid.

nibus, Mos est (inquit) institutum patrium pertinens ad Mos.
 religiones ceremoniasq; maiorum. Quod dictum idem
 Macrobius latius exequitur. Ex cuius uerbis apparct
 morem obseruationem quandam esse, non lege, sed iu-
 dicio ἔρ opinione confirmatam. Inde illa locutio, more
 maiorum, natā. Cicero libro 11. de Oratore, Me pro
 meo sodali qui mihi liberū loco more maiorum esse de-
 beret, ἔρ pro mea omni fama fortunisq; decernere. Ci-
 cero hoc in loco morem pro obseruatione posuit, quo-
 damque hominum grauiorū placito, non lege, non ne-
 cessitate confirmato: scilicet ut Quæstor Prætori libe-
 rium loco esset. De qua re in Diuinatione loquens ita in-
 quit, Sic enim à maioribus nostris accepimus, Præto-
 rem Quæstori suo parentis loco esse oportere: nullamq;
 iustiorē causam neq; grauiorē necessitudinis posse re-
 periri, quā coniuñtionem sortis, quā prouinciæ,
 quā officij, quā publicam muneris societatem. quam-
 obrem si iure possis eum accusare, tamen cum is tibi pa-
 rentis numero fuisset, id pie facere non posses. Verba sunt
 Ciceronis ad Quintum Cæciliū, utentis præscriptione
 illa, quod eum, qui parētis ei loco, more, id est, obseruatio-
 ne maiorū esset, citra impietate accusare non posses. Idem
 in Verrem Act. 11. hoc idem morem ἔr institutum uocat,
 quod uulgò nunc dicimus Laudabilem cōsuetudinem. Et-
 enim si perturbare, inquit, omnia, si permiscere uolumus,
 totam uitam periculosam infestamq; reddemus. si nullam
 religionem fors habebit, nullam societatem coniuñctio se-
 cundæ dubiæq; fortunæ, nullam autoritate mores institu-
 taq; maiorum. Paulus in hoc titulo, Vbiunque Prætor
 salua maiestate imperij sui, saluoq; more maiorum ius di-
 cere constituit, rectē ius appellatur. Teren. Quā mul-
 tiorum.

More maiorū.

Saluo more
 maiorum.

Iustitiæ ima-
go.

Iudicis perfec-
na.

Dice.

stus quidam ordo nature, ut anima subdatur Deo, anima
 caro, ac per hoc Deo anima ipsa & caro. Iustitiæ imagi-
 nem Gellius libro xiiii. ex Chryssippi Stoici libro quodam
 transcripsit his uerbis, Facit Chryssippus imaginem
 iustitiæ, fieri que solitam esse dicit à pictoribus rhetori-
 busq; antiquioribus ad hunc ferme modum: Forma atque
 filo uirginali, aspectu uehementi & formidabili, lumini-
 bus oculorum acribus, neque humilis neque atrocis, sed
 reuerendæ cuiusdam tristitiæ dignitate. Ex imaginis au-
 tem istius significatione intelligi uoluit iudicem, qui ius-
 titiæ antistes est, oportere esse grauem, sanctum, seue-
 rum, incorruptum, inadulabilem, contraq; improbos no-
 centesq; inmisericordem atque inexorabilem, erectumq;
 & arduum & potentem, ui & maiestate æquitatis ueri-
 tatisq; terrificum. Hæc à Græcis Dice dicitur præsertim
 poetis, unde Dicastæ iudices dicti, ut antè diximus, & δι-
 κασόννη. De hac Hesiodus in Ergis cum multis uersus,
 tum uerò hos scripsit,

Ἡ δὲ τε παρθένος ἔστι Δίκη, Διὸς ἐκγεγαίχη.
 Κυδνήϊ ἀειδίη τε θεοῖς δι' ὄλυμπον ἔχουσι.
 Καὶ ῥ' ὀπότ' ἄρτις μιν βλάπτῃ σκολιῶς ἀνοσίλωμ.
 Ἀντίνα παρ' Διὸς παρὶ καθεζομένη κρονίωσι.
 Γηρύετ' ἀνθρώπων ἀδικον νόον, ὃρ' ἀπὸ δίκη
 Δῆμ' ἄτασθαλίᾳς βασιλέων δι' ἀληγὰς νοδύτης
 Ἄλλῃ παρὰ κλυτὰ δίκας σκολιῶς ἐπέποντες.

Hæc, inquit, Dice uisenda Iouis filia est uirgo dijs etiam
 ipsis cœlestibus ueneranda: quam si quis obliquo iudicio
 læserit, sprete statim apud Iouem patrem queribunda af-
 fidens, humanarū mentium iniquitatem incusat: idq; ideo,
 ut principum iniquitates populares poenis expient, qui
 subdola ipsi mente transuersa iudicia rapientes, iura per-
 peram

peram reddere soliti sunt. Hos uersus sic Latinos fecimus.

Nata Iouis summi est ueneranda deis quoque uirgo
 Cœlicolis augusta Dice: quam si quis iniquo.
 Iudicio incesit temerarius, illicet acris
 Afsidet ante Iouem queribundo protinus ore
 Humanae mentis fraudes expostulat, ipse
 Vindicet in populos regum ut facta improba, qui fas
 Atque nefas miscent reddentes turbida iura.

Homerus Iliados xvi. huius deæ uim ingentem esse ait:
 cuius etiā indignationē in iudicijs sprete, magnis terra-
 rum cladibus expiari solere. Sudas de hac loquens, Hesto-
 dus (inquit) uirginem & incorruptam esse hanc deā dicit
 cum alio omni modo, tum uerò cubili uenereo: uidelicet si-
 gnificans ius nullo pacto adulterandū esse, non gratia, nō
 stupro, nō alia quauis causa, Hanc autē colentibus deā, tel-
 lurē quidē fruges multiplici scœnore reddere, mare uerò
 omnia quæ parere solet suppeditare. Demosthenes uerò
 in Aristogitonē duas iudiciorū præfides facit, hæc et Eu-
 nomiā, sic enim inquit ad iudices loquēs. Πάσα οὖν τα τοι-
 αῦτα ἔθνη παριδόντες τήμεδρον, ὀρθῶς δ' ἀδικάσαι, τήν τ' ἀ-
 δικάσαι ἀγαπῶσαν Εὐνομίαν πόρι πλάγης ποιοσαμένης, ἢ
 πάσας καὶ πόλεις καὶ χώρας σώζει. καὶ τήν ἀπαράιτητον
 ἢ σεμνίην Δίκην, ἢ ὅτ' ἀγίωτάτας ἡμεῖν τελετάς κτα-
 δέξας Ορφέως, παρὰ τὸν Ἐπίδου θεόνου φησὶ καθημένίην,
 πάντῃ τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐφορᾶν. ἢ εἰς ἑαυτὸν ἕκαστον νο-
 μισαίῃα ἐλέπειν, οὕτω ἡνεπίστα δ' αἰ, φυλαττόμενον ἢ προ-
 ορῶμενον μὴ κατασχίνας τὰ τῶν ἡσ ἐπόνυμὸς ἐστὶν ἡμῶν
 ἐκαστος ὃ ἀεὶ δικάσειν λαχόν, τὰ πάντῃ τῶν ἐρ τάσθῃ τῆ
 πόλει καλὰ ἢ δικάσαι ἢ συμφέροντα φυλάττειν. Nos igitur
 huiusmodi instituta transmittentes rectè atq; ordine iudi-
 care par est, Eunomiā illā iuris amantissimā urbium regio-

e 4 numq;

numq; columen imprimis colentes: simul inexorabilem illā augustamq; Dicen, quā Orpheus ipse qui sacratissima rum nobis cerimoniarum autor fuit, assistentem Iouis solio, humanos omneis actus perlustrare oculis ait. Hanc quasi uos omnes (se se quisq;) intueri putantes sic oportet censere in iudicijs, idq; etiā etiāq; uidere, ne quid eidē pudendū admittatis, cuius gentilis est unusquisq; uestrum iudicandi locum quocunq; tēpore sortitus, si modo iusti & honesti, utilitatisq; politicæ rationem usquequaque habuerit. Haslenus ille. Qui iudices iuris & iustitiæ gentiles, id est, cognomines propterea appellat, quod à Dīce dicastæ, ut à iure iudices dicuntur.

Ex lege priore de origine iuris.

Illotis manibus.
Illotis pedibus.

Illotis (ut ita dixerim) manibus protinus materiam interpretationis tractare. Illotis manibus hoc in loco significat abruptè & nulla præfatione rem ipsam protinus aggredi, imparatis adhuc audientium animis. Simile est illotis pedibus apud Gellium lib. 1. Nunc autem isti qui repente pedibus illotis ad philosophos diuertunt, non est hoc factis quod sunt omnino ἀθεώρητοι, ἀμύσοι, ἀγνοεῖται, sed legem etiam dant qua philosophari discant. Hic à Symposio Platonis incipere gestit, propter Alcibiadæ comestationem: ille à Phædro, propter Lysie orationem. Macrobius lib. 1. Satur. Copiam (inquit) rerum in Vergilio pedibus illotis prætereūt, id est, immaturi Vergilianæ lectiōni rerum copiā percipere non possunt, Lucianus, οὐ μὲν ἀντιπλοῖς γε ποσῶν, τὸ τὸ λόγῳ, τὸς τὰ πάντα ἡγεῖται. id est, Nec tamen illotis pedibus (ut est in prouerbio) ad hoc studiū uenit, id est, præproperus & imparatus. Caius autem illotis manibus dixit, cum de cōrectatione loqueretur, quæ manuū est. Gellius pedibus dixit, quia diuertēdi uerbo uti uolebat

lebat, ut Macrobius prætereundi, & Lucianus ueniendi. Hic hic, amabò, hic dicant nobis legulei iuuenes, nonnulliq; homines urisperiti, humanitatus (ut ipsi didicant) contemptores: ut uerò nemo non intelligit, eius rei quam sibi mala iam doctrina imbutis desperandam prorsus sentiunt, non ab re inimici atque obrectatores: utrum se illotis pedibus ad studium iuris uenisse negare ipsi audebunt? ferè enim hodie qui & foro et iuris scholæ destinati sunt, ut triennio aut summum quadriennio quolibet sub præceptore rudimenta grammaticæ posuerunt, continuo ad studium iuris non tam transeunt quàm profiliunt, ἐπὶ τῶν νόμων ὑπομείψαντες ἀβύρτες, ut est in Græco prouerbio, id est, à dolio fingendo figulinam auspicandā esse censentes, disciplinarum illi quidē, & ut ita dicam, seueriorum grauiorumq; studiōrū incunabula lucrificere maxima quæque protinus aggrediendo existimantes, sed toto (ut dicitur) cælo errantes: qui tot tantarumq; rerum copiam sine mediocri antiquitatis cognitione capere se posse tradentibus Accursians sperent; quiq; sanctissimam iuris ciuili scientiam illotissimis sese manibus contaminare nō sentiunt. Tute uerò literarū studiosus & intelligēs quid cum hisce hominibus agas, qui rerum diuinarum humanarumq; scientiam, atq; omnem omnino prudentiam, cancellis illis forensibus (ut inquit Cicero) circumscriptam esse putant? Alij indolem multarum rerum capacem nacti, & naturali impetu literas meliores appetentes, ubi primoribus labris gustare eas cœperunt, nō dico medio è curriculum, sed à carceribus etiam ipsis protinus reuocatur, reclamantibus parentibus atque amicis, & ohe ac satis superq; uix re bene cœpta didicantibus. quæstiosa enim iam studia capeßenda: & quod est apud Satyricum, rubras leges

maiorum perlegendas. Ita quintum post annum non iam Papinianistas sed Papinianos uidemus, atque etiã uelut somno beatos ac Papinianos effectos. Quamquam si uerè existimare uelimus, quotus iam quisq; eorum iuris peritus fieri cupit? plerique enim for mularij fieri contenti, non etiam iuris consulti, iuris ciuilibus finem nõ legitimã atq; usitatã in causis rebusq; ciuium æqualitatis conseruationem esse putant, sed aut sordidam meritoria & ueluti prostantis uocis altercationem, aut styli mercenarij saculariã illã operam. Neque id ideo dicimus, quasi omnes huius instituti homines una pertica (ut dicitur) metiri nos uelimus. quosdam enim nouimus & grauius & ingenue aduocationum officia præstantes, quorum partim eo nomine magnam gloriam adepti, ad primarios ordines euaserunt, partim in eodem uita instituto permanentes, eo nominis peruenerunt, ut è limine egredientes consultorum litigatorumq; frequentiam ueluti salutatorum habeant, magnasq; necessitudines officiosis patrocinijs aduocationibusq; conquisiuerint, nunc etiam uidemus clariorum hic aduocatorum ordinem seminarium esse, ut ita dicam, amplissimã curiã. Verum honestatis horum splendor, sordibus eorum obruitur qui se capturis ex professo etiam mancipauerunt: quæ multo maxima pars est huius generis, nõ iam honorarium aduocationis comiter accipientes, sed operarum mercedem chartulatim æstimantes, efflagitantesq; parum liberaliter. Horum illud inuentum haud sanè ingenuum, literis triëtalibus ἀκουολογίας, id est, iudiciales causificationes scribendi, sesquipedalibus uersum interstitijs, credo ut clarius iudices possent iustitiam eorum iurãq; litigatorum cernere. In uniuersum autem qui hunc finem professionis suæ non modo non negant, sed etiam

gloriab

Prouerbialiter

gloriabundi prædicant, quonam modo iuris se ciuilibus studiosos esse defendent, cum omnia sua causa faciant non ciuium? ut in quadam epistola Cicero iocabundus ad Trebatium scripsit iurisconsultum.

Ex l. posteriore de origine iuris.

Qui fuit illis temporibus quibus superbus Demarati ^{Demarati filius.} Corinthij filius. Hoc in loco hallucinatus est Pomponius, aut error est audaculi cuiuspiam emendatoris. Non enim Tarquinius Superbus Demarati filius fuit, sed Tarquinius Priscus, ut ex Liniõ constat libro 1. ab urbe condita. Cicero lib. v. Tuscul. Demaratus, inquit, Tarquinijs Regis nostri pater tyrannum Cypsellum quod ferre non poterat, fugit Tarquinius Corintho, & ibi fortunas suas constituit. Plin. lib. xxiiii. Demaratus, inquit, Tarquinijs Prisci Romani regis patrem. Quod uerò hic dicitur de legibus Curiatis, ita intelligendum, ut lex Curiata ^{Lex curiata & centuriata.} dicatur à Curiatis comitijs, ut Centuriata lex à Centuriatis. De quibus Gellius lib. xiiii. & Cicero lib. i. de Legibus, & in Orationibus non semel. Sequitur paulò post Hermodorũ quendam Ephesium exulantẽ in Italia. Hic ille est Hermodorus qui propter leges latus, Epheso exulare iussus est. ad quem scribens Heraclitus Ephesius cognomẽto Scotinus, ita inquit, ἴσασι με ἐγρόδωρε συντεχνιτῶντά σοι τὸς νόμους, καμὲ ἐλάσαι βέλονται. Quibus uerbis innuit se ob id in exiliũ actũ, quod cõsiliũ communicasset cũ Hermodoro in ferendis legibus. cum tamen Laërtius scribat rogatum fuisse ab Ephesijs ut leges ipsi ferret, idq; facere recusauisse propterea quod assueti iam esset prauis moribus et institutis. dicit tamẽ ipse se inuisum esse suis ciuibus ob id qd ἀγέλατος esset, nepe quasi ob misanthropiã id faceret, ἐγνώκασι ἔμὴν γελῶντα, καὶ πάντας

μισῶσα

μισανθρωποσύνη ἐξέβηται τῆς πόλεως. Cicero autem lib. v. Tusc. ob aliam causam in exilium eum actum esse scripsit. Est, inquit, apud Heraclitū physicum de principe Ephesiorū Hermodoro, uniuersos aut Ephesios esse morte multandos, quod cum ciuitate expellerent Hermodorum, ita locuti sunt, Nemo de nobis unis excellat. Sed si quis extiterit, alio in loco et apud alios sit. Ipse autē Heraclitus ita scribit, ἐρμόδωρ ὁ ἐλαύνει τὰ νόμους γράφων, ἠράκλειτος ὁ ἐλαύνει τὰ ἀσεβεία. Sed Cic. cū Laërtio itidē ferme retulit, qui de hoc ita scribit, καθάπερ ἔστι τὸ ἐφεσίων, ἡ δὲ τῶν ἑταίρων ἐκβαλεῖν ἐρμόδωρον, ἐν οἷς φησὶν, ἄξιον ἐφεσίοις ἡβηδὸν ἀποθανεῖν, πᾶσι μὲν καὶ τοῖς ἀνόμοις τὴν πόλιν καταλιπεῖν, οἵτινες ἐρμόδωρον ἐαυτῶν ὀνήτην ἐξέβαλον, λέγοντες, ἡμῶν μὲν εἰς ὀνήτην ἔστω. εἰ δὲ τις τοιοῦτος, ἀλλοιτε καὶ μετ' ἄλλοι. Itidem etiā Strabo lib. xiiii. ἄξιον ἐφεσίοις ἡβηδὸν ἀπάγεσθαι, οἵτινες ἐρμόδωρον ἀνδρα ἐαυτῶν ὀνήτην ἐξέβαλον. πάντες ἡμῶν μὲν εἰς ὀνήτην ἔστω. εἰ δὲ μὴ ἄλλοιτε καὶ μετ' ἄλλοι. Vnde autem, inquit, Romanis leges quasdam conscripsisse. Plin. lib. xxiiii. Fuit ὁ Hermodori Ephesij statua in comitio, legum quas Decemuirī scribebant, interpretis, publicè dicata.

Ex eadem lege.

Gn. Flavius. Gneus Flavius Scriba surreptum librum populo tradidit. Meminit huius historie Liuius libro ix. ab Vrbe condita circa finem. De hoc Flauio Cicero pro Muræna, Posset agi lege necne, inquit, pauci quondam sciebant. factos enim uulgò non habebant. Erant in magna potentia qui consulebantur: à quibus etiam dies tanquam à Chaldaeis petebantur. Inuentus est Scriba quidam, Gneus Flavius, qui cornicum oculos confixerit, et singulis diebus ediscendos factos populo proposuerit, et ab ipsis cautis

Iur

Iurisconsultis corūscientiam compilarit. Valerius libro i. cap. i. Ius ciuile per multa secula inter sacra ceremoniasq; deorum immortalium abditum, solusq; pontificibus notum, Gneus Flavius libertino patre genitus et Scriba, cum ingenti nobilitatis indignatione factus Aedilis Curulis, uulgauit, et factos penè toto foro exposuit. Cornicum oculos configere (ut id obiter dicamus) Cicero in exemplō superiori pro eo posuit quod est callidos et uersutos homines uersutia et calliditate supplantare et eludari. Ut enim clauus clauo truditur, sic uersutia uersu, et ars eluditur arte. Vnde Aristoteles in Politicis. Καὶ χερσῖμοι οἱ πόνηροι εἰς τὰ πόνηρα. ἢ ἡ γὰρ ὁ ἦλ, ὡς ὅτι ἢ παροίμα. Viles, inquit, improbi ad improba transigenda. clauus enim clauo, ut est in prouerbio. Cicero pro Flacco, Hic Hercule cornici oculum (ut dicitur). nam hunc Hermippum hominem eruditum ciuem suum, cui debebat esse notissimus, percussit. eius enim fide pecuniam sumpsit à Eusijs. Ac si diceret, ueteratorem et perastutum hominem ueteratoria fraude subuertit. Huic non absimile est quod Plautus sublinere os appellare solet, ut in Aulul. Fidei censebam maximā multò fidem esse, ea subleuit os mihi penissimè. Tracta locutio à genere ludi, quo dormientibus ora fuligine inficiuntur. Hanc Ciceronis locutionem Hieronym. in præfatione Paralipomenon inuitatus est his uerbis, Nunc uerò cum pro uarietate regionū diuersa ferantur exemplaria, et germana illa antiquaq; translatio corrupta sit atque uiolata, nostri arbitrij putas, aut è pluribus iudicare quid uerum sit, aut nouum opus in ueteri opere condere, illudentibusq; Iudæis cornicū oculos cōfigere; id est, materiā eludēdi nostri Iudæis præcipere, qui cum se credāt solos habere literarū sacrarum ueritatem, ludibrio

Cornicum oculi
configere.

Sublinere os.

ludibrio nos habent propter vulgatas translationes. Vt nam uerò prodeat nobis superstitibus Tribonianus alter qui cornicum oculos iuriconsultis nostri temporis con-figat, id est, qui tot uoluminum acervos, quot ne Ptolemai quidem bibliotheca caperet, certo quodā numero circumscribat: sed ita ut ad uiuum refecet, ne eternū hoc tedium perferamus hominum ineptorum, qui citandis Bartholo, Baldo, Alexandro, Panormitano, Barbatio, colleimq; ceteris iuris interpretibus, cum dominij etiam (si dijs placeat) præfatione, arcem se doctrinæ tenere indoctis stupentiq; turbæ persuaserunt: solosq; se dignos esse qui Principi maria ac terras populosq; regenti in consilio adesse, aut regendæ Reipub. præfici debeant; tametsi nulla alia disciplina, nulla rerum cognitione instructi. Quibus ubi Bartholum & Baldum ademeris, ad infantiam redactos ne hiscere quidem uidebis. De insolentibus nunc loquor & ineptis, non de ijs qui solidioris doctrinæ conscientia huiusmodi ineptias ostentationum perosi, nihil non opportune ac grauius plenis è pectoribus promunt.

Ex eadem lege.

Et ita factum est ut inter plebiscita & legē species constituēdi interesset, potestas esset eadem.) Quo modo locus hic intelligi debeat, Gellius lib. xiiii. docet his uerbis. Tribuni autem neq; aduocant Patricios, neque ad eos referre de ulla re possunt. Ita ne leges quidem proprie, sed plebiscita appellantur, quæ Tribunis ferentibus accepta sunt, quibus rogationibus antea Patricij non tenebantur, donec Quintus Hortensius Dictator eam legem tulit, ut eo iure quod plebs sciuisset, omnes Quirites tenerentur. Liuius lib. i. Omnia primum cum uelut in cōtrouersio iure esset, tenerentur ne patres plebiscitis, legem Centuriat

Plebiscitum.

turiatis comitijs tulere, ut quod tribuni plebis inuisissent, populus teneret, qua lege tribunitijs rogationibus telum accerrimum datum est. Est igitur plebiscitum quod nulla auctoritate patrum constitutum est.

Ex eadem lege.

Nonissimè sicut ad pauciores uiros iuris constituendi uia transisse rebus ipsis distantibus uidebatur.) Via in. via. terdum docendarum rerum rationē significat. Cicero in Partitionibus. Quid diffinitionis que ratio & que uia? Et de Claris oratoribus, Nam antea neminem solitum uia nec arte, sed accuratè tamen & descripto plerosque dicere. A¹ Græcis methodus dicitur, quod uerbum Theodorus Methodus. uiam rationeq; docendi trāstulit. Quintilianus duas grāmaticæ partes facit, methodon & historiam: Methodon appellans quam Cicero uiam, artem, & rationem uocat, sic enim inquit lib. i. Insti. Et finitæ quidē sunt partes duæ, quas hæc professio pollicetur, id est, ratio loquendi & enarratio autorum: quarum illam, methodicam: hanc, historicam uocant. Idem alibi methodon, breue dicendi compendium uertit, quasi breuem uiam qua quamcelerrimè ad peritiam euadimus. Cicero de Finibus, Artes etiam ipsas propter se assumendas putamus, tum quia sit in ijs aliquid dignum assumptione, tum quod consent ex cognitionibus, & contineant quiddam in se ratione cōstitutū & uia. De hac uia Quintilianus in secūdo de libris Technicorū loquēs, Sed adiuuatur his quoq; ars dicendi, si tamē rectam uiam, nō unā orbitā monstrant; à qua declinare qui crediderit nefas, patiatur necesse est illā per funes ingrediētū tarditatem. Quo in loco elegātī metaphora Quintilianus usus est. A¹ methodo Methodici dicti sunt, qui rationē artis & discēdi cōpendia sequuntur. Quo nomine uocauerūt se quidam

Methodus.

Methodici.

se quidam medici illius Thessali discipuli, ut auctor est Galenus lib. v. Therapeuticae, qui nec usum experimentaq; secuti, ut empirici: nec indicationes & naturae cognitionem, hoc est, euidentium abditarumq; causarum notitiam, ut inquit Celsus: ut qui rationales dicuntur, cum nullum tertium sit aut reliquum instrumentum quo medicina tractari exerceriq; possit: dignos tamen se censuerunt qui methodici uocarentur, quasi uitam & rationem artisq; compendia commenti & sectantes: quos ipse Galenus ἀμεθοδι. *ἄμεθοδος* appellat, id est, maxime omnium amethodos, hoc est a uia & ratione docendi discendiq; abhorrentes, quasiq; auios. *μεθοδικὴ* enim αἴρεσις, ut inquit Galenus, omnia dogmata medicinae corrumpit. De hoc Thessalo methodicorum principe Plinius libro xxi. ita inquit, Eadem etas Neronis principatu ad Thessalum transfiliuit, delentem cuncta maiorum placita, & rabie quadam in omnis aui medicos perorantem. Hic tanta arrogantia fuit, ut iatronicen sese inscripserit, quasi medicorum uictorem. Galenus lib. i. eiusdem Therapeu. primum se dicit medicinā uia & ratione tractasse, quod ipse *μεθόδω* θεραπεύειν appellat, quam tamen uiam Hippocrate primum secuisse dicit: sed uia ab eo sectam a se ueluti stratam esse. Vnde librum suū methodon therapeutica nominauit. Duas enim partes omnis artis & scientiae facit, methodon & ascesin, id est, uia & exercitationē. Neq; enim possumus, inquit, alicuius nobis artis scientiam cōparare, nisi & commentationū in uniuersum uia quādam pernouerimus, & artis meditationem per singulorū exempla exercuerimus, εὐδιόδοτες ὡς ἐν οἴοντ' ἐστὶ τέχνης ἀλλ' ἐμὴς ὑπὸ τῆς ἐμῆς ἀσκήσεως, ἡ δὲ ἀσκήσις ἐστὶ τῆς μεθόδου μὲν τινὰ διὰ τῶν καθέλκων λεγομένων θεωρημάτων, ἀσκήσις δὲ διὰ τῶν ἐν μέρει λαμβάνειν

βάνειν παραδειγμάτων. Idem in li. περὶ ὄρων, id est, de finitionibus, tres sectas medicinae ponens, *Methodicὴν*, inquit, ἐστὶ λόγος ἀπὸ φαινομένων ὁμώμων, καὶ ἀδύνακα κατ' ἀλλήλους τοὺς μὲν. hoc est, Methodice est ratio, quae ab apparentibus deprehendit occulta: ut si sudores sunt, etiā pori sunt. sudor enim res est euidens: meatus autem esse sudoris, res est abdita. Celsus lib. iii. Medicinā ita finiūt, quasi uia quādam, quā methodicē Graeci uocāt: eorumq; quae in morbis cōmunia sunt, cōtēplatricē esse contendūt. ac neq; rationabilibus se, neq; experimenta rerū sectantibus annumerari uolūt: cū ab illis eo nomine dissentiat, quod in cōieciura rerū latentium uolūt esse medicinā: ab his, quod parum artis esse in obseruatione experimentorū credūt. Ad summā *μέθοδος* à Graecis dicitur quasi persecutio & uestigatio discipline quam discere uolumus. Plato lib. iii. τῆς πολιτείας, καὶ εὐγενεῖς ὁ γλαυκῶν, ὡς ἢ ἐμὴ δόξα, ἀνεβῶς μὲν τῆτο ἐκ τοῖστων μεθόδων οἴσας νῦν ἐν τοῖς λόγοις χρῶμεθα, δ' ἐμὴ ποτε λάβομεν. ἀλλὰ μικροτέρα καὶ πλείω ὁδὸς ἢ ἐπὶ τῆτο ἄγασσα μέθοδος. Aristoteles sepe per tractatu et libro dicit, ut in vi. Politicō, κατὰ πᾶν (inquit) εἰρηται ἢ τῆ μεθόδω τῆ πρὸ τῆστων. & *μεθοδικῶν* inter alia hoc quoq; significat, uia et methodica τὸ ἐκυρο. Gal. in ult. Therape. κολοβώματα ὀνομάσσει τὰ κατὰ τὴν χεῖρα ἢ πρὸς γίον ἢ οὐδ' ἐλλέποντα. *μεθοδικῶν* ἢ τῶστων καὶ τῶστων.

Ex eadem paulo post.

Itemq; ut essent qui adibus praessent, in quas omnia scita sua plebs deferebat, & reliqua. Liiius lib. iii. ab Urbe cond. Institutum est etiam ab iisdem Consulibus, ut senatus consulta in eadem Cereris ad Aediles plebis deferrētur, quae ante arbitrio Consulū suppressēbantur q; Leges igitur & plebiscita & senatus consulta ad

Aediliū cura.

f curam

curam Aedilium pertinebant: postea tamen haec cura ad aerarium translata est, ut alibi uidebimus.

Ex eadem lege.

Parricidij. Quæstores. Parricida. Hi appellabatur Quæstores parricidij. Parricidij modo hic intelligendum sit, docet Festus his uerbis, Parricidij Quæstores appellabantur qui solebant creari causa rerum capitalium querendarum. Nam parricida non utiq; is qui parentem occidisset, dicebatur, sed qui qualencumq; hominem, hoc est, non tantum πατρός τε & υιού τε ποδόν τε, sed etiam μητρός τε. Sic autem fuisse indicat lex Numa his cõposita uerbis, Si quis hominẽ liberum morti sciens duit, parricida esto. Tranquillus in Cesare, Poenas facinorũ auxit: & cum locupletes eo facilius scelere se obligarent, quod integris patrimonijs exultabãt, parricidas (ut Cic. dixit) bonis omnibus, reliquos dimidia parte multauit. Vbi parricidas pro homicidis accipiendũ. Parricida, inquit Priscianus, tã à pari quã à patre deduci potest.

Ex eadem lege.

Decemuiroi. Et cum placuisset leges quoq; ferri, ut omnes magistratus se abdicarent, quod decemuiroi cõstituti uno anno, & reliqua. In hoc paragrapho multa uerba deprauata sunt, pro cuius intelligentia, repetenda à Liniõ historia. Is igitur lib. lxxi. sic inquit, Anno trecentesimo altero quã Roma condita erat, iterum mutatur forma ciuitatis ab Consulibus ad Decemuiros, quemadmodũ à Regibus antè ad Consules uenerat. Trãslatio imperij minus insignis, quia non diuturna mutatio fuit. Lata enim principia magistratus eius nimis luxuriauerunt: eo citius lapsa res est, repetitumq; duobus uti mandaretur Consulium nomen imperiumq;. Idem alibi, Opinio etiam sine autore exierat, non in presentis modo temporis eos iniuriam conspirasse, sed fœdus

fœdus clandestinum inter ipsos iureiurando ictum ne comitia haberent: perpetuoq; Decemuiratu possessum semel obtinerent imperium. Idem alibi, Iam redierant Legati cum Atticis legibus. Eo intentius instabant Tribuni ut tandem scribendarũ legum initium fieret. Placet creari Decemuiros sine prouocatione, & ne quis eo anno magistratus esset. Legendum igitur magistratu non magistratus: ut paulò infra, Sufficere magistratus, non magistratibus, hoc est, substituere. Et, quoad Decemuiros: nõ quod aut quia, ut Accursius credidit, hoc sensu, latum est ad populum à Tribunis, ut populus scisceret iuberetq; omnes qui cum imperio essent, magistratu sese abdicare: ut decemuiroi legibus ferendis crearentur, & ne quis illo anno magistratus præter Decemuiros esset. Dicimus enim abdicare se magistratu, ut abire magistratu. Linius, Valerius curia egressus Dictatura se abdicauit. Idem, Factũ senatusconsultũ, ut Decemuiroi primo quoq; tẽpore magistratu se abdicarẽt. Hoc in loco perquam scitè Accursius, Latũ est, inquit, ad populum, hoc est, dictũ inter prudentes. Si tam lotis manibus Accursius tractanda iuris interpretum scripta, quã Caius (ut supra uidi-mus) cõsuisset, profectò haud huiuscemodi cõpluribus nugis pulcherrimã hanc legẽ inquinatam nobis reliquisset. Ferre ad populũ legislator tũ dicitur, cum legẽ in mediũ profert, unde legislator dicitur. Ferre ad populũ Græci Εισφέρειν dicũt, quasi afferre in mediũ. unde Αἴσφορην legẽ legi cõtraria ferre, q. tũ fiebat cũ legẽ aliquã abrogari uolebãt, & et Πάεισφορην dicitur. Demosthen. πρὸς Αετιώνην. Ἀναγνώστω τὸ νόμον ὑμῶν ὃν παρεισφέρειν γράψαντες ἀντὶ τῆς δόξ. Quo in loco multa de ferendis legibus dicit. Rogare etiã legislator dicebatur, unde rogatio

Abdicare se magistratu.

Ferre ad pop.

Εισφέρειν
Αἴσφορην
Πάεισφορην

Rogare.

f 2 dictu

Plebiscitum
Scire, sciscere.

Referre ad se-
natum.

Χρηματισμῶν

De more ferē-
darum legum

Curiatæ leges
Centuriatæ le-
ges.

dicta. Plebs uerò sciscere dicebatur: hoc est, statuere de-
cernereq; unde plebiscitum, quod Græcè Πέποιμα dicitur,
ut sæpe apud Cicer. legimus. Legis, rogationis, plebi-
sciti. & aliorum uerborum si quis differentiam nosse cu-
pit, uideat Gellium libro 1 x. Referre de re aliqua ad Se-
natum Consules & ij quibus Senatum cogere licebat, di-
cebantur, cum rem in Senatu agitandam decernendamq;
proponebant, rogātes Senatorum sententias: cuius exem-
pla apud Liliū scitent. hoc Græcè χρηματισμῶν τῶν ἐπὶ τῷ δήμῳ
dicunt, cuius exempla apud Aristotelem in Politic. Vul-
gò dicimus ponere rem in deliberationem curiæ. De mo-
re ferēdarum olim legum Cicero pro Flacco, O morem,
inquit, præclarum disciplinamq; quam à maioribus acce-
pimus, si quidem teneremus: sed nescio quomodo iam de
manibus elabitur. Nullam enim illi nostri sapientissimi
& sanctissimi uiri uim concionis esse uoluerunt. Quæ
scisceret plebs aut quæ populus iuberet, summo concio-
ne, distributis partibus tributim & centuriatim, descri-
ptis ordinibus, classibus, etatibus, auditis autoribus, re
per multos dies promulgata & cognita, iuberi uetariq;
uoluerunt. Erant autem leges quædam Curiatæ à curia-
tis comitijs dictæ, id est, tributim coactis: quædam Centu-
riatæ à centuriatis comitijs, id est, centuriatim ex censu
& etate distributis. de quibus multa Cic. de lege Agra-
ria contra Rullum, & lib. 111. de Legibus. Centuriatæ
autē leges maioris autoritatis erant, quasi plenis iustisq;
comitijs perlatæ. Ideoq; gloriatur Cicero ceteriariatæ se le-
ge ab exilio reuocatū esse. Vnde in oratione quā de redi-
tu suo inscripsit, Quid deniq; inquit, illo die, quem Pub.
Lentulus mihi fratriq; meo liberisq; nostris natalē consti-
tuit nō modò ad nostrā uerū ad sempiternā memoriā

tem

temporis? quo die nos comitijs centuriatis (quæ maiores
iusta dici haberiq; uoluerūt) accersuit in patriam: ut eā-
dem ceteriariæ quæ me Consulem fecerāt, Consulatum meum
comprobarent. Quo die quis ciuis fuit qui non nefas esse
putaret quacunque aut etate, aut ualitudine esset, nō de
salute mea sententiā ferre? Idem pro Publico Sextio, Cur
cum de capite ciuis, & de bonis proscripti ferretur: cum
& sacris legibus, & x 11. tab. sancitum esset, ne ue pri-
uilegium irrogari, ne ue de capite nisi comitijs centuria-
tis rogari, nulla uox est audita Consulū? Et paulò post,
Tum princeps rogatus sententiā Cotta, dixit nihil de me
adū esse iure, nihil more maiorū, nihil legibus, non posse
quenquā de ciuitate tolli iudicio: de capite non modo fer-
ri, sed ne iudicari quidem posse, nisi centuriatis comitijs.
His uerbis significatur non censeri iudicium esse populi,
nisi tum demū cum ceteriariatis comitijs coactus est. id eoq;
se indemnatum à P. Clodio Tribuno plebis pulsū esse in
exilium colligit, priuilegio de se lato comitijs non centu-
riatis. Priuilegium enim appellat legem de proscriptione
sua latam, quasi legem de priuo homine latam, ut Gellius
docet in 1 x. Nocturnum Attic. & ipse Cicero lib. 111. de
Legibus. Leges quædam Consulares erant, quædam Tri-
bunitiæ, ut idem de lege A graria, Leges enim sunt uete-
res, neq; eæ consulares (si quid interesse arbitramini) sed
tribunitiæ nobis maioribusq; nostris uehementer gratæ
atq; iucundæ. Tribunitiæ leges plebiscita proprio uoca-
bulo dicuntur. Consulares uerò absolute leges uocantur.
Tribunus sacrosanctus magistratus erat, ut alibi dixi-
mus. Plebeius tamen, custos et præses libertatis, ut inquit
Cic. in eadē oratione. Quæ autē populi potestas fuerit
in legibus & rogādis & abrogādis, docet Appian. in eo

Comitia centu-
riata.

Priuilegium.

Leges.

Tribunus sa-
crosanctus ma-
gistratus.

f 3 libro

Libro qui Libycus inscribitur, ubi de Scipionis Consulatu loquitur: & Liuius lib. i. de Interregno loquēs, Cum sensissent, inquit, ea moueri patres, offerēdum ultro rati quod amissuri erant, ita gratiam in eunt summa potestate populo permissa, ut nō plus darēt iuris quān detinerēt. Deceuerūt enim ut cum populus regē iussisset, id sic ratū esset si patres autores fierent. Hodiēq; in legibus magistratibusq; rogandis usurpatur id ius: ui enim adempta, prius quān populus suffragiū ineat, in incertū comitorū euentum patres autores fiunt. Meminit huius rei & Cicer. in Brut. Vnde Fabius apud eundē Liuium lib. v. i. i. ita inquit ad Papyriū Dicit. Tribuno plebis appello, & prouoco ad populū, cumq; tibi fugienti exercitum tui, fugienti Senatus iudiciū iudicē fero, qui certē unus plusquā Dicitur tua potest, polletq; uidero cesurus ne prouocationi sis, cui Rex Romanus Tullius Hostilius cesit. Hactenus ille. Summa autē illa populi potestas ad Principes Romanos monarchiæ temporibus delata est, ut inquit Iustinianus in i. Institutionum. Vnde Iuuenalis, Satyra x.

-Iam pridem ex quo suffragia nulli
Vendimus, effugit curas: nam qui dabat olim
Imperiū, fasces, legiones, omnia, nunc se Cōtinet,

Ex eadem paulō pōst.

Vindicias filie suæ à se abdicasse, uel ut in quibusdam legitur, abdidisse. Censio legēdum abdicasse. Est enim
Abiudicare. iudicio auferre: ea formadiētū, qua abiurare. Liuius lib. i. i. i. in principio, Latī ergo audiuere patres Ardeatium populū ob iniuriā agri ab iudicati defecisse. Cicero de lege Agraria, iudicauit Alexandriā regis esse à populo Romano abiudicabit. Et pro Cecinna, Hoc iudicat, cum is qui in seruitute iusta fuerit, censu liberetur, cum

eum qui cum liber esset censerī noluerit, ipsum sibi libertatem abiudicasse. Quod autē de secessione hic dicitur historia nota est apud Liui. duas secessiones fuisse. Prioris meminit lib. ii. quā in Auentinum factam esse dicit: per quam populus à patribus extorsit, ut duo Tribuni plebeij crearentur sacrosancti, quibus auxiliij latio aduersus Consules esset. Posterioris meminit in i. i. i. quā in sacrum montē facta esse dicit, per quā tribunitiam potestatem repetijt populus, prouocationēq; per Decemuiratū ademptā: & alia quædam. unde Cic. in i. i. i. de Legibus, Concessa, inquit, plebi à patribus tribunitia potestate arma ceciderūt, restincta seditio est. inuētum est temperamentū quo tenuiores cum Principibus æquari se putarūt. de Tribunitia potestate loquens. Hanc posteriorē sexagesimo anno post reges exactos factum fuisse testis est idem lib. ii. de Finibus. Verum enim uero quod hic de uindicijs dicitur, latius enarrandū est, tametsi Accursius iure id interpretetur, ut alia p multa in hac lege: sed ita ut nusquam hesitantiam hominis reprehēdere possis, ita certus usque quaq; securusq; enarrationum suarū fuit, sic explorata omnia nobis compertaq; tradidit, ut etiam illud fabulamentum circulatorium de Græco exploratore q̄ Romā à Græcis missus erat, quiq; trinitatis mysterium fortuita gesticulatione significasse dicitur, pro uerissima historia commemorare sustinuerit, aut etiam crediderit. Ex quibus atque huiuscemodi nugis eius intelligere facile possumus, nec historiarum notitiam ipsum, nec amaliū habuisse, nec qui quoque tempore aut Iurisconsulti, aut legesatores, aut Imperatores, aut qui quibusq; æquales fuerint, quicquam pensi habuisse. Quod si ita est (ut certē est) quonam modo ipse in tanta uiris per alia atq; alia secula uarietate, certus esset sententia

Decepsio populi.

Accursiana ignorantia.

f 4 tie

tiæ potuit? multæ enim antinomiæ dissolui & explicari sine eius rei cognitione nequeunt, quam Accursius ignorauit. quod eò certè perniciosius esse iudicandum est, quod sequaces ferè suos (quæ bona pars est interpretum iuris) in eisdem errores iurare (ut ita dicam) hæc dubitanter impulit. id quod semel atque in uniuersum dicendum habuimus, ne aut singula commenta hominis aut ariolamenta reprehendere nobis necesse sit, aut incuriæ præuaricationis uel opinionem subire, si tædio plerunque post hæc in huiusmodi commuebimus. id quod dictum oportuit, non ob hominis reprehendam ignorantiam, alioquin laude ingenij, ut ea etate, non fraudandi: sed ob eorum stultitiam, qui ipsum ut magnum autorem laudant earum rerum quarum inficius planè fuit. Ut autem ad Vindicias ueniamus, Lilius libro III. de filia Virginij loquens, ita inquit, Hanc uirginem adultam, forma excellentem Appius amore amès, pretio ac spe pellicere adortus, posteaquam omnia pudore septa animaduertèrat, ad crudelem superbamq; uim animum cõuertit. Marco Claudio clienti negotium dedit ut uirginem in seruitutem assereret, neque cederet secundum libertatem postulantiibus uindicias: quòd pater puellæ abesset, locum iniuriæ esse ratus. Item paulò post, Aduocati puellæ cum Virginium Reip. causa abesse dixissent, biduo ad futurum si nunciatum ei sit: iniquum esse absentem de liberis dimicare: postulant ut rem integram in patris aduentum differat: lege ab ipso lata uindicias det secundum libertatem. Vindicias secundum libertatè dare & Lilius & Pomponius intellexerunt, decernere ut interim dum pater puellæ accersitur, dumq; ipsa status sui questionem patitur, in possessione ipsa sui ac libertatis esset. Ut uindicias postulare secundum libertatè, pro eo quod est

Vindiciz.

Vindiciz secundum libertatè postulatæ datæq;.

est postulare ut interim libertate potiretur. Quod autem sequitur de Bruto qui uindicias secundum libertatè dixisset in persona Vindicis Vitelliorum serui, Vindicij non uindici legendum est, ex eodem Liu. lib. II. Præmium, inquit, indici pecunia ex ærario, libertas & ciuitas data. Ille primum dicitur uindicta liberatus: quidam uindictæ quoque nomen ab illo tractum putant. Vindicio illi nomen fuisse. post illum seruatum ut qui ita liberati essent, in ciuitatem accepti uiderentur. Itidem Plutarchus in Publicola, Restat ut uideamus quo modo uindicias Brutus secundum libertatem in persona serui dedisse dicitur Vindicij. Hoc igitur ex Plutarcho requirendum: nam Lilius tacuit, qui tamen non Vitelliorum seruum sed Aquiliorum fuisse dicit, nisi sit erratum apud Plutarchum, ut facillè reor. Sic igitur idem autor in Publicola inquit, Aquilij mollitiæ Collatini Consulis confirmati, petierunt ad respondendum tempus, Vindicium seruum sibi reddi iubentes, nec apud accusatores asseruari. Inclinate ad hæc Consule, dimittenteq; hac conditione concionem, Valerius turbæ præmixtum hominem non poterat dimittere, neque populum dimissis proditoribus abire sinebat. Ad postremum cum iniicisset in hos manus, Brutum implorabat, Collatinum clamitans rem indignam facere, si imposta collegæ necessitate occidendi liberos, equum ipse duceret foemini per gratiam proditores patriæ & hostis concedere. His permoto uehementer Consule, & comprehendi Vindicium iubente, lictores repulsa turba coperunt hominem: conatibusq; eripere incusserunt uerbera. At amici Valerij repugnantes aderant, populusq; Brutum adesse iubebat. Ex his uerbis apparet Brutum quodam modo uindicias secundum libertatem dixisse, ex eo quòd Vindicium bene de Rep. meritum.

f s ritum.

ritum, interea dum Vitellij causam maiestatis dicerent, in manum ac potestatem infensissimorum dominorum ob accusationem, excarnificandum tradi non fuit, quod Collatinus collega permisserat. Vindiciarum nomen non à Vindicio, ut Accursius putauit, sed à uindicando tractum est: id quod ex Lioio intelligi satis potest, Appius, inquit, cum uirginem non defendi ab Icilio, sed inquietum hominem locum seditionis querere diceret, non præbiturum se illi eo die materiam, ius eo die se non dicturum, neque decretum interpositurum, à Marco Claudio petiturum ut decederet iure suo, uindicariq; puellam in posterum diem pateretur. Vindicari puellam Lioius pro uindicias puellae secundum libertatem dari dixit, hoc est, a se in libertatem, et in possessione libertatis esse usq; in posterum diem. Idem paulo post, ita uindicatur Virginea spondentibus propinquis. Vindicias hodie recedentiam uocamus, quod ex uerbis Asconij Pædiani in Verrinas Cicero nis intelligere possumus. Lis uindiciarum est, inquit, cum litigatur de ea re apud Prætozem cuius incertum est quis debeat esse possessor. et ideo qui eam tenet, satisfat pro præde litis uindiciarum aduersario suo, quo illi satisfaciatur nihil se deterius in possessione facturum de qua iurgium esset: rursus sponione ipse prouocatus ab aduersario certa pecunia aut æstimationis, quam amittat si sua sit hereditas de qua contendit. Prædes ergo dicuntur satisfatores locupletes pro re de qua apud iudicem lis est, ne interea qui tenet, diffidens causas, possessionem deterio rem faciat, re cta dissipet, excidat arbores, et culta deserat. Hæc uerba apud Asconium uulgo adeo deprauata leguntur, uix ut intelligantur. Cicero in Prætura urbana, si habuisset, inquit, iste edictum quo ante istum et postea omnes

Vindicie unde.

Vindicari in posterum die.

Vindicie. Recedentia.

Prædes.

omnes habuerunt Prætozes, possessio Minutia genti esset data. Si qui testamento se heredem esse arbitraretur quod eum non extaret, lege ageret in hereditatem: aut prædes litis uindiciarum eum satis accepisset, sponionem faceret: ita de hereditate certaret. Hoc opinor iure et maiores nostri et nos semper usi sumus. Quæ uerba Pædianus exponens ita inquit, Aut peteret ut possessor esset, aut acciperet ab aduersario satis pro præde litis uindiciarum, et ipse sponione faceret, et ita de hereditate certaret. Fortasse autem non prædes apud Cice, sed præde legedum est, hoc modo, Aut præde litis uindiciarum cum satis accepisset. sic erit sensus congruentior. Ex supradictis satis (ut opinor) apparet uindiciarum litem eam esse qua controuersa rei possessionem fiduciariam petimus, interea dum lis de re ipsa, aut de possessione disceptatur, quam recedentiam dicimus. Huiusmodi enim possessio, quam Pædianus intelligi ex Cicerone uoluit, non iusta et absoluta est possessio, sed fiduciaria et ueluti depositaria, ut hæc nostra recedentia rationibus reddendus et fructibus est obnoxia. Fiduciariam autem appello quam sub manu regia possidere uocant, quasi fide data acceptam, à fiducia tamen dictam, ut statim uidebimus. Liu. lib. 11. de Bel. Macedon. Nabidam tyranno uelut fiduciariam dare optimum uisum, ut uictori sibi restitueret: si quid aduersi accidisset, ut ipse haberet. de Corintho loquens quam Philippus Nabidi ea lege dederat, ut si uictor ex bello redisset, Nabidi ei restitueret. Sic Casar lib. 11. de bel. ciuili, Neque se ignorare quid sit officium legati, qui fiduciariam operam obtineret. Legatum pro Vicario, id est, locum tenente (ut uulgi uerbo utar) intelligendum, quem propterea fiduciariam operam obtinere dixit, quia redeunte Imperatore aut Cõsule cedere

Vindiciarum lis.

Fiduciaria possessio.

Legatus.

Fiduciaria operam.

cum

Fiduciarius
heres.

eum oportet. Curtius etiam eodem modo usus est. Inde fiduciarius heres ab Iaboleno uocatus est fideicommissarius, in l. Seius, ad Treb. Verū enim uero fiducia et sponso in superioribus exemplis posita, haud dubie uerba iuris, in Pandectis tamen nostris nusquam in significatione propria sumpta, quod equidem meminerim, admonuerunt nos ut nonnulla uerba iuris quae apud autores quidem Latinos reperirentur. In Pandectis autem nostris nusquam comparerent, nec in XII. libris Codicis, nec in quatuor Institutionum Iustiniani, nominatim citata ad hūc locum accerferemus, et ueluti ad iudicium iuris studiosorum sisteremus. Tribonianus enim et qui cum eo operam confarcinandis his libris nauauerunt, immensam illam librorum multitudinem, inclemētorum medicorum more, ad uiuum refecantes, accisas nobis Pandectas uerius quam compendiosas dederunt. Nimia enim religione uerentes ne de fece (ut dicitur) XII. tab. hausisse uiderentur, id est, de prisca nimis et obsoleta antiquitate, dum de liquido tantum et nitido promere uerba iuris interpretationesque institerunt, aridiora forsasse uolumina, nec sitim quorundam ex plentia reliquerunt. De uindicta iam dictum est. meminit et Gellius libr. XII. Sponso genus erat actionis apud antiquos, cui similis erat apud Athenienses *ὑποθήκη*. Cicero in Verr. Action. III. Quid cum palam Syracusis maximo conuentu te audiente P. Rubrius Q. Apronius sponso lacepsit, ni Apronius dixit taret te sibi in decumis esse socium? Hæc te uox non perculit non perturbauit? sed asti etiam lites illorum, et sponso illa ne fieret laborasti. Idem, sponso est ni te Apronius in decumis sociū esse dicat. Prouincia tua est, abs te iudicium postulatur. Fiebat autem sponso interposita stipulatio

Sponso.

Paracatabole.

lacione certa pecuniæ, quam perderet is qui sponso uinceretur: et corā recuperatoribus aut alio iudice discere pabatur. Erat autē decima pars rei controuersæ in causis priuatis: in publicis autē quinta apud Græcos, autore Polluce et alijs scribentibus: hoc est, τὸ ἕδαι δέκατον τῆς τιμῆς et τῆς ἄλλης, poena scilicet temere litigantium. Valer. lib. I. Pertinacius inquit, progressa contentione, Valerius sponso Luctatiū prouocauit, non se petiturum triumphū, ni suo ductu Punica classis esset oppressa. nec dubitauit restipulari Luctatius. Itaque iudex conuenit inter eos Attilius Calatinus. Hactenus ille. Prouocās igitur sponso ita dicebat, Spondeo me tantam pecuniā daturum, ni, et reliqua. Prouocatus autē cōtrā restipulabatur. Simile est illud Ciceronis in III. Offi. Fimbriam Consularem audiebā de patre iudicē Marco Luctatio fuisse equiti Romano sane honesto, cum is sponso fecisset, ni uir bonus esset. Idem in Verr. Cum eodem Apronio postea Scandilius eques Romanus eandem sponso de societate fecit, quā Rubrius facere uoluerat. institit, oppressit. facta est sponso sestert. quinq; milibus. cœpit Scandilius recuperatores aut iudicē postulare. Sed ubique apud Ciceronem in, pro ni legitur. Fiebat autem sponso plerūque in interdicitis: id quod ostendit Quint. in VII. Quoties autē inquit, poterimus, efficiendum est, ut de re quoque bene sentiat iudex: sic enim iuri nostro libentius indulgebit, ut in sponsoibus quæ ex interdicitis sunt, etiam si nō proprietatis est quæstio, sed tantum possessionis, tamen nō tantum possedisse nos, sed etiam nostram possedisse dicere oportebit. Exēplum sponsois est apud Cic. in orat. pro Cecina. Erat enim Cecinna de fundo ni armata deiectus, propterea Prætor interdixerat de ui, id est, interdicitō unde ui cōcesso

Sponso in
interdicitis.

cesso iusserat Ebutiū, qui uim fecerat, restituere Cecinnā in possessionē. Cum autem Ebutius Prætoris se edicto satis fecisse diceret. Cecinna autē se planē restitutum esse negaret, facta est sponsio ni Cecinna restitutus ex edicto Prætoris esset. Verba autem Ciceronis apposumus, quo res tota melius percipi possit. Cum igitur Cicero uim illam Cecinnæ iudicibus sponsionis exposuisset, ita demum subdidit, His rebus ita gestis P. Dolabella Prætor interdixit, ut est consuetudo de ui hominibus armatis sine ulla exceptione: tantū ut unde deiecisset restitueret. Restituere se dicit. Sponsione uobis iudicādū. Idē circa finē, Negas deijci nisi qui possideat. Ostendo si sine armis coactus ue hominibus deiectus quisquā sit, cum qui fateatur se deiecisse, uincere sponsionē, si ostēdat eū nō possedisse. Negas deijci nisi qui possideat. Ostēdo ex hoc interdicto de armatis hominibus, qui possit ostēdere nō possedisse eū qui deiectus sit, cōdēnari tamē sponsionis necesse esse, si fateatur esse deiectū. Qui autē totā illam orationē legerit, & intellexerit, satis ut arbitror intelliget qd sit sponsio. Intendebatur autē hæc actio interdū cōtrā improbē aliquid negātes: sicq; aut suscipere sponsionē aut fateri cogebantur. Liuius de Appio Claudio loquēs, qui Virginij filiam in seruitutē ex libertate addixerat. Proinde ut ille sapius atq; iterum prouocet, sic se iterum ac sapius iudicem illi ferre, ni uindicias in seruitutē ab libertate dederit. Si ad iudicē non eat, pro damnato in uincula duci iubere. Verba sunt Trib. plebis. Erant enim uerba sponsionis, Iudicē tibi sero, ni, & reliqua. Plautus, Cedo quicum habeam iudicem, ni dolo malo instipulatus sis, ni ue nondum siem quinque & uiginti annos natus. Verba sunt loquentis ad seruū. Sunt & alia exempla apud Liuium & Cicer.

Hæc

Vindicias in seruitutē ab libertate dare. Iudicem ferre. Cedo iudicem

Hæc autem actio ex sponso uocabatur: ut apud eundem pro P. Quintio, quam orationem habuit ipse apud Caium. Aquiliū nobilem iurifconsultū sponsionis iudicem, Sponsionem, inquit, Quintius facere maluit: fecit. te iudicē Cai. Aquili sumpsit: ex sponso egit. in hoc summa iudicij causaq; consistit. Sponsio autem erat, Ni bona sua ex edicto publico Burrieni dies xxx. possessa non essent. Proinde sponsio accessio interdum erat & appendicula interdicti. Ut uerbi gratia, hodie si iudex edixerit de possessione de iectum in primis restituendum: & reus quidem dicat se omnia implese: actor uero neget plane se restitutum liticula quedā suboritur. Quod uero Papinianus lib. x. x. Digest. dicit, Si quis sponsionis causa annulos acceperit, nec reddidit, uictori præscriptis uerbis in eū actio competit. Alterius generis sponsio est, id est, quæ pignoribus depositis ludicra plerunq; esse solet, quam nemo non nouit: quo modo etiā accipitur in l. Rebus. de aleæ lusu. Huius exemplum est memorabile apud Plin. lib. 1. x. ubi de unionibus loquitur, quos Cleopatra una cœna absumere uoluit, ut sponsionem cum Antonio factam ipsa uinceret: Vfus est etiam metaphoricus li. vii. de Asclepiade medico loquēs: Sponsione, inquit, facta cum fortuna, ne medicus crederetur, si unquam inualidus fuisset. Vulgo dicimus, deponam in pœnam tantam aut tantam: uel sic, deponam in pœnam, uel pignoris loco paciscar, ut ne unquā medicus existimer sic unquā inualidus fuero, id est, ut indignus medici appellatione iudicer. Fidutiæ exemplum est apud Cic. in Topi. c. Si tutor fidem præstare debet. si socius. si cui mandaris. Si qui fidutiam acceperit, debet etiam procurator. Fidutiam hic Cicero inter bonæ fidei cōtractus nominauit. Idem lib. vii. epistolarum ad Trebatium Iurifconsultum.

Sed

Actio ex sponso.

Sponsio.

Sponsionem facere. Deponere in pœnam.

Fidutiæ.

Fidutiam accipere.

Sed quonam modo ius civile defendes, cū omnia causa tua facias non ciuium? ubi porro erit illa formula fidutiæ, Inter bonos bene agier oportet? Quis est enim qui facit nihil nisi sua causa? Verba sunt iocantis cum Trebatto Ciceronis. Boëtius in IIII. commentario Top. Fidutiam, inquit, accepisse dicitur cuiusq; res aliqua ea lege mancipatur, ut mancipanti aliquando remancipet. Veluti si quis tempus dubiū timens, amico potentiori fundum mancipet, reddituro cū tempus illud dubiū præterierit. Hæc mancipatio fidutiaria nominatur, idcirco quod restituendi fides interponitur. Conferantur hæc uerba Boëtij cum exemplis precedentibus, & facile intelligetur fidutiā bonæ fidei contractum atq; etiam optimæ fidei fuisse. Sic intelligendus locus Ciceronis pro Flacco, Pecuniam adulescentulo grandi scœnore, fidutiā tamen acceptā, occupasti. Hanc fidutiā commissam tibi tenes hodie ac possides, eum tu testem spe recuperandi fundi paterni uenire ob testimonium dicendum coëgisti, Pecuniam, inquit, scœneratitiam à te sumpsit adolescēs, ob eamq; fundū tibi fidutiariū dedit, id est, fidutiaria mancipatione. Hoc contractu hodie quidam utuntur qui uectigalia certæ summæ in fundis, & possessionibus comparant, quas rentas uocant, quasi reditus. Quod ut conditione meliore faciant, fundos mancipari sibi iubent, tam diu fruendos quoad uectigalia, & pensiones redimantur. Omnino fidutiariam mancipationem uel uenditionem, uenditionē hodie uocamus sub redimendi redhibendiq; lege factam. Ex hoc contractu nascebatur actio fidutiæ, ut est apud Ciceronem in III. de natura Deorum, Inde tot iudicia (inquit) de fide mala, tutela, mandati, pro socio, fidutiæ. Reliqua huius fidutiæ quedā in iure uectigia adhuc extant, sed obscura & parum impressa: ut

cum

Mancipare.

Fidutiaria mā
cipatio.Fidutiā com
mittere.

cum fidutiariæ tutelæ in Institutionibus iuris, et cōtractæ fidutiæ sit mentio. Ex quibus nihil datur, quod in medium adducere possimus; nisi intelligamus patrē ita emancipare filium, ut retineat manus iniectionem cū libuerit: & propterea ad eū legitima emancipati filij deferatur hæreditas; ut non planè manumissi, sed quasi adhuc sui, propter naturā cōtractus fidutiæ. Expressius est illud Iaboleni supradictū, et aliud Vlpiani in leg. Certi. de rebus creditis. Quibus in locis fidutiaria hæreditas pro fideicommissaria ponitur. Mancipatio porro quid sit, idem Boëtius cōmentario IIII. docet: Mancipatio, inquit, imaginaria quadam uenditio est, quod ipsum ius propriū est Romanorū ciuū. Et res ita agitur, adhibitis nō minus quā quinq; testibus ciuibus Romanis puberibus, et eo qui libripens dicitur: is qui mancipium accipit, æ tenēs ita dicit. Hunc ego hominem ex iure Quiritiū meum esse aio, isq; mihi emptus est hoc ære aeneaq; libra. Deinde ære percutit libram, idq; æs dat ei à quo mancipiū accipit quasi pretij loco. Inde mancipare pro uendere. Cicer. Phil. II. Tum iste uenditū atq; mancipatum Tribunatū consilijs nostris opposuit. Mancipatum emphaticos dixit plus quā uenditū. Quintilianus in VI. Requirebat Crassus ubi essent eæ possessiones, omneis autē illas Brutus uendiderat, & cū paterna māciparet prædia, turpis habebatur. Dicitur & hoc emancipare. unde illa emancipatio cuius meminit Iustinianus in secundo Institutionū in titulo de testamentis. Tranquillus in Othone: Cuidā etiam de parte finium cum uicino litiganti adhibitus arbiter, totū agrū redemit emancipauitq;. Id est, suum iam factum mancipio tradidit illi. Plin. in epistolis lib. V. Nam pro quingētis millibus nummūm, quæ in alimēta ingenuorū ingenuarumq; promiserā agrum ex

Fidutiaria hæ
reditas.
Mancipatio.

Libripens.

Mancipare.

Emancipare.

meis longè pluris actori publico mancipari, eundemq; ue-
 ctigali imposta recepi. Plin. mancipare non pro uendere
 posuit, sed pro alienare. Cum enim uellet uectigal publicè
 donare in alimenta puerorum: id est, rentam cõstituerè, ut
 uerbis uulgi loquar, fundum suum imaginaria uenditione
 Reip. donauit, & subinde eundè factum uectigalem rece-
 pit. Idem ad Traianũ epistola 1111. quæ uulgò nõ extat.
 Nam fundos, inquit, emãcipauit, & cetera quæ in manci-
 patione implèda solent exigi, cõsummauit. Inde mancipi
 emptio. Plin. lib. x x x i i. Populus Romanus ne argen-
 to quidem signato ante Pyrrhũ Regem deuictũ usus est.
 Libralis & dipondius appõdebatur assis, unde adhuc ex-
 pensa in rationibus dicuntur. Quin & nullitũ stipendio-
 rũ, hoc est, stipis ponderandæ pensatores Libripendes di-
 cuntur. Quæ cõsuetudine in ijs emptionibus quæ mancipi
 sunt, etiam nunc libra interponitur. Inde etiã in mancipa-
 tum dare. Plin. lib. 1 x. de unione loquens: Et hoc tamen
 æternæ propè possessionis est, sequitur hæredẽ, in manci-
 patũ uenit ut prædium aliquod. Abalienationis autẽ duo
 genera Cice. ponit, hoc modo: Abalienatio est eius rei quæ
 mãcipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio, inter
 quos ea iure ciuili fieri possũt. Quæ uerba enarrans Boë-
 thius ita inquit: Omnes res quæ abalienari possunt, id est,
 quæ à nostro dominio ad alterius trãfire possunt, mancipi
 dicta sunt. Et ea abalienatio per quandã nexu sicbat so-
 lennitatẽ. Nexus autem quod & nexũ genere neutro di-
 citur, est quedam iuris solemnitas, quæ sicbat eo modo quo
 in Institutionibus Caius exponit. Deinde subdit ea quæ de
 mancipatione diximus. Huius nexus meminit Iustinian. in
 leg. unica, Cod. de usu cap. transformãda. nec alibi in iure
 Cessio. legisse memini. Idẽ paulò post: Cessio uerò in iure tali fie-
 bat

bat, modo, ut idem Caius secundo commentario exposuit:
 Apud magistrum populi Romani, uel apud Prætorem
 uel Præsidentem is cui in iure ceditur, rem tenens ita uendit-
 cat: Hunc ego hominem ex iure Quiritum meum esse atio.
 Deinde postquam hic uendicauerit, Prætore interrogat
 eum qui cedit, an contrã uindicet, quo negãte aut tacente,
 tunc ei qui uendicauerit eam rem addicit, idq; legis actio
 uocabatur. Res igitur quæ mancipi sunt aut nexu, ut dictũ
 est, abalienantur, aut in iure cessione. At si ea res quæ
 mancipi est, nulla solemnitate interueniente tradatur, aba-
 lienari non potest, nisi ab eo cui traditur usucapiatur. Sui
 iuris autem ceteræ res, nec mãcipi uocabantur. Iure autẽ
 ciuili fieri aliquid nisi inter ciues Romanos non potest:
 propterea Cicero inquit: Inter quos ea iure ciuili fieri pos-
 sunt. Item de aruspicum responsis: Multæ sunt domus Pa-
 tres Conscripti, in hac urbe: atq; haud scio, an penè ciui-
 ctæ iure optimo, sed tamen iure priuato, iure hæreditario,
 iure autoritatis, iure mancipij, iure nexi. Itẽ pro Cecinna:
 Sylla ipse ita tulit de ciuitate, ut non sustulerit eorũ nexa
 atq; hæreditates. Et pro Muræna: Quod si in rebus repe-
 tendis quæ mancipi sunt, is periculum præstare debet, qui
 se nexu obligauit: profectio etiã relictus in iudicio Consul-
 is designati, is potissimum Consul qui Cos. declarauit, autor
 beneficij populi R. o. defensorq; periculi esse debet. Var-
 ro lib. 11. de Re rustica, de pastoribus loquens: In emptioni-
 bus, inquit, dominiũ legitimũ sex ferè res perficiunt: si
 hæreditatem iustam adiit: si, ut debuit, mancipio ab eo ac-
 cepit à quo iure ciuili potuit: aut si ei in iure cessit cui po-
 tuit cedere, & id ubi oportuit: aut si usucepit: aut si è præ-
 da sub corona enit, tum ue cum in bonis seclione ue ciuius
 publicè uenit (in horum autem emptione solet accedere
 § 2 pecul

peculium) aut si excipietur, stipulatio intercedere sanum esse, furtis noxisq; solutum: aut si mancipio non detur, dupla promitti, aut si ita pacti, simpla. Mancipio dare, est nexus solennitate ab alienare, ita ut rem omnino accipientis faciamus. Ea uero mancipia quae sub corona aut in sectionibus, id est, proscriptorum hominum auctionibus uenibant, mancipio non dabatur, sed periculo ac fortunis (ut uulgo loquimur) emētis accipiebatur, quod cum ex loco Varonis supradicto intelligimus, tum uero Gellius scriptum reliquit libro v i i. his uerbis: Pileatos seruos uenium solitos ire, quorum nomine uenditor nihil praestaret: Caelius Sabinus Iuris peritus scriptum reliquit. Cuius rei causam esse ait, quod huiusmodi conditionis mancipia insignia esse in uendendo deberent, ut emptores errare & capi non possent: neque lex uendendi opperienda esset, sed oculis perciperent quodnam esset mancipiorum genus, sicut antiquitus mancipia iure belli capta coronis induta uenibant, & idcirco dicebantur sub coronis uenire. Nam ut ea corona signum erat captiuorum uenialium, ita pileus impositus demonstrabat eiusmodi seruos uenundari, quorum nomine emptori uenditor nihil praestaret. Plautus in Persa: Iste qui tabellas affert adduxit simul forma expetenda liberalem mulierem, furtiuam, adductam ex Arabia penitissima. Eam te uolo accurare ut istic ueneat: ac suo periculo is emat qui eam mercabitur, mancipio neq; promittet, neque quisquam dabit. Verba sunt epistolae adulterinae & circumueniendo Lenoni a Toxilo ueteratore seruo conficta. Et paulo post respondet Leno: Nihil mihi opus est litibus neq; trichis quamobrem ego argentum numerē foras, nisi mancipio accipio, quid eo mihi opus mercimonio? Et paulo post mercator subdititius a seruo ueteratore fraude

Mancipio dare.

Pileati serui.

Sub corona uenire.

Mancipio promittere.

de alligatus in tradenda Lenoni puella ita inquit: Prius dico, hanc mancipio nemo tibi dabit. Ex quibus satis apparet mancipio dare esse rem ita dare, ut euictionem praesturos nos spondeamus. Et mancipio accipere ea lege emere. Mancipium enim dominum & possessionem significat, uel dominij traditionem. Cicero in primo de Oratore: Cum enim Marius Cratidianus aedes Auratae uendidisset, neque seruire quandam earum aedium partem in mancipij lege dixisset, defendebamus quicquid fuisset incommodi in mancipio: id si uenditor scisset neq; declarasset, praestare debere. Quo quidem in genere Bucculeius homo neq; meo iudicio stultus, & suo ualde sapiens, & a iuris studio non abhorrens, simili quodam modo nuper errauit. Nam cum aedes Lucio Fusio uenderet, in mancipio lumina uti tum essent, ita recepit. In mancipio, id est, aedium dominio transferendo cedendoq;. Vnde Marcus Curius Ciceroni libro v i i, Epistolarum: Si uales bene est: sum enim $\chi\rho\acute{\alpha}\sigma\epsilon\iota \mu\epsilon\lambda\acute{o}$ tuus, $\kappa\tau\acute{\iota}\sigma\eta\delta \delta\epsilon$ Attici nostri. Ergo fructus est tuus, mancipium illius. Vsu quidem, inquit, tuus sum, possessione uero Attici. Mancipium autem pro iure dominij posuit, quod ab usu distinguitur. Vnde Brutus ad Ciceronem: Quae uenda esse arma putasti, quibus dominari prohiberetur Antonius, scilicet ut illo prohibito rogaremus alterum qui se in eius locum reponi pateretur? ut esset sui iuris ac mancipij Respublica? nisi forte non de seruitute, sed de conditione seruendi recusatum est a nobis. Sui mancipij Respublicam dixit Brutus, quae nullius dominio subiecta esset antequam scilicet Augustus imperium occupasset. Mancipium igitur & $\kappa\tau\acute{\iota}\mu\alpha$ significat, id est, $\alpha\omega\sigma\lambda\rho\acute{\alpha}\pi\omicron\delta\omicron\upsilon$, & $\delta\epsilon \chi\mu\acute{\alpha}\lambda\alpha\sigma\omicron\upsilon$, hoc est, hominem in bello captum & seruituti mancipatum: & $\kappa\tau\acute{\iota}\sigma\iota\upsilon$, id est

Mancipio accipere.
Mancipium.Epistolae Curij
ad Ciceronem
locus.Sui mancipij
esse.
Significata mancipij. $\kappa\tau\acute{\iota}\mu\alpha$. $\kappa\tau\acute{\iota}\sigma\iota\upsilon$.

est, dominij comparationem, possidendiq; ius: atq; etiam
 Δεσποτάει. δεσποτάει, id est, dominium: & χεῖρωσι, id est, mancipia-
 χεῖρωσι. tionem. Propterea uaria ac multa exempla collegimus.
 Lucretius lib. 111. Sic aliud de alio nunquam desisset ori-
 ri: Vt atq; mancipio nulli datur, omnibus usu. Id est, nulli ita
 datur ut propriā ac perpetuā habeat. Mancipiū Latine
 dici debet proprie id quod sēsina lingua uernacula dici-
 mus, & mācipare sēsire, cum scilicet aliquē rei sibi titulo
 iusto questitā possessorem efficere uolumus: ut in illo Pli-
 niano, Fundos emācipauit, & cetera quæ in emācipatio-
 ne exigi solent, consummauit. Id est, ut nunc loquimur, do-
 minio & possessione se deuestiuit desēsuitq;. Huiusmodi
 moris antiqui ne stigia adhuc uisuntur, cum notarij publi-
 ci hodie quoq; in syngraphis uenditionū oppugnationūq;
 ascribunt, uenditorem oppugnatorem uel fundo se dispo-
 liasse, & huiusmodi uerba eodem pertinentia. Mācipare
 igitur fundum est mancipio alicui dare. Emācipare autē
 ē mancipio suo emittere & alteri possidendū permittere.
 Ex supradictis (ut arbitror) satis intelligitur quid sibi ue-
 lint illa uerba mancipi & nec mancipi in Codice Iustina-
 ni de Usucapione transform. Age uideamus quid sit quod
 Gellius libro quarto Noctium Atticarum ait, Pellicē au-
 tem appellatam Seruius Sulpitius ait in libro de Dotibus,
 probrosamq; habitam esse, quæ iuncta cōsuetaq; esset cum
 eo in cuius manu mancipioq; alia matrimonij causa foret.
 In mancipio
 mariti esse.
 Boethius igitur in secundo Topicorum commentario:
 Tribus, inquit, modis uxor habebatur, usu, sārre, emptione.
 Sed cōsārreatio solis Pontificibus conueniebat. Quæ
 In manum cō-
 uenire. autem in manum per cōemptionem conuenierat, hæc ma-
 tres familiās uocabātur. Quæ uero usu uel sārre, minime.
 Cōemptio uero certis solemnitatibus peragebatur, & se-
 se

se cōmendo inuicem interrogabant. Vir ita: An sibi
 mulier mater familiās esse uellet? Illa respondebat, uelle.
 Mulier, An sibi uir pater familiās esset? Ille uelle respon-
 debat. Itaq; mulier uiri conueniebat in manum, & erat
 mater familiās uiro loco filia. Quam solemnitatem in suis
 Institutionibus Vlpianus posuit. Hæc ille. Cicero in To-
 picis: Si ita Fabiæ pecunia legata est à uiro, si ei uiro ma-
 ter familiās esset: si ea in manum non conuenerit, nihil de-
 betur. Genus est enim uxor, eius duæ formæ. una matrum-
 familiās, hæc sunt quæ in manum conuenerunt: altera ea-
 rum quæ tantummodo uxores habentur, qua in parte cum
 fuerit Fabia legatam non debetur. Sulpitius igitur eam
 quæ in manum cōuenierat, in manu mancipioq; mariti esse
 dixit, id est, iustam esse matrem familiās, eamq; concubi-
 nam quæ cum uiro huiusmodi uxoris consuesset, iustam
 pellicem esse. Est enim pellex proprie, quæ cum eo con-
 Iusta pellex.
 fuerit qui uxorem habet. Quæ cum cælibe consue-
 scunt, non pellices, sed pallacæ dicuntur, uerbo Greco Pallacæ.
 Plinio & reliquis, quanquam pellices apud Curtium er-
 rone librariorum aut etiam emendatorum legatur. Gel-
 lius libro duodecimo: Idonci, inquit, uocum enarratores
 tradiderunt matronam dictam esse proprie quæ in matri-
 monium cum uiro conuenisset, quod in matrimonio mane-
 ret: etiam si liberi nondum nati forent; dictamq; esse ita à
 matris nomine non adepto iam, sed cum spe & omine mox
 adipiscendo: unde ipsum quoque matrimonium dicitur.
 Matrem autem familiās esse appellatam eam solam quæ
 in mariti manu mancipio que, aut in eius cuius maritus
 Vxor matrona
 & materfamiliās.
 manu mancipioq; esset. quoniam non in matrimonium
 tantum sed in familiam quoq; mariti & in sui heredis lo-
 cum uenisset. Secundum hoc moribus nostris uxores &
 matr

Ex iure manu
confertum.

In gleba uin-
dicare.

matronæ & matres familiâs sunt, quæ consortes non modo
leæi genialis, sed etiam bonorum fortunarum que sunt,
quod non est in ijs locis, quæ iure scripto reguntur. Hactenus
de mancipio mancipando que & nexu & reliquis.
Transfertur ad alia, quorum in primis occurrit: Ex iure
re manu confertum, quod uerbum est antiqui iuris. Varro
libro secundo de Lingua Latina: Conserere manum dici-
mus cum hoste, inde ex iure manu confertum uocant. Quid
sit autem manu confertum: Gellius lib. nono docet, cuius
uerba huc pauca transcripsimus. de uindicatione enim lo-
quens, id est, rei uindicatione quæ olim in præsentia ex duo-
decim tabulis iure fiebat, ita inquit: Sed postquam Præto-
res propagatis Italiæ sinibus latis iurisdictionibus nego-
tiji occupati, pacisci uindictarum dicendarum causa longin-
quas res grauabantur, institutum est contra duodecim ta-
bularum tacito consensu, ut litigantes non ex iure apud Præ-
torem manum consererent, sed ex iure manu confertum
uocarent, id est, alter alterum ad conserendam manum
in rem de qua ageretur, uocaret. Atque profecti si-
mul in agrum, terræ aliquid ex eo uti unam glebam, in
iuribus, in urbem ad Prætorem deferrent, & in ea gleba tan-
quam in toto agro uindicarent. Cicero pro Muræna for-
mula uerba huiusmodi fuisse ait: Fundus qui est in agro
qui Sabinus uocatur, meus est. eum ego ex iure meum esse
aito. Ibi ego te ex iure manu confertum uoco. Hæc erant
uerba eius qui uindictabat. A quo uero uindictabatur, eius
hæc erant uerba: Unde tu me ex iure manu confertum uoca-
sti, inde ibi te ego reuoco. Idem de Oratore lib. 1. metapho-
ricos hac locutione usus est in persona Sæuolæ: Quod
uero, inquit, in extrema oratione tua Craſſe, quasi pro tuo
iure sumpſisti, Oratorem in omnis sermonis disputatione
copiosi

copiosissime uersari posse, hic nisi in tuo regno essemus,
non tulissem: multisque præessem qui aut interdicto tecum
contenderent, aut te ex iure manu confertum uocarent,
quod in alienas possessiones tam temere irruiſſes. Ageret
enim tecum lege primum Pythagorei omnes atque Demo-
criti, ceterique in suo genere Physici: uindicarentque ornati
in dicendo & graues, quibuscum iusto sacramento con-
tendere non licet. Aut interdicto (inquit Sæuola) tecum
Philosophi illi contenderent, utpote à possessione discipli-
narum, quæ propriæ sunt eorum, deieci: quippe quas tu
uniuersas Oratoriæ facultati tribuis. (Dixerat enim Craſ-
sus Oratoris esse proprium de re quacunque proposita co-
piosissime dicere). Aut ex iure te manu confertum uoca-
rent, id est, uindictarum litem tibi intenderent, illarum di-
sciplinarum facultatem possessionemque sibi scilicet uindi-
cantes asserentesque. Inde illa uerba Scipionis ad Anniba-
lem apud Liuium libro decimo de secundo bello Punico:
Quod ad me, inquit, attinet, & humana infirmitatis me-
mini, & uim fortunæ reputeo: & omnia quæcunque agimus,
subiecta esse mille casibus scio. Ceterum quemadmodum su-
perbe & uiolenter me facere faterer, si priusquam in Afri-
cam traieciſſem, de tua uoluntate cedentem Italia & im-
posito in naues exercitu, ipsum uenientem ad pacem pe-
tendam aspernarer: sic nunc cum propè manu confertum
restitantem ac tergiuersantem in Africam attraxerim, nul-
la sum tibi uerecundia obstrictus. Sic, ut opinor, melius
legitur, quam manu confertum. Quorum uerborum huiusmo-
di est sensus: non antè tu Annibal ad pacem, quam nunc pe-
tis, adduci potuisti, quam ego te ex Italia reuocatam, de
patria tua in Africa dimicare coëgi, & quasi te in Africa
manu confertum uocaui. quam scilicet ita nunc mihi Ro-
manisque

manisq; iudico, ut tu dudum Italiam tibi & populo Carthaginensi iudicabas. Annibal enim ad tuendū patriam frendens siemensq; (ut idem Lini. inquit) alijs super alios nuntijs reuocatus erat. Sed quod in illo Scauola exemplo dicitur iusto sacramento contendere, uerbum est & ipsum iuris. Cicero pro Milone: Eum deniq; cui nulla lex erat, nullum ius ciuile, nulli possessionam terrarū: qui non calumnia litum, non iniustus uindicijs ac sacramētis alienos fundos, sed castris, exercitu, signis in ferēdis petebat. Cloāius, inquit, nō iam aliquo iuris colore quaesito alienas inuadebat possessiones, ut calumniatores & litigiosi solent: sed ui armata apertaq; & tanquā hostili praelio. Ex quibus uerbis apparet uindicias & sacramētū, & uindicationis for mulam, qua in iure manu cōsertum uocabant, similes quodammodo inter se ac cognatas adiones for mulasq; fuisse. Quāquā in alijs quoque litibus sacramenti for mula locum etiam haberet: ut idem pro domo sua ad Pontifices: Maiores, inquit, nostri etiam si Decemuiri sacramentum in libertatem iniustum indicassent, tamē quotiescunq; uellet quis, hoc in genere rem iudicatā referre, posse uoluerunt. Valerius lib. septimo capite VII. Nam L. Sextilius et P. Pompilius quos Marcus Ancus sanguine sibi coniunctos, eadem ex parte qua Tullianū heredes fecerat, sacramento cum adolescentulo contendere ausi non sunt: tametsi praecipuis eo tempore Pompeij uiribus ad defendendas tabulas testamenti inuitari poterant. Et

Sacramētum. rursus capite octauo: Aphronia tum cum sorore sacramento contendere noluit. Sacramentum autem non ab simile fuisse sponsonis ex Varronis uerbis intelligi potest libro secundo de Lingua Latina: Et qui enim petebat, inquit, & qui inficiabatur, de alijs rebus utriq; quingentos aeris

ad

Sacramēto iusto cōtendere.

Vindiciae Sacramētum.

Sacramētum.

ad potētem deponēbat, de alijs item rebus certū numerum assum. Qui iudicio autem uicerat, suum sacramētum à sacro auferēbat, uicē ad ararium redībant, id est, uicē ea pecunia quam deposuerat, mulētabatur in pœnam iniuste litigationis, quae arario cedebat. Sacramētū igitur à sacro dictum, quod de ponte (ut arbitror) intelligendum. Valerij enarrator hoc apud Valerium non intellexit, quemadmodum nec apud Ciceronem. Pœnales igitur lites erant sacramentum & sponso. Iusto autem sacramento cum Pythagoreis & Democriticis de Physiologia & reliquis Philosophiae inuentis contendere Oratori non licere dixit Scauola, propter praestantiam ingenij eorū hominum qui fundatores autoresq; fuerūt magni nominis sectarum, quibuscum sacramento & uindicatione contendendo de Physicae speculationis explicationisq; professione, nullus sanē Orator litem uincere posset: uel propter tanti nominis praedictum, uel quia impudentiae daretur, si qui illis uiris doctrinarum possessione non caderet, qui nomina sua professione earum rerum usque adeo illustrarunt. Non admodum ab simile supradictis est in rem praesentem uenire. Cicero libro quinto de Oratore: An uerō si de re ipsa, si de finibus cum in rem praesentem nō uenimus, si de tabulis & praescriptionibus cōtrouersia est, necessariō perdiscimus? Idē in primo Officiorū: Ut si constiteris te cuiusdam aduocatum in rem praesentem uenturum, atq; interim grauius filius egrotare coeperit, non sit contra officii nō facere quod dixeris. In rem praesentē olim ueniebant, cū locum oculo ac digito designare uolebant: ut hodie cum aut Iudex pronuntiat, aut inter litigantes cōuenit, agrum quē cōtrouersum facere uolumus, aut reo designari, aut testibus per inquisitorem demonstrari

certis

Iusto sacramēto cōtendere.

In rem praesentem uenire.

certis finibus circumscriptum: uidelicet ut ille deliberare de re controuersa possit, cedere nec ne uindicanti debeat, hi ut certi sint testimonij sui. Qua in re certè facilis est impostura, nisi litigatores inuicem intensissimè sibi caueant, ubi aut de re, aut de finibus controuersia est, uisq; sunt sepius qui absente altero litigatore in rem non controuersam dolosè testes perduceret, inquisitori iudicibusq; ac testibus bellissimè imponentes, uulgò nunc uentà facere Iuris periti quasi Latine uocis inopia uocant, quod in rem præsentem perducere dici debet. Plinius libro tertio Epistolarum: Non potui te magis in rem præsentem perducere: id est, non potui planius omnia ut acta sunt scribere, ut perinde omnia teneres atq; si in re præsentem fuisses. Quintilianus in quarto de Narratione loquens: Multum confert adiecta ueris credibilis rerum imago, quæ uelut in rem præsentem perducere audientes uidetur. Et in sexto de affectibus: Quarum rerum, inquit, ingens plerumq; uis est, uelut in rem præsentem animos hominum ducentium, id est, rerum gestarum tantam fidem facientium & representationem, quantam uisus & oculus faciunt: hoc est, ut uulgò loquuntur, rei inspectionem per figuram facientium, quod nos Latine dicere possumus imaginario uisu re ipsam representare, imaginariam rei præsentiam Iudicibus sistere, imaginaria representatione in rem præsentem Iudices perducere: ut sit interdum, cum aut rusticorum prædiorum ichnographia, aut urbanorum pægmata, quædam ligneola, aut simulacra ædium chartacea in Iudicum conspectum afferuntur. Figuram nunc facere loci conuentam inter partes appellant: hoc est, de qua inter actorem &

In re præsentem constituere.

Imaginaria rei præsentatio.

In rem præsentem perducere.

Uentâ.

non posse nisi in loco ipso significabant, ut sit hodie in his actionibus quas Cridas parlamentaris (si dicere liceat) Latinitas appellat, aut in diplomatibus illis aut rescriptis quas querelas dicimus, à quibus interdè retinendæ possessionis auspicari solemus, et in huiusmodi rebus alijs quæ non nisi in locis ipsis explicari disceptariue solent. Idem Quintilianus in septimo: Quare plurima petamus à nobis, & cum causis deliberemus, cogitemusq; homines antè inuenisse artè quàm docuisse. Illa enim potentissima est, quæq; uerè dicitur totius causæ dispositio, quæ constitui nisi uelut in re præsentem non potest. Et in nono: Occasionibus utendū, & cū re præsentem deliberandum. Sunt & illa uerba iuris, uadari, uadimonium promittere, uadimonium obire, uadimonium deserere, uadimonium differre, ad uadimonium occurrere. Uadimonium, est sponsio sistendi in iudicio. Varro libro tertio de Lingua Latina: Uas, inquit, dictus est qui pro altero uadimonium promittebat. Inde uadari uerbum pro uadimonio obstringere. Cicero pro Quintio: Debere tibi dicis Quintium, Procurator negat. uadari uis, promittit. in ius uocas, sequitur. iudicium postulas, non recusat. quid aliud sit absente defendi, ego non intelligo. Plautus in Aulularia de sene præparco loquens: Pulmētum pridē ei eripuit miluus, homo ad Prætozem plorabundus deuenit, in fit ibi postulare, ploras, eui lans, ut sibi liceret miluū uadari. Idē in Curgul. Vbi tu es qui me conuadatus es uenerijs uadimonijs? Vbi tu es qui me libello uenerio ciastis? Ecce me sisto. ades cōtrā. sisto ego tibi me, & mihi contrā itidem te ut sistas suadeo. Verba sunt amice ad amatorem adolescentem. Inde uadimonium promittere. Cicero in Verrem, Actione quarta: iam uerò illud contra omnia iura Siculorum quæ habent à Senat

Cum re præsentem deliberare. Uadimonium promittere &c.

Uadimonium.

Uadari.

Conuadari. Ueneria uadimonia.

Uadimonium promittere.

Querelæ.

Cridæ.

Senatu populoq; Romano, ne extra suum forum uadimonium promittere cogantur, statuit iste ut arator Decumano quò uellet Decumanus uadimonium promitteret ut hic quoq; Decumano cum ex Leontino Lilybæum usque aliquem uadaretur, ex miseris aratoribus calumniandi quæsus accederet. A Græcis *Αυαδὲ χεαδὶ* *δλίλω* dicitur, & *Εγγυαδὶ* apud Demosthenem, hoc est, iudicium recipere & sponsorū fide promittere. Vadimonium obire, est, ad diem se sistere, unde obitum uadimonium. Cicero pro Quintio: Vadimonium mihi non obijt quidam socius & affinis meus, qui cum mihi necessitudo uetus, controuersia de re pecuniaria recens intercidit: postulo ne à Præto ut eius bona mihi possidere liceat? Idem: Qua tibi hora uadimonium non sit obitum, eadem te hora consilium cepisse hominis propinqui fortunas euertendi. Ex quibus uerbis & alijs in eadem oratione satis apparet magnam multam fuisse olim deserti uadimonij, id est non obiti. De capite enim & fortunis Quintij se dicere Cicero in oratione testatur, id est, de existimatione & fama facultatibusq;. Petebat enim Nauius aduersarius, ut ei ex edicto bona possidere liceret, ideo quòd Quintius uadimonium non obierat. Hoc enim contra contumaces decerni solet iure ciuili. Vnde Cicero: Ad hoc extrema, inquit, & inimicissima iura decurrebas, ut nihil in posterum quod grauius aut crudelius facere posses reseruares? Quo in loco Cicero copiose docet quid sit bona ex edicto possidere: cuius rei multa in iure mentio. Obire uadimonium Græci *Απαιτῆρ ἔπι τῶ δλίλω* dicunt, & *Απαιτῆρ ἔπι τῶ κῆρ ἔπι τῶ νυκτῆρ*, id est, occurre ad uadimonij diē, quo Traquillus in Caligula usus est. Demosthenes *Ἐγγυοδλίμηρ*, identidem utitur. Vadimonium deserere ab illis *Ἐγγυοδλίμηρ* dicit

Αυαδὲ χεαδὶ δλίλω.
Εγγυαδὶ
 Vadimonium obire.

Caput Fortunæ.

Bona ex edicto Possidere.

Απαιτῆρ ἔπι τῶ δλίλω
 & *ἔπι τῶ κῆρ ἔπι τῶ νυκτῆρ*
 Traquillus
Ἐγγυοδλίμηρ

dicitur, & *καταλείπει τῶ δλίλω*. Hoc autem non nisi iustissima causa & maxime fontica fiebat. Propterea Plinius in præfatione: Inscriptiones, inquit, propter quas uadimonium desereri possit. Id est, festiuissimas & magna multaq; promittentes, ita ut uel uadimonium propter eorum librorum recitationem desereri possit. Iuuenalis simili serme modo differre uadimonium dixit, quod iudicium erat, nec nisi magnis ex causis fiebat, ut in lectu publico & ubi iustitium indicebatur & huiusmodi causis: Si magna Asterij cecidit domus, horrida mater, Pullati proceres, disert uadimonia Prætor. Vadimonium desertum *Ἐγγυον δλίω* dicitur à Demosthene sepius. unde uno uerbo eremodiciū dicitur, quod in titulo de minoribus infra, & Codice de iudicijs, hermodiciū corruptè legitur. Est enim *δλίω* Græcè causa & iudicium Latine. Dicitur Cicero in Verrem, à dione quarta: Scribitur Heraclio dica. Primo nuntiantur omnes improbitatem calumnie: deinde qui istum nosset partim suspicabantur, partim uidebant adiectum esse oculum hereditati. Interea dies aduenit quo die sese ex instituto ac lege Rupilia dicas sortiturum Syracusis iste edixerat: id est, sortitione causas cogniturum. Terentius: Si tu illam attigeris secus quam dignum est, dicam tibi impingam grandem. Dicitur hoc à Iurisconsultis dictare actionem. Paulus in lege, Non distinguemus. de arbitris. Dicitur & iudicium dictare in leg. Si seruus. de Nexalib. act. Traquill. in Vitell. formulam intendere dicit, cum libertino cuidam acerbius debitum reposcenti iniuriarū formulam, quasi calce ab eo percussus intendisset. *Δαρχαυτῆρ δλίλω* à Græcis dicitur, quasi sortiri iudicium. Sorte enim cognoscendarum causarum diem capiebant autore Seruio li. v. 1. Aeneid. in illū locum Verg.

καταλείπει τῶ δλίλω.
 Vadimonium deserere.

Differre uadimonium.

Ἐγγυον δλίω.
 Ermodiciū.

Dica.

Dicam impingere.
 Dictare actionem.

Formulam intendere.

Δαρχαυτῆρ δλίλω.

Vergil. Nec uerò hæ sine sorte datæ, sine Iudice sedes. cuius moris reliquias lingua uernacula retinet; resortiri enim in curiam eos dicimus, qui curiam appellant, hoc est, quorum prouocationes in curia disceptantur. Est autè ἑπίμνη δίκη ὁ τὰν μὴ ἀπαλλήσας ὁ δλονόμω

Indicta causa. ἑπίμνη δίκη. Latine etiã indicta causa dicitur. unde indicta causa damnari, id est, per cõtumaciam, ut nunc loquimur, ἑπίμνω ἑπίμνω δίκω ἑπίμνω δίκω, quod compendio loquedi dicitur, ἀντὶ τῆς ἑπίμνω δίκω ἑπίμνω δίκω, autore Eustathio, Cicero libro 1. de Legibus: Num idcirco iusta lex illa quã Interrex noster tulit, ut Dictator qui esset, quem uellet ciuium indicta causa impunè posset occidere? Id est, non auditũ & indefensum. Qui locus corruptè uulgò legitur. Curtius lib. septimo de Callijthene loquens: Itaq; nullius cædes maiorem apud Græcos Alexandro excitauit inuidiam, quã quod præditum optimis moribus artibusq; non tantũ occiderit, sed etiam torserit indicta quidẽ causa. Id est, ἀνείρω, quo Isocrates utitur. Cic. in Verrem Act. 111. Num per Deos immortales quid interest, utrũ Prætor imperet, uiq; cogat aliquẽ de suis bonis decedere? an huiusmodi iudicium det, quo iudicio indicta causa fortunis omnibus euerti necesse sit? Sunt & exempla apud Liuium. Vadimonium missum facere. Vadimonium missum facere, est uadimonij obligationẽ remittere condonareq; Cicero: Qui quo tempore primũ agere cœpit, in uadimonij differendis tempus omne consumpserit, qui postea uadimonij missum fecerit, & reliqua. Vadimonio obstricti. Vadimonio obstricti hodie dici possunt qui ob erimina in iudiciũ uocati, ab Iudicibus (ut sit) impetrauerunt ut aut sua aut sponsorum fide dimittantur, ea legẽ ut in diem certum aut quando-cunq; Iudici uisum fuerit ad iudicium sistantur: quos elargitos uocant, id est, ἑξήκοντες. Vades sponsores in re capit

Indicta causa. ἑπίμνη δίκη. Latine etiã indicta causa dicitur. unde indicta causa damnari, id est, per cõtumaciam, ut nunc loquimur, ἑπίμνω ἑπίμνω δίκω ἑπίμνω δίκω, quod compendio loquedi dicitur, ἀντὶ τῆς ἑπίμνω δίκω ἑπίμνω δίκω, autore Eustathio, Cicero libro 1. de Legibus: Num idcirco iusta lex illa quã Interrex noster tulit, ut Dictator qui esset, quem uellet ciuium indicta causa impunè posset occidere? Id est, non auditũ & indefensum. Qui locus corruptè uulgò legitur. Curtius lib. septimo de Callijthene loquens: Itaq; nullius cædes maiorem apud Græcos Alexandro excitauit inuidiam, quã quod præditum optimis moribus artibusq; non tantũ occiderit, sed etiam torserit indicta quidẽ causa. Id est, ἀνείρω, quo Isocrates utitur. Cic. in Verrem Act. 111. Num per Deos immortales quid interest, utrũ Prætor imperet, uiq; cogat aliquẽ de suis bonis decedere? an huiusmodi iudicium det, quo iudicio indicta causa fortunis omnibus euerti necesse sit? Sunt & exempla apud Liuium. Vadimonium missum facere. Vadimonium missum facere, est uadimonij obligationẽ remittere condonareq; Cicero: Qui quo tempore primũ agere cœpit, in uadimonij differendis tempus omne consumpserit, qui postea uadimonij missum fecerit, & reliqua. Vadimonio obstricti. Vadimonio obstricti hodie dici possunt qui ob erimina in iudiciũ uocati, ab Iudicibus (ut sit) impetrauerunt ut aut sua aut sponsorum fide dimittantur, ea legẽ ut in diem certum aut quando-cunq; Iudici uisum fuerit ad iudicium sistantur: quos elargitos uocant, id est, ἑξήκοντες. Vades sponsores in re capit

Augirow.

Vadimonium missum facere.

Vadimonio obstricti.

ἑξήκοντες. Vades.

capitali dicuntur, autore Festo. Cicero in Officijs lib. 111. de duobus pythagoreis loquens, Cum is qui morti additus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum causa postulauisset, uas factus est alter eius sistendi, ut si ille non reuertisset moriendum esset sibi ipsi. Liuius lib. v. secundi belli Punici, Tribuni ommissa multa certatione rei capitalis diem Posthumio dixerunt, ac ni uades daret, prehendi a uiatore, atque in carcerem duci iusserunt. Posthumius uadibus datis non affuit. Vadari etiam dicere possumus pro citare personaliter (ut nunc loquimur) affuturum. Sunt & alia uerba iuris, ut bona prædia, & prædibus prædijsq; cauendum. Cicero in Prætura urbana de sartis testis loquens, Vbi illa consuetudo in bonis prædibus prædijsq; uendendis omnium Cõsulum, Censorum, Prætorum, Quæstorum denique, ut optima conditione sit is cuius res sit, cuius periculum? Excludit eum solum cui pro pè dicam soli potestatem factam esse oportebat. Locatur opus id quod ex mea pecunia reficiatur. Ego me refecturum esse dico: Probatio futura est tua qui locas, Prædibus & prædijs populo cautum est. Quæ uerba enarrans Asconius, Bona, inquit, prædia dicuntur, bona satisfactionibus obnoxia, siue sint in mancipijs, siue in pecunia numerata. Prædia uerò domus & agri. Hæc autem prædia omnia uenduntur, si rationi publicæ locator sartorum testorum non responderit. Tu autem Verres, inquit, cum ego sim obnoxius & prædibus, id est, fideiussoribus, & prædijs appositis, non mihi exactor es operis, sed dominus uoluntatis: qui non sinis me optima mea conditione id quod uolo de redemptione agere, cum periculum sit meum, non reipublicæ. Prædes igitur homines sunt fideiussores, quorum res bona prædia nunc uno nomine dicuntur

Vadari. Bona prædia.

Prædibus & Prædijs cautum.

Prædia.

Prædes.

Bona prædia.

cuntur. Haftenus ille. Linius libro 11. secundi belli Punici de Camensibus captiuus loquens, Ibi cum sententijs uariaretur, & alij redimendos de publico, alij nullam publicam impensam faciendam censerent, nec prohibendos ex priuato redimi, si quibus argentum in praesentia esset: alij dandam ex aerario mutuam pecuniam, praedijs praedibus q; cauendum populo censerent, & reliqua. Varro, Sponfor, inquit, & praes & uas neque ijdem: neque res quibus insedere similes. Itaque praes est qui a magistratu interrogatur in publicum ut praestet, a quo cum responderit, dicitur praes. Vas appellatus est qui pro altero uadimonium promittebat. Praes est (inquit Festus) qui populo se obligat interrogatus a magistratu. Idē alibi mancipem etiam praedem dici ait, quia tam debet, inquit, populo praestare quod promisit, quam is qui pro eo praes factus est. Cicero epistolarum libro 11. Laodiceae me praedes accepturum arbitror omnis pecuniae publicae, ut & mihi & populo cautum sit sine uecturae periculo. Gellius libro 11. Si Lucius Cornelius Scipio Asiaticus collega arbitrato praedes dabit, collega ne eum in uincula ducat intercedemus. Praedes hodie sunt qui sponsores Reip. uel Principi facti sunt pro ijs qui pecuniam publicam dispensant, quos receptores uocant, eorumq; bona praedia dici possunt, id est, ut Graeci dicunt ὑπεγγυα. Ii etiam qui publicanos in locationibus uectigalium aut eorum fideiussores locupletes affirmant (quod idoneos & sufficientes testificari uocant) praedes dici propterea possunt, quod locupletes eos esse ipsi praestare debent. Suppraedes autem dici debent quos cotraplegios uocant. Praedes etiam interdum pro bonis praedijs accipiuntur. Cicero in Antoniana 11. Et domi quidem causam amoris habuisti, foris etiam

Pras & uas.

Praedes.

Receptores. ὑπεγγυα

Suppraedes.

etiam turpiorem, ne Lucius Plancus praedes tuos uenderet. Id est, bona tua sponsioni obnoxia. Linius etiam usus est libro v. circa finem. Possumus etiam hic praedes pro sponsores intelligere quodam loquendi schemate non inuenusto, ut sit praedes uendere sponsores bona praedia auctioni addicere. Idem Cicero ad Atticum libro vi. metaphoricōs usus est: Ita q; inquit, irascatur quum uolet, patiar, τὸ δ' εὐμερ' εἶμ' εἶ, praesertim cum sex libris tanquam praedibus me ipsum obstrinxerim, quos tam ualde probari tibi gaudeo. Bene (inquit Cicero) mecum agitur. Itaque semel statui nihil contra honestatem agere, ad quam perpetuo amplectendam, sex illis libris de Republica scriptis me obstrinxi Reipublicae, tanquam sponsores datis. Cadere causa dicebant eum qui plus petebat, quamquam mendosē a causa cadere in 1111. Institutionum Iustiniani legatur. Cicero de Oratore libro 1. Ridens & stomachans Scauola cum Hypseus maxima uoce plurimis uerbis a Marco Crasso Praetore contenderet, ut ei quem defendebat, causa cadere liceret. Gnaeus autem Octavianus homo Consularis non minus longa oratione recusaret ne aduersarius causa caderet. Quibus uerbis inscitia duorum oratorum reprehenditur, qui iuris ciuilibus ignorantia non intelligebant quid esset causa cadere. Quintilianus libro vii. Est enim certa seruitus ad certa se uerba astringendi. idq; faciendum in libro Ciceronis de Oratore uetat Marcus Antonius. Nam est etiam periculosum, cum si uno uerbo sit erratum, tota causa cecidisse uideamur. Dicitur & cadere formula. Idem in tertio, Neque ignoro multa transferri, cum in omnibus ferē causis in quibus cecidisse quis formula dicitur, haec sint quaestiones, an huic, an cum hoc, an hac lege, an apud hūc, an hoc tēpore liceat agere.

Causa cadere.

Cadere formula.

Formula exci-
dere.Iudicium & ar-
bitrium.

Tranquillus excidere formula dixit. Id Cicero pro Roscio Comædo, locum in iudicijs habuisse, non in arbitrijs dicit, cuius hanc rationem affert: Iudicium enim est pecuniæ certæ, arbitrium incertæ. Ad iudicium enim hoc modo uenimus, ut totam litem aut obtineamus, aut amittimus: ad arbitrium hoc modo adimus, ut neque nihil, neque tantum quantum postulauimus consequamur. Ceterum (ut obiter hoc dicamus) est apud Ciceronem loco supra citato unius ambitus sententia satis (ut uidetur) obscura: & uariè etiam locus ille legitur. In libro autè quo plerunque usus sum qui Mediolanensis est editionis, ita locus legitur: Quid in his paucis diebus, non ne nobis in tribunali Quinti Pompeij Prætoris Urbani familiaris nostri sedentibus, homo è numero difertorum postulabat, ut illi unde peteretur, uetus atq; usitata exceptio daretur, cuius pecuniæ dies fuisset? Quod petitoris causa comparatū esse non intelligebat, ut si ille inficiator probasset iudici antè petitam esse pecuniam, quam esset coëpta deberi, petitor rursus cum peteret, exceptione excluderetur, quòd ea res in iudicium antea uenisset. Ad quorum uerborum intelligentiam, unam tantum particulam immutandā censeo: uidelicet ut, coniunctionē loco posteriore positam, ut sit, Postulabat ut illi unde peteretur, uetus atq; usitata exceptio daretur, cuius pecuniæ dies fuisset quod petitoris causa comparatum esse non intelligebat: ne si ille inficiator, & reliqua, hoc est, *ita pñ.* His enim uerbis Cicero significare inficiam patroni causæ uoluit, qui iuris civilis ignarus minimè percipiebat id ab actore stare quod pro reo ipse in medium afferebat: nempe illam exceptionis conceptionem, cuius pecuniæ dies fuisset. Id adeò sic cognoscere possumus. Esto ut petitor actionem sibi dari à Præ

à Prætorè poposcisset: iudiciumq; constitui stipulatæ in diem pecuniæ, aut testamento legatæ: sed prematurè & ante diem. Is autem unde petebatur, id est, reus, ut ea præscriptione uti insitisset, quòd dies aut pecuniæ promissæ, aut ex testamento debitæ nondum exisset, hoc est, *ἡμέρας οὐτως ἐξήριστος.* In hac specie nullus dubitat quòd actor summoneri supradicta præscriptione ita potuerit, ut actionem intendere inuito defensore cum effectu non potuerit. Quippe dies actionis cesserat quidem ille ab initio sponsonis, aut ab adita ab hæredè hereditate, sed non uenerat tamen. Quod patronus statim apprehendit, existimans se præclare causam defensoris agere. Sed ea ratione eueniebat, ne petitor causa caderet, hoc est, actionis commodo multaretur. Ridet igitur ignorationem iuris Cicero in causidico rei, qui nondum didicerat quid esset causa cade re. & cum à reo staret, actoris tamen causam magis quàm rei adinuabat, hac exceptione absurdè usurpata. Quippe si id quod magna contentione petebat impetrasset, id è re aduersarij, id est, petitoris tandem futurum erat, cum petitoris actio eo nomine depulsa quòd eius dies nondum uenisset, salua & integra ipsi actori mansisset in diem exiturum. Quare si patronus iuris & actionum civilium intelligens fuisset, nunquam id commisisset, ut experienti actori ante litem contestatam eam exceptionem obicisset, cuius ea uis esset ut litis ingressum ita impediret, ut in aliud tempus reijceret. Sed petitor iuris supradicti ignarus, actionem in iudicium deducendo & litem eius contestando sententiam aduersam tulisset: & eam actionem nihilominus in iudicium deducendo consumpsisset. Etenim ea controuersia non dubie secundum reum erat iudicanda ex actionum formula à iure XII. tabularum

introducitur, quo iure statutum erat eos petitores causa cadere, qui ante diem exeuntem agebant, quod plus est petere tempore. Id uerò ideo fiebat, quòd obligatio parens est actionis. at uerò ex obligatione in diem certū reiecta, actio statim concipitur, non etiā nascitur: immo uerò obligatio ipsa in diem, concepta tantum est, non etiam nata. Quare actionem peperisse ante suum natalē dici non potest. Quòd si lite planè contestata, reoq; ob id absoluto ab instātia, id est, ἀπὸ τῆς ἐστῆσαντος ἀπαλλαγέντος, actor iterū post diem demum exeuntem agere eadē ex causa institisset: exceptione protinus rei iudicatae rei; finita excluderetur. Semel enim perēpta obligatio denuo renasci nō potest, nisi ex noua stipulatione, aut alia ex causa que parere obligationem actionemq; possit. Huic sententia non obstat quod de plus petentibus in Institutionibus iuris scriptum est: ut causa cecidisse continuo uideatur is qui uel re, uel tempore, uel aliā plus petiisset. Non enim eam ob rem quis contendere potest, eam exceptionē cuius pecuniæ dies fuisset, petitoris causa comparatam esse olim non potuisse. Siquidem aliud est litem oblato libello contestatam esse, remq; in conflictum deductam esse disceptatione controuersia: qua ratione consumitur omnis totaq; cum eius matre obligatione actio: & aliud actionem à Prætorē iudiciumq; dandum postulare, quod Prætor dare petitori ante diem non poterat recusante aduersario. Nam qui ab experiundo sic summotus erat, iterum agens post diem exeuntem, integram actionem habebat: ut cui opponi præscriptio peremptorice actionis, sed reiecta tantum possit. contra quam uicissim excipere & præscribere illis uerbis poterat, cuius pecuniæ dies exisset. id quod ea uerba Ciceronis declarant, Ne si ille inficiator, &

qua

qua sequuntur. Ipsa porrò exceptionis uerba, Cuius pecuniæ dies fuisset, antiquam elegantiam referunt duodecim tabularum iurisq; quod ab ipsis manauit: formamq; priscam in exemplaribus asseruauerunt. Erat autem introducta pro petitore aduersus inficiatorem reum exceptione sese summi iuris tuentē; τὸν δίκωνος & ἀδίκου ἀβυποπέρον & τῆ τὸν πεβοντ & παπαγαφῆ. τὸ δὲ τὸν ἀντιπαπαγαφῆ, quam replicationem appellant, ἐὼ δὲ ἀπαρρηγῆ ἢ ἀπέτα ἔξῃνοι. Erat enim hic ordo in hac specie, petitori cui prætor recusante reo ante diem iudicium denegauerat, Heus tu, referre questionem iudicatae rei aut pecuniæ nō potes. Non licet denuo experiri cum actio sit extincta, & tu causa cecideris, nequicquā igitur agis. Verum sic excipienti reo, occurrere petitor his uerbis poterat, & ut Græci dicunt, ἀβυποπαπέδῃ, retorta exceptione & quasi eius acie replicata, Quòd tu finita litis questionem referri non posse ais, eius demum pecuniæ uerum est, cuius pecuniæ dies fuisset. ubi petendæ genitiuus subintelligendus est. Finitam litem hic intelligo, non eam quam Græci ἀβυδιμαρ uocāt, quasi reatum iustumq; pecuniæ iudicium: sed παπαγαφῆς δίκου, hoc est, translationem temporis, quæ rhetoribus translatiua causæ constitutio dicitur. Hæc est mea de insigni loco Ciceronis sententia libro 1. de Oratore: de qua ne dubitem, locus in 1. 1. Rhetoricōn efficit. quo in loco de translationibus loquēs, quæ à iuriconsultis excepciones & præscriptiones uocātur (à nobis declinatorij fines, & fines non procedendi) ita inquit, Atque in nostra quidem cōsuetudine multis de causis fit, ut rarius incidant translationes. nam & prætorij exceptionibus multæ excluduntur actiones: & ita ius ciuile habemus constitutum, ut causa cadat is qui non

h 4 quem

quemadmodum oportet egerit. Quare in iure plerumque uersantur. ibi enim & exceptiones postulatur: & certo quodam modo agendi potestas datur: & omnis conceptio priuatorum iudiciorum constituitur. Quibus Ciceronis uerbis intelligimus, cum omnem translaturam causam constitutionem, tum temporis exceptionem ac dieinodum exentis, raro incidere solitam in iudicijs Romanis. Itaque ideo raro accidere, quod & petitiones & exceptiones a Pratore constituebantur ante ipsa iudicia, & formula suam ex ipsius decreto accipiebant. Quare, inquit ille, in iure plerumque uersantur, id est, in pratoria disceptatione: hoc enim ius Ciceroni non dubie significat. Iudicia autem duorum generum Cicero intellexit, publica rerum capitalium: & priuata, que nos ciuilia uocamus. & plerumque a pratore, iudicibus ab eo datus, mandabantur, id est, recuperatoribus. Comperendinare ampliarique uerba & ipsa iuris nusquam ut arbitror in iure leguntur. Valerius libro VII. Lucius Scipio Aemilianus Cottam apud populum accusauit, cuius causa grauissimis testimonijs erat confessa, septies ampliata, & ad ultimum octauo iudicio absoluta est. Quia homines uerebantur ne precipue accusatoris amplitudini damnatio eius donata existimaretur. Dicitur & amplius pronuntiare. Cicero in prætura urbana, Verum ut opinor Glaucia primus tulit ut comperendinaretur reus, antea uel iudicari primo poterat, uel amplius pronuntiare. Vtram igitur putas legem molliorem? Opinor illam ueterem qua uel cito absolui uel tarde condemna-ri licebat. Idem paulo post, Puta te non hac tam atroci, sed illa lege mitissima causam dicere: accusabo, respondebis: testibus editis, ita mittam in consilium, ut etiam si lex ampliandi faciat potestatem, tamen isti turpe existiment

Comperendi-
nare.
Ampliari.

Amplius pro-
nuntiare.

stiment non primo iudicare. Primo pro prima actione dixit. Mittere uero in consilium quid sit, nos paulo post ostendemus. Verba autem Ciceronis interpretans Asconius, Ante legem, inquit, Glauciam de comperendinatione, aut sententia dicebatur si absoluendus esset reus, aut amplius pronuntiabatur si uideretur esse damnandus, cum dixisset iudex, Non liquet, hoc est, obscura causa est. Itaque ea pars interposita dilatione dicebat in cuius peroratione uidebatur obscuritas. Comperendinatio uero utriusque partis recitatio est. Alij sic adnotant, Comperendinatio est secunda actio. Item, Comperendinatio est ab utriusque litigatoribus inuicem sibi denunciatio in perendinum diem. Idem paulo post, Cum autem, inquit, omnino suadebatur iudicibus bona causa, absoluebant eam: si mala, non statim damnabant, sed hac excusatione parcebant. Nam cum condemnandi nota esset c, litera, absoluendi A, ampliandi signum N L dabant: quod significabat non liquere. Unde ampliatio nascebatur. Idem in Diminatione, In causis, inquit, maioribus iudices uniuersi in cistam tabulas simul conijciebant suas, insculptas literas habentes absolutio- nis siue condemnationis, cum de alicuius capite agebatur, N & L, ampliationis. his enim literis significabant non liquere. Tabulas iudicum Asconius tabellas cereas intelligit, quibus sententias ferebant. Erant enim sententiae non uocales, sed tabellariae. Omnia autem haec apud Asconium mendolissimè leguntur, uix ut sensus elici possit. Quantum tamen intelligi potest, ampliationem non multum differre a comperendinatione colligimus. Ampliatio numerum certum actionum non habebat, ut ex illo Valerij loco suprascripto intelligimus. & ex Lino comperendinatio iteratam actionem in tertium diem, id est, perendinum

Comperendi-
natio.

C A. N. L.
De more iudi-
ciorum.

Tabulae iudi-
cum.

Sententiae ta-
bellariae.

Ampliatio &
comperendi-
natio.

h 3 signifi

perendie.

Μετὰ τὴν ἡμέραν
Perendinus
dies.Perendinus
dies.

Apud acta.

Lis comperen
dinata, quæ &
res comperen
dinata diciturComperendi
natus reus.

significare videtur. Hoc est enim perendie quod Græci *μετὰ τὴν ἡμέραν* dicunt, quasi postcrastinum. Cicero, Scies igitur cras aut ad summum perendie. Inde perendinus dies uerbum olim iurisperitorum. Vnde illud Ciceronis pro *Muræna*, Iam illud mihi mirum quidem uideri solet, tot homines tam ingeniosos per tot annos etiam nunc statuere non potuisse utrum diem tertium an perendinum, iudicem an arbitrium, rem an litem dici oporteret. de iurisperitis loquens. Perendinus dies hodie dici potest cum iudex statuit aut inter partes conuenit, ut omne instrumentum litis apud acta utrinque proferatur intra tri-duum, hoc est, ut sacculi apud graphiarium deponantur. Tunc enim lis et res comperendinata est, quasi iudex post tertium diem, aut etiam die tertio sententiam laturus sit. Est enim comperendinatio mutua denunciatio (inquit *Africanus*) in perendinum diem, uidelicet ne alter litigatorum fugiator fortasse causari possit, cum in rem presentem uentum est, se imparatum uenisse. Cuiusmodi est illa denunciatio qua litigatores in parlamento nostro utuntur cum audientiam à Præsidibus, aut diploma quoddam regium impetrarunt, ne alter ignorantiam excusare possit, si ex tempore respondendum sit. Ab ea autem significatione qua comperendinare pro crastinare est, et diem de die ducere, comperendinati rei dici possunt in causis criminalibus, quos curia dimissos fide sua esse uoluit, hoc est, quos suæ ipsorum custodia commisit, ut aut urbem carceris loco insti habeant, aut priuatam aliquam domum, ut sit interdum ex personarum dignitate et genere causarum. Comperendinatio enim etiam multorum interdum dierum erat, ut ex Ciceronis uerbis intelligere licet in prætura urbana: De
inde

inde reliquis diebus (inquit) his criminibus, his testibus et urbanis et prouincialibus sic obrutus atque oppressus est, ut his diebus ludorum interpositis, nemo illum comperendinatum, sed condemnatum iudicaret. Dicitur et comperendinatus pro comperendinatione. Cicero in eadem prætura urbana, Adimo enim comperendinatum, quod habet lex in se molestissimum, bis ut causa dicatur. Comperendinati autem ideo dici possunt, quia non plane absoluti sunt, sed ueluti uadimonio quodam obstructi, uel quia nondum comperta satis crimina, uel quia nondum se innocentes approbauerunt. Comperendinatos uidentur interdum qui criminum postulati suffragatorum opera iterum et sæpius ampliari primum solent, donec recentium criminum inuidia sensim de flagrare possit, deinde quouis modo in centesimum annum comperendinari. Quos etiam cernere est damnationum fulmine afflatos in tenuiores iacto, cum eorundem criminum affines sint, priscos tamen spiritus resumere. Hos cum in publicum homines inferre sese uident, oculisque innocentium incurrere, abrupta sua uincula secum trahere putant. Nam luctata canis nodum abripit, at tamen illi cum fugit à collo trahitur pars longa catena. Ampliati uero sunt quorum damnatio differtur, aut quia coram sistendi testes sunt, et cum illis committendi, aut quia nondum plane liquet aut de crimine, aut de pœnæ modo. Non liquere de causa dicebant, quando probationes et argumenta non satis erant idonea ad dijudicandam causam. Gellius libro decimotertio, Ut absoluerem tamen inducere in animum non quini: et propterea iuravi non liquere: atque ita iudicatu illo solutus sum.
Comp

Ampliati rei.

Non liquere.

Comperendinatorum exemplum est apud Ciceronem in Verrem actione v. Videte, inquit, hominis amentiam. posteaquam est comperendinatus, cum iam pro damnato mortuoq; esset, ludis Circensibus apud Sisennam primum uirum cum essent triclinia strata, argentuq; expositum, contemplari unumquodq; ociosè & considerare cœpit, Mirari stultitiam alij, alij amentiam. Cui comperendinato cum multi testes dixissent, quicquam illorum ueniret in mētem? Comperendinatum Verrem, id est, qui in secundam actionem impetrauerat iudicium differri, Cicero damnatum inuidiosè appellat, propter ingentia crimina testimoniaq; prementia, & præiudicia ab ipso multis rebus de se facta, utpote qui accusatus repetundarum, quod Siciliam prouinciam argenteis uasis cælatisq; spoliasset, tamen temperare sibi apud Sisennam nequiuisset, quin cupiditatem illam præmiam cælata supellecillis, ingenitam sibi proderet. Ampliatorum apud eundē exemplum est in oratione pro Cecinna his uerbis, In eundem quid dicam? nisi id quod negare non possit, uenisse in consilium publicæ quæstionis, cum eius consilij iudex non esset: & in eo consilio cum causam non audisset, & potestas esset ampliandi, dixisse sibi liquere, dum incognita re iudicare uoluisset, maluisse condemnare quam absoluere. Ab eiusmodi iudiciorum more dictum est illud eiusdem in oratione pro Milone cum de Pompeio loqueretur, qui illi quæstioni iudicioq; præserat. Vidit, inquit, in confessione facti, iuris tamen defensionem suscipi posse. Quod nisi uidiisset posse absolui eum qui fateretur, cum uideret nos fateri: nec quæri unquam iussisset, nec nobis tam salutarem hanc in iudicando literam quam illam tristem dedisset. Salutaris litera à Cicerone dicitur A, quæ absolutionis

Salutaris litera A.

nota

nota erat, ut tristis C, quæ condemnationis. Sic Persius Satyra III. Græcorum morem tangens,

Et potis es nigrum uitio præfigere theta.

Nigrum theta mortiferum dixit. Significabat enim thāton, id est, mortem, cuius est prima litera th. Dabantur autem tabellæ ternæ iudicibus ab eo qui iudicio præerat, Quæstorq; dicebatur absolutionis, condemnationis, ampliacionis, ut autor est Aconius. Cæterum mittere in consilium, est dimittere iudices ad sententiam dicendam ubi orator dixerat, Dixi, autore Aconio. Cicero pro Cluentio, Cur Stalenum cum in consilium iretur, Cluentius & Cannutius abesse patiebantur? & cum in consilium mittebant, Stalenum iudicem, cui pecuniam dederāt, non requirebant? Oppianicus quærebat? Si hoc est, inquit, uerū quod Cluentius & Cannutius iudicium corruperint, quomodo id explicari potest, quod cum iudices ipsi in consilium mitterent, id est, cum iudicium iam expectare se dicerent dicendi finem facientes, non requirebāt Stalenum unum iudicem quem constat redemptorem totius corruptionis fuisse: sed facile patiebatur illum abesse, non autē Oppianicus qui erat Cluentij aduersarius. Mittere in consilium hodie dicere possumus eos qui à iudicibus postulant, ut ex tempore ius dicatur, ut fit in Parlamento plerunq; cum aduocati ex actionibus suis perpetuis, aut etiā ex altercationibus ius reddi sibi postulant ex sententia curie: quo tempore iudices assurgente Præside capita conferentes de lite, aut postulatis, uel ex tempore statuunt, uel iuris disceptationem esse pronunciant, & consilio agendam. Inde illud Plinij in Panegyrico ad Traianum, Alij, inquit, se supersites Reipub. optabant faciebantq; tibi salus tua inuisa est, si non sit cum Reipublicæ salute

Tristis litera C.

Theta.

Tabellæ ternæ iudicum.

Quæstor.

Mittere in consilium.

Dixi.

Mittere in consilium.

conium

Emendatus locus Plin.

Calculum permittere.

Ἐπιτρέπει τὴν ἄφρον.

Προβλεῖν ἄφρον.

Calculum porrigere & proponere. Censendi potestatem facere.

coniuncta. Nihil pro te pateris optari, nisi expedit optantibus: omnibusque annis de te in consilium deos mittis, exigiisque ut sententiam suam mutent, si talis esse desieris qualis electus es. Sed ingenti conscientia Caesar pacificeris cum dijs, ut te si mereberis seruent, cum scias merearis ne neminem magis quam deos scire. Quo in loco praepostere legitur ne merearis. Hunc tamen locum interpretatur alioqui doctus, nec mediocri diligentia praeditus seculus interpretatus est. Est enim haec Plinij sententia, Nuncupationem uotorum quae quotannis pro salute & incolumitate Principis fieri solet, tu his uerbis Caesar concipi iubes, Si bene Rempublicam, exque omnium utilitate rexeris. Digna, inquit, uota quae semper suscipiantur semperque soluantur. Quotannis dijs ipsis, inquit, tanquam iudicibus calculum de te permittis, an dignus sis incolumitate. Mittere in consilium iudices a Graecis Ἐπιτρέπει τὴν ἄφρον dicitur: id est, calculum permittere. Προβλεῖν ἄφρον, censendi potestatem facere, & calculum proponere: quo Demosthenes utitur, ἄφρον ἐπαγαγεῖν, Thucydides, Ἐπὶ τὸν ἐπαγαγεῖν τοῖς συμμαχοῖς τῶσδε. Id est, censere eos iusserunt, & ut nunc loquimur, opinari. Galeus in primo Therapeutices, Τούτους εἰς τὸ συνέδριον συναγάγει διναγὰς. Et rursus, καὶ καθίσθεις μὲν ἐν ταῖς μέρωσιν οἱ βιβλίοις διναγὰς τοῖς ἐλθόντας. Qui loquendi modi eundem ferme intellectum habent. Id est, mittere in consilium, censendi potestatem facere, calculum permittere, calculum porrigere, calculum proponere. Quae de ijs litigatoribus dici possunt, quibus hoc inter se conuenit, ut processus in statu iudicetur, ut uerbis nostris utar. Solent enim in actis testari se iam nihil morari iudices quod minus ex instrumento litis apud acta prolato sententiam dicant

In consiliū ire.

Constituere iudicium & questionem.

Res concertata? Dijudicata. Confecta.

Questio. Constituere disceptationem.

dicant. Iudices autem ipsi in consilium ire dicuntur, cum aut capita conferunt, aut in interiore consilio instrumenta litis perconsere aggrediuntur, cum litis processus in medium positus est. Cicero pro eodem Cluentio, In consilium erant ituri iudices trigintaduo, sententijs decem & sex absolutio fieri poterat. Idem, Itum est in consilium, omnibus sententijs praeter unam, quam suam Stalenus esse dicebat. Scamander prima actione condemnatus est. Verum ut obiter nonnulla quoque dicamus, constituere iudicium dicebant, & constituere questionem, quod uulgo euacuare finem non procedendi dicunt, aut non recipiendi. Cicero in Partitionibus, Atque etiam ante iudicium de constituendo ipso iudicio solet esse contentio, cum aut sit ne actio illi qui agit, aut iam ne sit, aut num esse desierit, aut illa ne lege, his ne uerbis sit actio, quaeritur: quae etiam si antequam res in iudicium uenit, aut concertata, aut dijudicata, aut confecta non sunt: tamen in ipsis iudicijs permagnum saepe habent pondus. Concertata dixit, quod debatuta, quasi depugnata dicitur. Dijudicata, quod appunctata. Confecta, quod euacuata. Idem, Quare de constituendis actionibus, accipiendis subeundisque iudicijs, de excipienda iniquitate accusationis, quia haec generis eius sunt, ut ante iudicium tractanda uideantur, & reliqua. Quintilianus questionem pro iudicio dicere solet. Constituere uero disceptationem id est ferè quod accordare scripturas dicunt. Cicero in iisdem Partitionibus, Ex rationis autem, & ex firmitati consultatione, & quasi concursu questio quaedam exoritur, quam disceptationem uoco: in qua quid ueniat in iudicium, & de quo disceptetur, quaeri solet. Idem, Disceptatio autem cum est constituta, propositum debet esse

Summa quaestio.

esse oratori, quo omnes argumentationes repetita ex inueniendis locis conijciantur. Summam autem quaestionem dicebant, quod nunc principale punctum dicimus: cuius accessiones sunt reliquae quasi liticulae. Quintilianus libr.

Caput.

111. Quaestio latius intelligitur omnis de qua in utranq; partem, uel in plures dici credibiliter potest. In iudiciali autem materia dupliciter accipienda est: altero modo quo dicimus multas quaestiones habere controuersiam, quo etiam minores omnes complectimur. altero, quo significamus summam illam in qua causa uertitur: de hac nunc loquor, ex qua nascitur status, an factū sit, an recte factum sit. Vocatur autem & caput ab eodem. Idē in 111. Itaq; inferiora quoque scrutabimur, quae tractata faciliore nobis iudicem in summa quaestione facient. Tractare Quintilianus ubiq; uocat, quod attingere nostri in foro dicunt: qui etiam rei tractatum uocat, cuius exemplum inferius subiijcimus. Iuuenalis Satyra 111. Quis color, & quod sit causae genus, atq; ubi summa Quaestio, quae ueniant diuersa parte sagitta, scire uolūt omnes. Constituere autem statum causae iudex dicitur, cum aut iuris disceptationem esse pronuntiat, aut facti. Cum igitur significare uolumus nos appūctatos esse contrarios, ut in foro loquuntur, Latine dicere debemus statum causae coniecturalem aut inficalem esse, causamq; inficialiter aut coniecturaliter constitutam esse. Cum autem iuris disceptatio est, iuridicialis status est, & causam dicemus iuridicialiter constitutam esse. Quintilianus in 111. Huic diuersa sententia eorum fuit, qui duos quidem status esse uoluerunt, unum inficalem, alterum iuridicalem. Inficialis est quae nos dicimus coniecturalem, cui ab inficiando nomē alij in totum dederunt: alij in partē, quia accusatorem coniectura, reum

Tractare.

inficiat

Constituere statum causae.

inficiat

Causam iuridicialiter inficialiterq; constituere.

inficiat

inficiatione uti putauerūt. Iuridicialis est qui Graecē δικαιολογικός, dicitur. Hascenus ille. Est tamē status tertius finitiuus, atq; etiā plures secundum antiquos, sed nihil ad rem pertinent quam agimus. Firmamentum autem & continens causae dicitur Latine, quod punctum litis decisorium uocant. Quintilianus in 111. Σωτήριον autem quod continens alij, firmamentum alij putant, Cicero firmissimā argumentationem defensoris, & appositiuissimā adiudicationem. Quibusdam id uidetur esse, post quod nihil queritur: quibusdam id quod ad iudicationem firmissimum affertur.

Meminit & Cicero in libro Partit. Cardinem autem causae in aliquo ponere dicebant, quod nūc dicimus accipere ius per hoc uel illud. Quintilianus in 111. Illud hoc loco monere inter necessaria est, nulla esse firmiora, quam quae ex dubijs facta sunt certa. Cades à te facta est, cruetam enim uestem habuisti. Non est tam graue argumentum si fatetur, quam si conuincitur. Nam si fatetur, multis ex causis potuit cruenta esse uestis: si negat, hic causae cardinem ponit. In quo si uictus fuerit, etiam in sequentibus ruit, non enim uidetur in negando mentiturus fuisse, nisi desperasset id posse defendi si confiteretur. Et libr. 11. Negligentium (inquit) oratorum nihil refert ubi litium cardo uertatur, dum sint, quae extra causam ex personis, ac communi tractatu locorum occasionem clamādi largiantur. Dicitur & summam totius litis constituere. Idē lib. 111. Sed nonnunquam etiam reus hic totius summā constituit, si exheredatum à se filium pater testatus fuerit elogio, propterea quod is meretricem amauerit. Nā omnis hic quaestio, an huic delicto pater debuerit ignoscere, & Cētum uiri tribuere debeant ueniam. Rem controuersam dicebant, quam nos contentiosam uocamus. Et qua de re agitur,

Cardinem causae ponere.

Litium cardo.

Summam totius litis constituere.

Res controuersa. Qua de re agitur.

tur, pro eo quod nos dicimus, hoc de quo nunc quaestio est. Id est, quod maxime iudicandum est, ut Graeci appellant *Ἰσχυροῦς*, autor Cicero in Topicis. Constituerunt etiam iudicium dicebant, quod nunc facere super re aliqua in sententiam unam, et processum super ea facere. Hoc est, ea rem ita in iudicium deducere, ut de ea re iudicandum sit, et sententia ferenda. Idem lib. 111. Diuersum his genus quod dicitur comparatiuum, cuius rei tractatus in parte causa frequentus est, ut cum apud Centumuiros post alia queritur et hoc, uter dignior hereditate sit. Rarum est autem ut in foro iudicia propter id solum constituentur, sicut diuinationes quae sunt de accusatore constituendo, et nomen quum inter delatores uter praemium meruerit. Forum autem appellat Quintilianus, in quo iudicia publica exercebantur. Cicero in Verrem acti. 111. Amici recusare ne quod nouum iudicium, neque ipsius cognitio illo absente de existimatione eius constitueretur. Dicitur et dare actionem iudex, quando actorem ad intendendam actionem admittit. Item in eadem, si quis eum pulsasset, edixit se iudicium iniuriarum non daturum: quicquid ab eo peteretur, iudicem de sua cohorte daturum, ipsi autem nullius rei actionem sese daturum.

Recusare. Recusare dicebant, quod pragmatici dicunt tendere ad finem non procedendi. Idem pro Cluen. Aulus Cluentius eques Romanus causam dicit ea lege, qua lege Senatores, et hi qui magistratum habuerunt, soli tenentur mihi per eum recusare, et in arce legis praesidia constituere defensionis meae non licet. Id est, non uult me praescribere accusatori se haec lege non teneri, si suo iure uti uelit. Est enim recusare, accusationem actionemque depellere. Ponitur et pro eo quod debatuere dicimus. Idem pro Quintio. Dolabella Prator iniuriam facere fortissimum per seuerat: aut satisfacere, aut satisfactionem

sionem iubet facere, et inter eas recusantes nostros aduocatos acerrime submoueri. Altercari etiam hoc dicitur. Idem in Bruto, de Crasso loquens, Hic in altercando (inquit) parem inuenit neminem. Et paulo post de L. Philippo, Summa ei libertas in oratione, multa facetiae, satis creber in reperiendis, solutus in explicandis sententijs. Erat in primis (ut temporibus illis) doctrinis Graecis institutus, in altercando cum aliquo aculeo et maledicto factus. Altercatio quae a Graecis *Ἀλλοτριολογία* dicitur, a continua oratione differt, cuius praecepta Quintilianus libro 11. posuit: Bonus (inquit) altercator uitio iracundiae careat. Nullus enim rationi magis obstat affectus, et fert extra causam, et plerumque difformia conuicia facere ac mereri cogit, et ipsos nonnumquam iudices incitat. Et paulo post, Sunt enim quidam praeduri in hoc oris, ut obstrepant ingenti clamore, et medios sermones intercipient, et omnia tumultu confundant, quos ut non imitari, sic acriter propulsare oportebit, et ipsorum improbitas retundenda, et iudices uel praesidentes magistratus appellandi frequenter, ut loquendi uices seruentur. Refellere testimonia et testes et tabulas dicebant, quod contradicere et reprochiare dicimus. Cice. pro Flacco, Nam aut oratio testium refelli solet, aut uita laedi. Qua disputatione orationem refellam eius qui dicit dedimus: nihil amplius nisi in hominem dicendum est. Tranquillus in Augusto, Testem se in iudicijs et interrogari et refelli aequissimo animo patiebatur. Dicitur et eleuare. Quintil. lib. v. Ex inartificialium probationum genere sunt praesudicia, rumores, tormenta, tabulae, iniurandum, testes, in quibus pars maxima conuentionum forensium consistit. sed ut ipsa caret arte per se, ita summis eloquentiae uiribus et eleuanda sunt plerumque

Altercari.

Altercatio.

Ἀλλοτριολογία.

Refellere testes, tabulas, &c.

Eleuare testimonia.

Eleuare. & *refellenda*. Eleuare enim est uilem leuening; uerbis demonstrare. Valerius lib. viii. Ceterum gloriae ne ab ijs quidem, qui contemptu eius introducere conantur, negligitur: quoniam quidem ipsis uoluntibus nomina sua diligenter adijciunt, ut quod professione eleuant, usurpatione memoriae consequantur. Eleuant (inquit) id est, aspernandum dicunt. Vtitur hoc saepissime Liuius. **Refutare.** **Reprehendere.** etiam dicitur & reprehendere. Cice. in Vatiniū testem, Nemo enim horum te ita refutandum, ut grauem aduersarium: aut ita rogandum, ut religiosum testem arbitratur. **Subleuare testimonio.** Subleuare autem testimonio dici debet, quod exonerare uulgò dicimus. Idem pro Cluentio, Pater adolescentis quem propter animi dolore pertenuis suspicio potuisset ex illo loco testem in Aulum Cluentium constituere, is hunc suo testimonio subleuat. Idem pro domo sua. Quid cum Gabinio Syria dabatur, Macedonia Pisoni, ut tibi omnia permitterent, te adiuuant, tibi manū, copias, tibi suos paratos Centuriones, tibi pecunias, tibi familias compararent, te suis sceleratis concionibus subleuant: id est, defenderent, & tibi suffragarentur, & pro te orationem haberent & testimonio suo tuerentur. Huic contrarium est **Premere testimonio.** Plinius lib. v. Epist. Legati Vincentinorum non modo non prefferunt eum, uerum etiam subleuauerunt. De Nominato loquens, qui praeuaticationis accusatus in Senatu fuerat. Quas uulgò saluationes uocamus, contradictorum dissolutiones dici debent. Quintilianus in quarto, Quae probationum sit fides seu proposita confirmamus, seu contradicta dissoluimus. Interdum eleuare pro nostro saluare dici potest. Idem in eodem, Verbis eleuare quaedam licebit: luxuria hilaritatis, auaritia parsimoniae, negligentia simplicitatis nomine lenietur. Suble

Subleuare etiam dici potest: ut Cicero in Tusculan. libro **Subleuare.** **III.** Cum multa in conuentu collegisset in Socrate Zopyrus, qui se naturam cuiusque ex forma perspicere profitebatur, derisus est à ceteris qui illa in Socrate nitia non agnoscerent: ab ipso autem Socrate subleuatus est, cum illa sibi signa inesse, sed ratione à se deiecta diceret. **Iudicatum facere.** Iudicatum facere uocabant, quod fornire ad sententiam nostrates dicunt. Cicero pro Flacco, Itaque Recuperatores contra istum, rem minime dubiam prima actione iudicauerunt, cum iudicatum non faceret, additus Hermippo, & ab hoc ductus est. Quo uerbo usus est Celsus in lege uli. infra, Si certum petatur. Verbum est **XII. tabularum**, ut ex Gellio apparet lib. xix. Prima actione Cicer. pro in re praesenti dixit: hoc est, eo ipso in campo, ut nostri loquuntur: Superiorem causam dicebant, pro eo quod nunc dicimus causam iure communi fundatam, uel ius apparentius. cuius contrarium inferiorem causam uocabant. Idem pro Quintio, Ac si causa pari Quintius discedere inferior uideretur, tamen esset non mediocriter conquerendum: nunc in causa superiore ne ut par quidem sit postulat, inferior esse patitur, dumtaxat usque eò, ne cum bonis fama fortunisque omnibus Neui cupiditati crudelitatisque dedatur. Idem in Bruto, de Leontino Gorgia, Protagora, Hippia, aliisque sophistis loquens, Hi (inquit) alique multi temporibus eisdem docere se profitebantur arrogantibus sane uerbis, quemadmodum causa inferior (ita enim loquebantur) dicendo fieri superior posset. Hoc à Graecis dicitur τὸν ἡττοῦρα λόγον κρείττονα ποιεῖν. Dicebant & pro testimonio dicere, γοῦ. & c. **Pro testimonio dicere.** quod nunc dicimus deponere. Idem pro Archia, Ego uero si quid eiusmodi dixi, neque cognitum commemorauit, neque pro testimonio dixi, & illa oratio potius temporis mei quam

Reuocare testes. iudicij & autoritatis fuit. Reuocare testes, quod recolare dicimus. Et cum elogio mittere reum, id est, cum oneribus & informationibus, ut Martianus in l. Diuus, de custodia & exhibitione reorum. Elogium enim testimonium est de aliquo: *Αναγωγὴς* Græcè dicitur. Decernere questionem, pro eo quod nunc dicimus ordinare ut fiat informatio, & ut contra delinquentes procedatur. Cicero pro Milone, Comprehensus est in templo Castoris seruus P. Clodij, quem ille ad Pompeium interficiendum collocauit. Extorta est confitentia sic de manibus. Caruit foro postea Pompeius, caruit Senatu, caruit publico. Num quæ rogatio lata? num quæ noua quæstio decreta est? Dicitur & decernere ut legibus quaeratur. Idem in eadem, Quod si per furiosum illum Tribunum Senatui quod sentiebat perficere licuisset, nouam quæstionem nunc nullam haberemus. Decernebat enim ut ueteribus legibus tantummodo extra ordinem quaeretur. Quærerere enim est informationem facere, & legibus uindicare. Idem, Tulit enim de cæde quæ in Appia uia facta esset, in qua Publius Clodius occisus fuit. Quid ergo tulit? Nempe ut quaeretur. Quid porro querendum est? factumne sit? at constat. A quo? at patet. Senatus autem raro quæstionem de aliquo crimine habendam decernere solebat. Erant enim iudicia legibus certis constituta, de quibus aliquando uidebimus si locus incidere. In causa autem Miloniana decreta est quæstio: propterea in superiori exemplo Cicer. quæstionis nouæ meminuit. Ab ista querendi significatione quæstio pro iudicio publico accipitur: unde iudex quæstionis, Prætor dicebatur: idem qui & Quæstor, qui iudicij publicis præerat, ut docet Asconius. Martianus in lege 1. ad legem Cornel. de sicarijs

Decernere ut legibus quaeratur.

Quærerere.

Quæstio.

Quæstor.

Prætor, iudex quæstionis.

carijs, Quæue magistratus iudexue quæstionis ob capitalem causam pecuniam acceperit, ut publica lege reus fieret. Quem locum an Accursius intellexerit, Accursiani uiderint. Querere, iudicium est & magistratum: Inquirere, aliorum. Cicero in Diuinatione, Itaque cum ego diem inquirendi in Sicilia perexiguam postulauissem, inuenit iste qui sibi in Achaiam biduo breuiorem postularet. Vnde & Inquisitor apud eundem. Erat autem Cicero accusator Verris idemque inquisitor. Latantius, Tantaque est autoritas uetus, ut inquirere in eam scelus esse dicatur. Linius Anquirere dicit uerbo prisco, quod Cicero querere. Vnde apud eum sepe pecunia anquisitum legimus, id est, conclusum pro multa uel emenda, & Anquirere capite, pro criminaliter contra aliquem procedere. Disquisitionem autem uocabant iudicium per opiniones, ut nunc loquimur, cum opinionem uel sententiam omnes rogantur. Linius, Sed non quid ego fecerim, in disquisitionem uenit, sed quid isti pati debuerint: id est, non rogantur sententiæ de me. Idem, Nec tamen à Dictatore comitia sunt habita, quia uitio ne creatus esset in disquisitionem uenit. Tranquillus in Casare. Primo Prætura die Catulum de refectione Capitolij ad disquisitionem populi uocauit. Idem in Nerone, ad disquisitionem Senatus uocare dixit. Decernere quæstionem hodie aliter usurpamus, de torquendis reis loquentes. Cicero in Verrem, Reus, inquit, ad causam dicendam admissus. Pro eo quod nunc dicunt, audietur in defensionibus suis. Conferre pedem antiqui dicunt quod nos ad punctum uenire dicimus: & iungere, quod non faciunt fugitantes litigatores. Cicero pro Plancio,

Querere. Inquirere.

Inquisitor.

Anquirere.

Disquisitio.

Decernere quæstionem.

Admitti ad causam dicendam. Conferre pedem.

Non possum magis pedem conferre, ut aiunt, aut propius accedere. Quid taces? quid dissimulas? quid tergiuersaris? Proferre, quod nos producere dicimus, id est, apud acta deponere. Idē in Verrem a cōione quarta, Scio te edita superiorum omnium correxisse; & possessiones hereditatum non secundum eos qui proferrent, sed secundum eos qui dicerent testamentum factum, dedisse. Producere autem de testibus dici debet, non de litis instrumento. Instrumentum autē litis à Quintiliano dicitur, quod nos productionem uocamus, Præcidere Latine dicendū, quod uulgus quotam appellat, id est, designare quotum quęq; articulum, quotū quodq; caput oppugnare uelit litigator, ne in uniuersum admissus licenter tergiuersari, & identidem euariare possit, Cicero in Acade. Stoicis placet peccata esse paria. at Antiocho hoc uehemētissimē displicet. Liceat tandem considerare utram sententiam sequar. Præcide, inquit, statne quid libeat; id est, signanter & præcisē desume. Tracta à fabris me taphora, qui id quod abscondere uolunt, ducta linea præcidūt: uel ab ijs qui ex re communi partem sibi eligunt prius signantes, postea defectam auferentes. Præcidere igitur est non simpliciter & in uniuersum aliquid dicere, sed designatē & præcisē, quod Græci ἀπορίσειν dicunt. Confusa testimonia Latine dicenda sunt, quas turbas uocamus, quasi turmatim testificantium testimonia. Liuius libro xvi. Iusi deinde inire confusum suffragium, ad unum omnes non centuriæ modo, sed etiam homines P. Scipioni imperium esse in Hispania iusserunt. Formulam etiam dicendum, quod nos stylum uocamus. Cicero de opti. genere oratorū, Et ad quam eos dicendi formulam reuocent, intelligant. Vnde formularij dicti à Fabio in xii. quorum alij ad rubricas, uel ad album

album se transtulerunt: & formularij, uel (ut ait Cicero) legulei esse maluerunt. Subscribere dicebant quod nunc adiungere se dicunt. Subscribendi igitur facta potestas dicendum, quod nunc dicunt, dictum est quod adiungere se poterit. Cicero in Prætura urbana, Ei qui istius Quæstor fuisse, & ab isto læsus inimicitias iustas persequeretur, nō modo deferendi nominis, sed ne subscribendi quidē cū id postularet, fecerunt potestatem. Hoc etiā à Cicero ne dicitur, accedere ad causam, & descēdere in causam, & incūbere in eandē causam, & dinutere se in causam. Cæterum, subscribere aliter accipitur ab Ulpiano in l.ultima de priuatis delictis, ideo alibi latius explicandū. Apponere sibi præuaticatorem dicebant, pro eo quod dicimus, curauit se per tertium adiornandum uel inquietandum, ut colluderet scilicet. Idem in Antoniana secunda, iam uereor Patres Conscripti, ne quod turpissimum est, præuaticatorem mihi apposuisse uidear. Dicebat etiam ius postulare cum qui requestam rationabilem facere nūc dicitur. Idem in eadem, ius postulabas, sed quid ad rem? plus ille poterat. Et sublata intercessione, quod nunc non obstante oppositione dicimus. Idem in eadem, Cum auspicia Augur, intercessionem Consul sustulisses. Et libr. i. de Legibus, Nihil est enim exitiosius ciuitatibus, nihil tã contrarium iuri & legibus, nihil minus ciuile & humanum, quàm composita & constituta Repub. quicquā agi per uim: parēre iubet lex intercessori, quo nihil præstantius: impediri enim bonam rem melius, quàm cōcedi male. Et paulo post, Intercessor rei malæ salutaris ciuis esto. Græcis ἀπαγορεύειν dicitur. Vnde cedere intercessioni dicebant, ut cedere prouocationi, id est, nō procedere ultra et admittere oppositionē. Quod autē nunc dare congedium

Formularij.
Legulei.
Subscribere.

Accedere ad
causam, &c.

Apponere sibi
præuaticatorem.

Ius postulare.

Sublata inter-
cessione.

Intercessor.
ἀπαγορεύειν.
Cedere inter-
cessioni.

Eximere ex reis. dicimus, illi eximere ex reis dicebant, in criminalibus causis scilicet. Idem in Verrem acti. 111. Etenim si posset reus absente accusatore damnari, non ego à Vibone Veliam paruulo nauigio inter fugitiuorū ac prædonum ac tua tela uenissē, quo tempore omnis illa mea festinatio fuit cum periculo capitis, ob eam causam ne tu ex reis

Eximere de reis. de eximerere, si ego non affuissem ad diem. Et act. v. Condonare Diódorū non audeat: absentem de reis eximit. Sic

Eximere ex ararijs. eximere ex ararijs, est cōdonare multam, id est, quod dicimus quiētare emendam. Idem in secundo de Oratore, Is enim quite ex ararijs exemit, lustrū condidit, & taurum immolauit: tanta suspicio est, ut religione ciuitatē obstrinxisse uideatur Nummius noster, quòd Ascellum ignominia lenarit: Ascellus enim ille uocabatur. Eximere noxæ, est gratiam criminis facere, hoc est, remissionem dare. Liuius lib. v 111. ab Vrbe cond. Bene habet (inquit Dictator) Qyirites: uicit disciplina militaris: uicit populi maiesias: non noxæ eximuntur Fabius, qui contra edictum imperatoris pugnauit, sed noxæ damnatus donatur populo Romano, donatur Tribuniæ potestati, precarium non iustum auxilium ferenti. Eximere notæ, remittere infamiam. Gellius lib. 111. Sed cum ille deierasset inuitissimum sese oscitatione uictum, teneriq; eo uitio quod oscedo dicitur, notæ tam destinatæ exemptus est à Cēsoribus, Legitimi dies. Legitimos dies dicebāt, quas nunc dilaciones ordinarias uocamus. Ex Cicerone & Asconio in prætura urbana. Ius suum obtinere & retinere. Ius suum obtinere non posse dicebant eum quem nunc iustitiam habere uel consequi non posse dicimus. ab Isocrate & Demosthene τυρχάνας & δικάτωρ dicitur: à Demosthene etiam τὸ δικάτωρ ἐχέει. Cicero in eadem, Hic Philodamus postquam ius suum obtinere non potuit, ut humanitatem

manitatem consuetudinemq; suam retineret, laborabat. Alibi ius suum retinere dixit, in eundem actione 1111. Hoc edicto non Siculi, sed isti ipsi equites Romani qui ius suum retinere se contra Apronium posse erant arbitrati, splendidi homines & alij Prætoribus gratiosi, uincēti Apronio traditi sunt. Rem uel causam ad exemplum pertinentem uocabant, quam nunc materiam consequentiæ importantiæ que dicunt. Plinius ad Traianum epistola uigesima prima, Quid ergo debeam sequi rogo domine scribas, præsertim cum pertineat ad exemplum. Idem alibi ad Geminium libro 1 x. Referre exempli pro eodem ferme dixit. Constitutam diem dicebant, quam nunc præfixam aut assignatam dicunt: & statos dies, quos nunc ordinarios. & Edere, quod nunc per scriptum dare, uel per declarationem dicunt. & Amittere è manibus, pro uacuare manus & se desistere. Idem in eadem, Tamen hoc nouum genus iniuriæ ferre nemo posset, te cum tuos omnes fructus publicano tradidisses, & rem de manibus amisisses, tum bona tua repetere ac persequi iudicio. Idem in v. Num te cum pluribus confirmasses redditurum, posteaquam Cordius pro testimonio dixit te sibi reddidisse, finem retinendi fecisti? quòd intellexisti te præda de manibus amissa testimonium tamē effugere non posse. Amittere alioquin dimittere significat. Terentius in Phorm. Nunc amitte quæso hunc. Idem, Ego in eum infelix incidi locum, ut neque eius sit mihi amittendi nec retinendi copia. Circumducere edictum dici debet, quod nunc lingua uernacula rebatuere defectum appellat, quo uerbo Vlpianus usus est in leg. Et post edictū, de iudicijs. Quod nunc dicimus defensor ex parte sua poterit informare: illi dicebāt, Reus testimoniū denuntiare poterit & inquir

Res & causa ad exemplū pertinens.

Exempli referre. Dies cōstituta. Dies stati. Edere. Amittere e manibus.

Amittere.

Circumducere edictum.

Reum testimonii denuntiare.

inquirere. Plinius lib. v. i. Epist. Addidit etiam petendum à Consulibus ut reserrent sub exemplo legis ambitus de lege repetund. an placeret in futurum ad eam legem adijci, ut sicut accusatoribus inquirendi testibus que denuntiandi potestas ea lege esset, ita reis quoque fieret: de quo verbo alibi dicendum est. Quam nunc qualitatem procedendi in litibus dicimus, Latine persona dicitur. Cice. pro Plancio, Multosq; menses à capite meo non discessit abiecta questoria persona, conutisq; sumpta. Quintilianus in 111. In epilogo uero licet totos effundere affectus, & fictam orationem induere personis. Idem alibi, Declamaturus autem positas in affectibus causas proprijs litigatoris personis debet induere. Vnde ferre alienam personam, Linius in 111. ab Vrbe condita dixit: & Plinius in epistolis, pro assumere qualitatem, ut forenses loquuntur, Hæc habui nunc obiter que dicerem ad instaurationem latinicitatis pertinentia, quod ad mores nostros attinet: dicimus & alia nonnulla sparsim prout locus quisque poposcerit, & in mentem nobis uenerit. Nunc longius quam institueramus euagati eò tandem reuertamur unde digressi sumus. Cernere hæreditatem dicebant, pro adire, autore Festo. Cicero ad Att. lib. v. i. Quare adiunges Ausidium nostrum hominem semper amantem me, nunc credo eò magis quod debet etiam fratris Appij amorem erga me cum reliqua hæreditate creuisse. Et lib. x. i. Literas tuas accepi pridie nonas Febr. eoq; ipso die ex testamento creui hæreditatem, id est, adiuit est enim accusatiui casus. Idem ad Dolabellam, A te autem peto, ut me hanc quasi falsam hæreditatē alienæ gloriæ sinas cernere. Vitur & Linius lib. 111. secundi bel. Punici. Sic accipitur in l. Cretionum, de iure deliberandi, in cod. Iustiniani. Videamus

Inquirere.
Testibus denuntiare.

Persona.

Ferre alienam personam.

Cernere hæreditatem.

mus quid apud antiquos iuriscōsultos gentilitas fuerit. Cicero in Topicis, Gentiles sunt, inquit, qui inter se eodē nomine sunt, qui ab ingenuis oriundi sunt, quorum maiorum nemo seruitutem seruauit, qui capite non sunt diminuti. Nihil enim uideo ad hanc definitionem Scæuolam Pontificem addidisse. Gentiles sunt (inquit Boëthius) qui eodem nomine inter se sunt, ut Bruti, ut Scipiones. quod si serui sunt, nulla gentilitas esse potest. quod si libertinorum nepotes eodem nomine nuncupentur, gentilitas nulla est: quoniam ab antiquitate ingeniorum gentilitas dicitur. quod si rursus in familia gentis sue non manserint, gentiles iam esse non possunt. Fuit autem ius gentilitatis, ut ius stirpis apud antiquos. Vnde Cicero libro 1. de Oratore, Quid qua de re inter Marcellos & Claudios patricios Centumuirum iudicauerunt? cum Marcelli Auli liberti filij stirpe, Claudij patricij eiusdem hominis hæreditatem gente ad se dicerēt rediisse: nonne in ea causa fuit oratoribus de toto stirpis ac gentilitatis iure dicendum? Simile illud eiusdem pro Coruelio Balbo, Simul illud, inquit, nesciebat, prædiorum nullam esse gentem. emptionibus ea solebat sepe ad alienos homines, sepe ad infimos, non legibus tanquam tutelæ peruenire. Inde illud prouerbiale apud antiquos, Ad agnatos & gentiles est deducendus. Varro libro 1. rerum rusti. de uitibus loquens, duo in primis spectasse uidentur Italici homines in colendo, possent ne fructus pro impensa ac labore reddere: & utrum saluber locus esset, an non: quorum si alterutrum decollat, & nihilominus uult colere, mente est captus, atq; ad agnatos & gentiles est deducendus. Columella lib. 1. Porcius quidem Cato censebat in emendo agro inspiciendos que præcipue duo esse consideranda, salubritatem cæli & ubertatem loci

Gentilitas.
Gentiles.

Gentilitas unde.
Gentilitatis ius.

Ad agnatos & gentiles deducendi.

Decollare pro fallere.

loci: quorum si alterutrum deesset, & nihilominus uellet incolere, mente esse captum, atq; cum ad agnatos & gentiles deducendum. Quum igitur furere hominem significare uolebant, ad agnatos & gentiles deducendum dicebant. Vnde Iustinianus libro 1. Institutionum, Furiosi quoque & prodigi licet maiores uiginti quinque annis sint, in curatione sunt agnatorum ex lege XII. tabul. Tria igitur hæc erant iura apud antiquos, agnationis, gentilitatis, stirpis. Papinianus, de probationibus, Quoties queritur, genus uel gentem quis haberet nec nec: eum probare oportet. Sed nobiliorum fuisse uidetur gentilitas, ut ex illa definitione Ciceronis apparet, eorum scilicet qui imagines generis sui proferre poterant. Inde Tranquillus in Vespasian. Flauia gens, inquit, obscura illa quidem, ac sine ullis maiorum imaginibus, sed tamen Reipublicæ nequaquam pœnitenda. Vnde imagines pro nobilitate generis accipi sæpe solent. Cicero de lege Agraria significare uolens se nouum hominem, id est, nulla generis nobilitate commendabilem, Consulem tamen factum, ita ad populum inquit, Quemadmodum cum petebam nulli, me uobis autores generis mei commendauerunt: sic si quid deliquero, nullæ sunt imagines quæ me à uobis deprecentur. Idem in Pisonem, Obrepisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum, quarum simile nihil habes præter colorem. Fumosas imagines appellauit Cicero antiquissimi generis stemma: ut legi omnino debeat apud Iuuenalem, Fumosos equitum cum Dictatore magistros. Hoc autem ius quaesuisse se ab Aedilitate gesta his uerbis refert Cicero ultima in Verrem acti. Ob earum rerum laborem ac sollicitudinem fructus illos datos, antiquiorem in Senatu sent

Furiosi.
Prodigi.

Gentilitas &
agnatio.

Imagines.

Nouus homo.

Fumosæ ima-
gines.

sententiæ dicendæ locum, togam prætextam, sellam curulem, ius, imagines, ad memoriam posteritatemq; proferendam. Ex quo loco apparet ex honoribus gestis imagines familiarum comparari, aut etiam retineri solitas esse. Vnde in principio legis Agrariæ, Est hoc in more positum. Quirites instituto que maiorum, ut ij qui beneficio uestro imagines familiæ suæ consecuti sunt, eam primam habeant concionem, qua gratiam beneficij uestri cum suorum laude coniungant. Qua in oratione nonnulli aliquando digni maiorum loco reperiuntur. Plerique autem hoc perficiunt, ut tantum maioribus eorum debitum esse uideatur, unde etiam quod posteris solueretur, redimaret. Illam autem orationem de lege Agraria Cicero cum in Consulatu esset, ad populum habuit. Qui autem ius gentilitatis & maiorum imagines nullas habebat, ij terræ filij, & à sese orti, & homines noui uocitabantur: quibus locutionibus Cicero non semel usus est: ut libro septimo epistol. Cornelius quidem tuus familiaris summo genere natus, terræ filius. Summo autem natus genere per Ironiam ab eo dictum est. Persius, Præsto est mihi Manius hæres, Progenies terræ. Et Iuuenalis, Vnde fit ut malim fraterculus esse Gigantum. Lactantius libro 1. Institutionum de Saturno loquens, cæli & terræ filio, Queramus ergo, inquit, quid ueritatis sub hac figura lateat. Minutius Felix sic argumentatus est, Saturnum, cum fugatus esset à filio, in Italiãq; uenisset, cæli filium dictum, quod soleamus eorum, quorum uirtutem miremur, aut eos qui repentinè aduenierint, de cælo cecidisse dicere. Terræ autem, quod ignotis parentibus natos terræ filios nominemus. Hæ imagines Stemmata etiam uocabantur: ut in illo Satyrici loco, Stemmata quid faciunt?

Terræ filij.
A sese orti.
Homines noui.

Terræ progenies.
Fraterculus gigantum.

Cæli filij.

Stemmata.

faciunt? Verbum est Græcum, quemadmodum & genealogia. Cereæ autem erant simulachra per armaria disposita: unde illud eiusdem, Tota licet ueteres exornēt undiq; cereæ Atria, nobilitas sola est, atq; unica uirtus. Tranquillus in Galba, Neroni Galba successit, nullo gradu contingens Cæsarū domū: sed haud dubie nobilissimus, magnaq; & ueteri prosapia, ut qui Imperator in atrio stemma proposuerit, quo paternam originē ad Iouē, maternā ad Paphiaē Minois uxore referret, Mos autem olim fuit Romæ, ut imagines maiorum in funeribus ducerentur ad gentilitatem ostendendam, id quod Cicero ostendit in secundo de Oratore, Brute quid sedes? quid animum illam patri nunciare uis tuo? quid illis omnibus quorum imagines duci uides? quid maioribus tuis? De anu Iunia agnata Bruti loquens, quæ funere efferebatur. Et pro Milone, Nec uero nõ eadem ira deorū hanc eius satellitibus iniecit amentiam, ut sine imaginibus, sine cantu ac ludis, sine exequijs, sine lamentis, laudationibus, spoliatus illius supremi dici celebritate, quam concedere etiam inimici solent, ambire retur etiam abiectus. Quo in loco ceremonias omnes funerū Cicero strictim enumerauit. Plinius libro tricesimo quinto, Apud maiores, inquit, in atrijs imagines erāt quæ spectarentur: expressi uultus singulis disponebantur armarijs, ut essent imagines quæ comitarentur gentilitia funera, semperq; defuncto aliquo totus aderat familiæ eius qui unquam fuerat populus. Stemmata uerò lineis discurrebant ad imagines pictas. Tablina uerò codicibus implebantur & monumentis rerum in magistratu gestarum. Aliæ in foribus & circa limina animorum in gentiū imagines erāt, affixis hostiū spolijs, quæ nec emptori refringere liceret, quæ etiam domūnis nututatis domus ornamenta

Imagines maiorum in funeribus.

Funerum ceremoniarum.

Stemmata. Tablina.

ta erant. Hactenus Plin. Pro ijs (ut opinor) posteriora tempora insignia gentilitia habuerunt, quæ arma uulgo uocantur. quæ ipsa quoq; primum ut simile est ueri, uirtutis præmia fuerunt, ac rerum præclare gestarum decora. Quæ tamen gestantium nonnulli hodie atque etiam pleriq; moribus ac uitæ instituto hoc certè perficiunt, ut tantum maioribus eorum honoris debitum esse uideatur, unde etiam quod posteris solueretur redundaret, ut Cicero supra de imaginibus dixit. Verumenimvero huiusmodi imaginū iura ac nobilitatis insignia damnatione reorum amittebantur: id quod Cicero docet his uerbis in oratione pro Sylla: Nam ipse quidem si erit uestro iudicio liberatus, quæ habet ornamenta, quæ solatia reliquæ uitæ quibus letari et perfrui possit? Domus erit (credo) exornata, aperientur maiorum imagines, ipse ornatum & uestitum recuperabit. Omnia Iudices hæc amissa sunt: omnia generis, honoris, nominis insignia atque ornamenta unius iudicij calamitate occiderunt. Fuerat autem Sylla antea ambitus damnatus, qua damnatione omnia hæc amiserat. tunc autem altero crimine repetebatur. Plinius libro nono Epistolarum: Subitas imagines appellat nobilitatem parum antiquam, sed repente fortunaq; beneficio quæsitam. Quo modo nostris temporibus multi extiterunt ignotis natalibus orti, qui ne auum quidem aut etiam patrem cire aut possent, aut auderent: qui subitarijs Principum beneficijs & aulicorum suffragationibus supra ciuile fastigium euecti, ingentiū splendidarumq; gentilitatum fundamenta iecerūt: partim eorum tantis ornamentis digni, partim indignissimi: quæ magna est multitudo. Sic uerò illa statuit rerum humanarum arbitra, uaga, inconstans, incerta, indignorumq; fauatrix, à ple-

Insignia gentilitia, uulgo arma.

Subitas imagines.

Fortuna.

k risq;

risq; etiam ceca existimata, & quæ in tota ratione mortuum sola utranq; paginam facit: sed quæ tamen Deorum cultu iam pridem expulso una omnibus horis, omnium ore colitur, fidei iam numine uirtutisq; neglecto. Plin. igitur ad profocerum libro nono Epistolarum: Neq; ardentius tu pronepotes quàm ego liberos cupio. quibus uideor à meo tuoq; latere pronũ ad honores iter, & audita latius nomina, & nõ subitas imagines relicturus. nascantur modò, et hunc nostrum dolorem gaudio mutant. Verũ hæc epistola & aliæ non pauca in codicibus impressis nõ legitur, nos integrum fermè Plinium habemus: Primum apud Parisios reperiuntur opera Iucundi sacerdotis, hominis antiquarij architectiq; nobilis. Non temere igitur lingua uernacula Gentiles homines pro nobilibus appellat, quasi ingenuos ab origine gentis, & quorum maiores seruitutem nullam prorsus seruerunt: uidelicet ab ascriptitijs & conditione quadã obnoxijis distinguere eos uolens, qui ob id eadem lingua Villani dicuntur, quod uillæ (unde uillici dicti) ascripti, & colonariæ cõditioni addicti, aut ipsi sint, aut eorum maiores fuerint. quarum rerum uestigia non obscura multis in locis extant. quod tamen nomen loquentium inscitia in contumeliam iam uertit. Villanum enim & uile uernacula simplicitas confundit. Dicemus & nõ nihil ad hoc pertinens de libertinis & ingenuis. Dicentur & alia fortasse ad antiquitatis iuris cognitionem pertinentia, ut quisq; locus dicendi nobis ansam præbuerit, & dicendorum admonerit.

Ex eadem l. paulò post, de Trib. milit.

Interdum xx. fuerunt, interdum plures.) Lego, seni fuerunt. L. iiii. ab Vrbe cond. Peruicerunt igitur ut Tribunorum militum potius quàm Consulum comitia haberentur.

Tribuni militum.

berentur. haud dubij quin sex locis (tot enim iam creari licebat) & plebeij crearentur. Idem lib. v. Comitia utriusq; populi longè diuersa ratione facta sunt. Romani auxere Tribunorum militum consulari potestate numerum, octo (quot nunquã antea) creati. Veientes cõtrã tædio annuæ ambitionis Regem creauere. Deinde lib. v. i. ad consularia comitia reditum esse ait. Fuerunt & Tribuni militares in legionibus, sed alterius erant generis, nec consulari potestate: de quibus idem L. iiii. lib. x. Duo imperia eo anno dari coepta per populum, utraq; pertinentia ad rem militarem. Vnum, ut Tribuni militũ senideni in quatuor legiones à populo crearentur: quæ antea perquam paucis suffragio populi relictis locis Dictatorum & Cõsulum fermè fuerant beneficia. Alterum, ut Duumuiros nauales, & reliqua. Hi à Græcis Chiliarchi dicuntur, pro quo Hieronymus Tribunũ Exodi x. viii. dixit. Id est, mille uiris præfectum & decem Ceturionibus. Fuit enim hic ordo castrensis, ut miles Centurionis, Centurio Tribuni, Tribunus Legati, Legatus Cõsulis, Magister equitum Dictatoris pareret imperio: ut autor est L. iiii. lib. octauo ab Vrbe cond. Hunc autem errorem sic irrepsisse existimo. cum enim seni hoc modo scriptum librarij reperissent v. i. cum n. i. syllaba supraposita, ita ut v. 2. & i. sex facerent, et n. i. superpositum esset: existimauerunt uiceni legendum esse, literas numerales pro syllaba accipientes. Tribuni militum fortasse dici hodie possunt quos Marschalcos uocamus, aut certè præfetti militum.

Chiliarchi. Ordo castrensium.

Miles. Centurio. Tribunus. Legatus. Consul. Magister equitum. Dictator.

Tribuni. Præfetti militum.

Ex eodem. §.

Populiq; consensu partim in carcere necati, ita rursus Respu. suum statũ recepit.) Desunt hic haud dubiè iiii. uerba. Addo igitur, partim in exilium acti. nunquã enim

Partim.

k 2 hæc

hæc particula partim non geminata reperitur. Cic. in i, de Orat. Sed eorum partim in pompa, partim in acie illi stres esse uoluerunt. Idem: Eorum partim ita leuia sunt, ut contemnenda sint, partim etiam si quid habent adiuuanti, sunt nonnunquam eiusmodi, ut insit in ijs aliquid uitij. Hoc etiam in Liuiο intelligi potest. Is enim refert ex Decemuiris Appium & Oppium in uinacula coniectos spontanea morte iudicium præuenisse, eorum autem collegas exilij causa solum uertisse. Apud autores autem Latinos multa sunt huiusmodi librariorum hallucinatione mutilata loca, cum duo incisa membra uel ab eadem dictione incipiunt, & aberrante librarij oculo alterum omittitur.

Ex paulò post.

Tunc ut aliquos plures patres haberet. Lego aliquot septimo casu, id est, aliquot magistratibus, Liuius lib. v. in fine: Ita ab diutina ira in concordiam redactis ordinibus, cum dignam eam rem Senatus censeret esse, ut ludimagini fieret, & dies unus ad triduum adijceretur, recusantibus id munus Aedilibus plebis, cōclamatum à patricijs est iuuenibus, se id honoris Deorum immortalium causa libenter acturos ut Aediles fierent. Quibus cum ab uniuersis gratiæ actæ essent, factum Senatusconsultum, ut duos uiros Aediles ex Patribus dictator populū rogaret. Idē lib. v. i. Annus hic insignis nouis duobus magistratibus Prætura & curuli Aedilitate: hos sibi patricij quasi uere honores pro concessō plebi altero Consulatu. Plutarchus in Mario: Post Tribunatum, inquit, maiorem Aedilitatē petiuit. Duo enim erant ordines Aedilium: Alter, in quo ipsi Aediles in iure dicendo sellis incuruos pedes habentibus utebantur: & hic nomen magistratus retinebat. Alterum popularem magistratū appellabant. Eodem die

Aediles curules.

Aedilium ordinis duo.

de utroque comitia habebatur. Curules à curru prima bre uiscribendum, ut disertus à dissero, & ligula à lingua, offella ab ossa, & manilla à mamma. De plebeia Aedilitate Iuuenalis: Et de mētura uis dicere, uasa minora Frangere pannosus uacuis Aedilis ulubris. De patricia, Cicero in Verr. A citione ult. Nunc sum designatus Aedilis. habeo rationem quid à populo Romano acceperim. Mihi ludos sanctissimos maxima cum cæremonia Cereri, Libero, Liberæque faciendos: mihi Floram matrem populo plebiq; Romanae ludorum celebritate placandam: mihi ludos antiquissimos qui primi Romani sunt nominati, maxima cum dignitate ac religione Ioui, Iunoni, Mineruæque esse faciendos: mihi sacrarum aedium procurationem: mihi totam urbem tuendam esse commissam. Ob earum rerum laborem & sollicitudinem, & reliqua, quæ supra transcripsimus de gentilitate loquētes. Inde illa uerba duodecim tabularum: Suntoque Aediles curatores urbis, annonæ, ludorumque solenniura, ollisque ad honoris amplioris gradum is primus ascensus esto.

Ex eadem lege.

Deinde quum esset necessarius magistratus qui hastæ præfesset, Decemuiri litibus iudicandis constituti sunt. Lego Centumuiri. Cētumuiralia iudicia à Cētumuiris sunt dicta. nam cum essent Romæ xxxv. tribus, quæ & curiæ sunt dictæ, terni ex singulis tribubus sunt electi ad iudicandum, qui Centumuiri appellati sunt: & licet quinque amplius quam centum fuerint, tamen quò facilius nominarentur, Centumuiri sunt dicti. Autor Festus. Hastæ autem omnino legendum est, licet Accursius aliter sentiat. Est enim hasta Centumuiralis idcirco dicta, quòd Cētumuiri hasta in foro suo positi iudicabant. Vnde Tranquillus in

Curules:

Centumuiri.
Tribus Romæ
xxxv.
Curix.

Hasta.
Centumuiralis
hasta.

Aug. Auctor & aliarum rerum fuit: in quis ne acta Senat-
 tus publicarentur: ut cura ararij à Quæstoribus urbanis
 ad Prætorios Prætores ue transiret: ut Centūuira lem ha-
 stam, quam Quæstura sancti consueuerat cogere, Decē-
 uiri cogere. Nec tamen ex uerbis Tranquilli iure quis
 cōtenderit. Decēuiri hoc in loco rectè legi. Centū enim ui-
 ri litibus iudicandis cōstituti sunt, cogēdis uerò Centum-
 uiris Decēuiri, qui etiam fortasse ex eorum numero erāt.
 Nos alibi latius de Cētumuiris dicemus. Enim uero quod
 de Centūuiris Festus ait, qui cūm cētum & quinq; essent,
 id est, ter triginta quinq; centum tamen appellantur pro-
 pter numeri integritatē appellandiq; cōpendium. simile
 est illi de septuaginta interpretibus, autore Augustino li-
 bro xvi de Ciuit. Dei: Cūm enim duo & septuaginta
 essent, utpote ex singulis tribub' seni, septuaginta autē
 interpretes appellati sunt. Cui loquēdi cōsuetudini cōtra-
 rius error irrepsit Lucæ xlii. de duobus & septuagin-
 ta discipulis domini nostri: Post hæc autem designauit do-
 minus et alios septuaginta duos. Et aliquātō pōst: R euerſi
 sunt autē septuaginta duo cū gaudio. Μετὰ ἧ τ αὐτῶ ἀνέδει-
 ξεν ὁ κύριος καὶ ἑτέρους ἑβδόμηκοντα καὶ πέντε φλεν αὐτὸς ἀπὸ
 τοῦ πρὸ προσώπου αὐτοῦ. Septuaginta Græcè utrobique le-
 gitur. Nec uerò ignoro hoīes undiq; reclamituros, utpo-
 te opinione præsumpta autoritatis tātæ interpretis (quæ
 ipsi falsò Hieronymū fuisse credūt) receptæq; iā tot secu-
 lorū cōsensu huius nostræ interpretationis, quā ut sacro-
 sanctā attingi nō posse sine ingenti piaculo multi uociferā-
 tur. Quod uerò ad me attinet, sacrosanctā p̄sus Lucæ hi-
 storia puto, qui ipse Græcè scripsit. Hæc autē nostrā per-
 multis in locis ab illa matrice sua de generantem ostēdere
 facile possim, si tamē ueritatem audire quoquo modo sibi
 persua

Decemuir.

Septuaginta
interpretes &
discipuli.

Lucæ locus.

Hieronymi nō
est noui testa-
menti tralatio

persuaserint. Sed sic est ingeniu eorū quibus in erroribus
 parentū consensere cōtigit, ut ne si solem quidem in ma-
 nibus gestes (ut Firmianus inquit) fidem doctrinæ rectori
 cōmodent. Laurētius Vallenſis plurimas interpretis noui
 testamēti hallucinationes haud aspērnādas adnotauit, edi-
 to de hoc opere, in quo morosiusculè minima quæq; perse-
 quitur. Nos uerò alias nō paucas præterea obseruauimus
 quas ille prætermisit, animaduersione ut existimauimus
 dignas, in hoc ipso etiā Luca non indignas notatu: sed non
 est hoc tempus eas percensendi, nec institutum nostrū. Ut
 tamen specimen aliquod earum præbeam, iam primūm uī
 deamus proœmii eiusdē, an rectè traductum sit, imò an
 omnino sensus consentaneus ex eo elici possit. quod idē Lu-
 cas scriptum ita reliquit, ut nos in exemplari Græco legi-
 mus uisendæ antiquitatis, qd' est apud diui Victoris ad ur-
 bem: Επὶ δὲ πολλοὶ ἐπεχέρισαν ἀνάξια δὴ γρηγοριε
 πειληροφρονημάτων ἢ ἡμῶν πραγμάτων, καθὼς παρέ-
 δοσαν ἡμῶν διὰ παρχῆς αὐτοῦ καὶ ὑπερήτα γινόμενοι τῶν
 λόγων, ἔδοξε καὶ μοι παρεκκληθῆναι τι ἀνωτέρω πᾶσι ἀκρι-
 βῶς, καθεξῆς σοὶ γράψαι πράττει Θεόφιλε, ἵνα ἐπιγνώσῃς πε-
 ρὶ ὧν καὶ χεῖρας λόγων ἴλω ἀσφάλειαν. Quæ uerba nos im-
 uerti potuisse ad uerbū sensumq; arbitramur. Quādoquidē
 multi aggressi sunt enarrationē astruere de reb' inter-
 nos cōpertissimis, quæ admodū tradidere nobis qui specta-
 tores ipsi fuerunt iā inde ab initio ministriq; ipsius uerbi,
 certū est et mihi affectatori pridē omnium asiduo, deinceps
 tibi scribere optime Theophile, ut agnoscas eorū sermonū
 certitudinē in quibus ipse institutus es. Verbū autē hic p̄
 filio dei intelligēdū Laurētius Valla rectè cēsuit, nō p̄ ser-
 mone, ut interpres trāstulit, q̄ huius proœmij sensū nō per-
 cepisse mihi certè uidetur, quod alioqn nō cuius est facile
 k 4 intell

Laurentius
Valla.

In tralatione
noui testamēti
errata:

Lucæ locus.

Laurentius Val-
la Græce non
tā doctus, quā
Latine.

Hieronymi nō
esse interpreta-
tionē noui testi-
amenti quam
habemus.

Gratia.
Pax.

Interpretis of-
ficiū.

intellectu. Quod si Laurentius tam Græcè doctus fuisset
quā Latinè acutus fuit, non hunc locum (ut opinor) in-
tactum præteriuisset. Se autem Lucas propterea idoneū
fuisse testatur, qui euangelicam historiam scriberet, quod
diligenter sectatus sit & audierit discipulos Christi, qui
oculati testes rerum eius gestarum fuerunt, auritiq; uerbo-
rum. Multa sunt ualida argumenta hanc interpretationē
Hieronymi non esse, sed nullum maius quā iudicium eo-
rum qui stylum eius nouerunt. Hic autē noster ut non in-
doctus fuit, sic sæpe oscitator deprehenditur: atq; etiam
nonnunquam latinitati uim affert, dū schemata Græca pu-
gnante Latinorum idiomate reddere totidem uerbis nititur.
Quale est illud eiusdem Lucæ XIX. Videns ciuitatem
fleuit super illam, dicens: Quia si cognouisses & tu, &
quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi, nunc autem ab-
scoudita sunt ab oculis tuis: ὁ τὶ ἐ ἐγὼς ἡγὰ οὐ, καὶ γὰρ
ἦν τῆ ἡμέρᾳ οὗ τῶν τῶ πρὸς ἀπὸ τῶ οὐ, καὶ οὐδὲ ἐκποῦσθαι.
Qui locus uerti sic dilucidè et rectè (ut arbitrator) potuit.
Quod si cognouisses & tu, et in hoc saltē die tuo ea quæ
ad pacem tuam pertinebāt, nunc autē abscondita sunt, &
reliqua. Hoc sensu: O si agnouisses tu quoq; salutare tuū,
quā bene olim tecū ageretur! quā felix futura eras! Est
enim oratio defectiua, qualis esse solet hominis misericor-
dia doloreq; affecti: cuius hic sensus, Iudæos cæcitate mira-
tēper aduentātis gratiæ nō intellexisse, imō post aduentū
inter eos uersantem gratiam non agnouisse, quam pacem
ipse uocat, maximè Iudæorum gratia celo demissam.
Vnde paulò post, tempus uisitationis suæ non cognouisse
eos dixit. Quem locum Lyranus non intellexit: nec mirū
cū ex illis uerbis sensus elici uix possit. Interpret enim
nimū fidus, ut inquit Floratius, dum uerba totidem adnu-
merat

merare Latina græcis uerbis uoluit, sententiæ pondus se-
pe non retinuit. Quo in genere in multis locis iuris per-
tiosè erratum est. Tribonianus enim ea quæ à Iurif-
consultis Græcè scripta inuenit, eodem sermone transcrip-
psit. Indoctiore uerò seculo quodam cum pauci iam Græ-
cè scirent, in Latinum Græca illa uersa sunt, sed ab ijs qui
nec Græcè nec Latinè satis scirēt. Huius generis est bona
pars tituli de excusationibus, & multa Pandectarū loca.
Nec maior fuit solertia in multis legibus Codicis, quas
stylus facillè prodit. Eiusdē Lucæ decimoquinto: Profer-
te stolam primam, & induite illam, & inducite uitulū sa-
ginatum. Εφερέτε τὴν πρώτην τὴν στολὴν πρώτην, uerti sic
debit, Proferre uel promite stolam illam primam. Εφε-
ρέτε τὴν πρώτην τὸν αὐτὸν τὸν οὐτὸν, Educentes uitulū illū
saginatilem. Non enim de quacumq; stola, uel de quolibet
uitulo in genere, sed de certa quadam ueste & de certo
quodam uitulo, quasiq; in delicijs habito, & quo dominus
oblectabatur, intelligendum: ut ex ui articuli Græci con-
stat ijs qui Græcè intelligunt. Cui simile est illud Ioannis
primo: Propheta es tu? respondit, Non. Et paulò post: Et
confessus est quia non sum Christus. Sic autē uerti debuit,
Ille ne propheta es tu? Ὁ τοποφίτος εἶσθ; Vergilius, Tu-
ne ille Aeneas? & Non sum ego ille Christus. Non enim
Ioannes negare potuit se esse prophetam, sed se non ma-
ximum illum esse prophetam, & Christum illum uatici-
nijs prophetarum decantatissimum, cuius esset tanta expe-
ctatio. Hæc autē sine emphatica dictione prolata, quæ per
articulum Græcè significatur, sensum congruentem non
habent. Quid illud eiusdem Lucæ XIII. de fico: Dimitte
illam & hoc anno, & si quidem fecerit fructum: sin autē,
in futurum succides eā. Non ne mutilatum uidetur ijs qui

Tribonianus.

Lucæ locus.

Articuli Græ-
ci uis.

Ioan. locus.

Lucæ locus.

Anantapodoton.

Græcè non legerunt: Cum tamen ad uerbū traductum sit. *Κὰρ μὲν ωνοῖσθι κάρωδον, ἃ ἢ μίγε, εἰς τὸ μέλλ. ὅρ ἐκκοντισθῆναι ἀοτῶν.* Hunc locum sic uertissem: Et si quidē fecerit fructū finas eam uiuere: sin secus, in futurū succidas eā. Est enim schema Græcū quod Anātapodotō dicitur Atticæ linguae propriū, oratio scilicet uno membro defecta. quo schemate Aristophanes in Pluto usus est, *Κὰρ μὲν ἀποπῆνο μόνον ἀγαθῶν ὄραυ ἀτῖαυ ἐμὲ ὑμῖν, ἀλλ' ἐμὲ τε ζῶντας ὑμῶς. ἀδὲ μὲν, ωνοῖσθι τῶν ὄθι γ' ἀπ' ὑμῖν δόκῃ.* Vbi ἐάσατε, id est, sinite me abire, subintelligendum. Hoc tamen schemate Cicero in fine Bruti usus est, de oppressa Repub. loquens: Equidē, inquit, et si doleo me in uitam paulō serius, tanquā in uia ingressum, priusquā confectū iter sit, in hac Reip. noctem incidisse, tamen ea consolatione sustinentor, quam tu mihi Brute adhibuisti tuis suauissimis literis: quibus me forti animo esse oportere censebas, quod ea gessissem quæ de me tacente ipsa loquerētur, mortuoq; uiuerēt: qua si rectē esset saluti Reip. sin secus, interitu ipso testimonium meorum in Repu. consiliorum darent. Quo in loco præposterē uulgō legit mortuo uiuerētq; pro mortuoq; uiuerent. In quibus uerbis quæ mutilata esse aliquādo credidimus, quatuor hæc uerba subintelliguntur perpetuam mihi gloriam compararent, ante hanc particulam sin secus, quāquā si legatur salute in ablatiuo, plena erit oratio, quod magis probādum est, ut quidē distingamus post uerbum esset, si rectē esset, ἃ εὖ ἀχέσθ. Hoc autē schema tribus modis usurpatur, in principio, in medio, & in fine, ut docet interpres Aristophanis. In illo autē loco Lucae, et in hoc Ciceronis, in medio est anantapodoton. Exemplū autem eius quod fit à fine, inuenimus et apud eundē lib. vii. Epist. Atti. Responso Pompeij grata populo, & probata

Emendatus locus Ciceronis.

concioni esse dicuntur. Ita putarā. Quæ quidem ille si repudiarit, tacebit: si acceperit. Vtrū igitur mauis inquires? Responderem si quemadmodum parati essemus, scirem. Quorum uerborum hæc ferme sentētia est. Caesar in bel. ciuili ad Pompeium & ad Senatū legatos miserat. His Pompeius pacis conditiones tulit ad Casarem referēdas, quod factū Pompeij gratum populus habuit, ut in concio ne declarauit: hoc autem ita futurū Cicero præuidisse se dicit. Si igitur, inquit Cicero, Caesar cōditiones latas non acceperit, nihil respōdetbit, sed rem armis geret: sin acceperit, Legatos iterū mittet. Quā clausulā aut aliam non ab similem Cicero figuratē retinuit. Nō igitur uitio dādū est interpreti quod ad hūc locum pertinet. figuram enim Græcā imitandā esse iudicauit. eiusdē modi fortasse illud est in Epist. diui Petri priore ca. 11. *ὑμῖν οὖν ἡ τιμὴ, τοῖς πιστοῖς ἀποδοῖσθαι δεῖ.* Alioqui cōstructio eius loci explicari nō potest. Vobis autē honor qui creditis, cōturbabitur autē, uel nō credentibus autē. ubi: *ἀσχύνη* uel *ἀτιμία*, uel qd simile subintelligitur. Hoc autē uerbosius fortasse dixi: sed res mihi digna cognitiōe uisa est. Nos enim aliquādo ut diximus, in huiusmodi locis hæsim⁹. Alibi hic nosster interpres intelligētia, ut uidetur, lapsus est eiusdē Lucae ca. x 11. Videte & caute ab omni auaritia, quæ non in abūdantia cuiusquam uita eius est ex ijs quæ possidet, *Ὁρᾶτε καὶ φυλάσσετε ἀπὸ τῆς πλεονεξίας, ἡδὴ ἐκ τῶν περιουσιῶν τινῶν ἐστὶν ἀπὸ τῶν παραχρόνων ἀποτῶν.* Vbi pulcherrima sententia inepto uerborū inuolucro sepulta mihi uidetur & obruta. Videte (inquit dominus nosster) & caute ab acquirendi cupiditate, si quidem non in redumando cuiquam ipsi uita est ex facultatibus suis. Significare autem his uerbis uoluit uitam hominis non in

Luca locus.

Erratū in sententia.

eo sitam esse uel eo subnixam, quo facultates eius iustā & sufficientem sortē exuperat, & quo per interuersas res alienas auctiores factæ sunt. Πλεονεξία enim quo uerbo Lucas usus est, non quamuis auaritiā significat, sed affectionem illam animi circumscribēdi auidam, & ex cōmuni aceruo pleniores sibi partes desumere paratam. Omni autē auaritia in Græco non legitur. Eōdem pertinet illa Hesiodi celebris sententia: Νῆπιον, ἢ ἰσσοῖν ὄσω πλεονεξίῳ, Stulti, inquit, nesciunt quātō plus dimidiū fit toto. Nam illud in eodem capite: Ignē ueni mittere in terram, & quid uolo nisi ut accendatur? Græcē aliter legitur: ἢ τὶ δέλω εἰ ἢ δὴ ἀνέφθῃ; Et quid uolo si iam accesus est? Vitium hoc fuit exemplaris, quod interpres secutus est. Sed iā satis superq; de his diximus, quæ certē destinatam sibi otiosamq; disputationē desiderat. Hæc enim pauca ex multis in manus inciderunt ex uno tantum Eua gelista, quæ tamē Laurētius nō attigit, tametsi ex professo id aggressus: qui nisi huius instituti inuidiam omnē ad sese praxisset, nos uerbum de hac re facere haud quam auderemus. tametsi res est multis iam in hac etiam urbe nota, aut certē æstimabilis, id est, literarum Græcarum studiofis, ne nos imposturam sortē facere inter nescios linguæ peregrinæ his adnotandis uideamur.

Ex eadem lege in §. & hæc omnia.

Qui præfectus olim constituebatur.) Legēdum fortasse constituebat urbem. Hunc autem præfectum urbis Augustus primum instituisse uidetur ex Trāquillo in Augusto, Quoq; plures partem administrande Reipub. caperent, noua officia excogitauit, curam operum publicorū, uiarum & aquarum, aluei Tyberis, frumenti populo diuidendi, præfecturam urbis. De Præfecto autē Latinarum Gellius

Præfectus Latinarum.

Gellius lib. x i r. Præfectum urbi Latinarum causa relictum Senatū habere posse Mutius negat, quoniā ne Senator quidem sit, neq; ius habeat sententiæ dicēdæ. Mar. autem Varro & Atteius Capito, ius esse Præfecto Senatū habendi dicunt. Idem alibi Varro eos ponit, per quos more maiorum Senatū haberi solet, eosq; nominat Dictatores, Consules, Prætores, Tribunos plebis, Interregem, Præfectum urbis. Ex his uerbis Gellij, Præfectus urbis & Latinarum idem fuisse uidetur. De ferijs Latinis Macrobius lib. i. Conceptiuæ, inquit, feriæ sunt quæ quotannis à magistratibus uel sacerdotibus concipiuntur in dies certos uel incertos, ut sunt Latina, Sementina. Idem Quare nec Latinarum tempore quo publicæ quodam induciæ inter Romanum populum Latinosq; firmatæ sunt inchoari bellum decebat. Sensus est igitur, ut arbitrator, Præfectū urbis olim cōstituendæ urbi creatū esse: deinde Latinarum causa plerunq; creari solitum: quod obseruabatur quotannis. Quod autē hic de quæstionibus publicis dicitur à Sylla institutis, id Cicero ita scribit in Bruto de Carbone Oratore loquēs: Hic optimus illis tēporibus est habitus, eoq; forum tenēte plura fieri iudicia cœperūt. nā & quæstiones perpetuæ hoc adolescēte constitutæ sunt, quæ antea nullæ erant. Lucius enim Piso Tribuni plebis legem primum de pecunijs repetundis, Censorino & Mālio Cōsulibus, tulit. Quæstiones hęc pro iudicijs publicis intelligi debent, quemadmodum supra satis disseruimus.

Ex eadem lege. §. Fuit post.

Quem populus Rom. Sophyn appellauit.) Legendum Sophon. Sophi dicti sunt nō modò sapientes, quales septē illi æquales qui ἐπὶ τὰ σοφοί, id est, septē sapientes dicuntur, sed etiā docti et acuti. Vnde antiqui cum aliquē laudare uoleb

Senatus per quos haberi poterat.

Præfectus urbis. Latinæ feriæ.

Quæstiones perpetuæ.

Sophi.

uolebāt, Sophon appellabant. Hinc illud Plinianū in Epi-
stolis: Sequuntur auditores actoribus similes, conducti et
redempti mancipēs, conuenitur à conductis & redēptis,
in media basilica tam palam sportula quā in triclinio dā-
tur: ex iudicio in iudiciū pari mercede trāsitur, unde iam
non inurbane Σοφοκλῆς ἀπὸ τῶ σοφοῦ καλεῖται, dicuntur.

Σοφοκλῆς.

Laudiceni.

Iisdē Latinū nomen impositum est Laudiceniis, & tamē
crescit in dies fœditas utraq; lingua nota. Actores cau-
sarum (inquit Plin.) sportularū mercede laudatores sibi
redimebāt: qui orātibus succlamaret sophos, id est, scitus
uel scite potius, circumflexa posteriore syllaba σοφῶς, ut
cum dicimus scite aliquid dictū. i. doctē & acutē. Ex quo
Sophocleis. Sophocleis Græco uocabulo dicti sunt illi, et Latine Lau-
diceni, hoc est, cœna pacta laudari sese iubentes. Inde il-
lud Martial. Grande sophos. i. magna uoce acclamatum.

Σοφῶς.

Σοφός.

Sophocleis.

Et paulò post. de M. Porcio. §.

Sed plurimi filij eius.

Cato. Cato unicum filium superstitem reliquit. Plurimi igitur
libri intelligendum non plurimi filij. Hic est ille Cato
elogio Liniano clarus, lib. 1 x. de bello Maced. Et Mari
Tullij libro 1. de Oratore.

Ex eadem. §. Etiam Lucius Crassus.

Lucius Crassus
& Quintus
Scæuola.

Hunc Cicero ait Iuriscōsultorum disertissimū. De quo
et Quinto Scæuola idem in Brut. ita inquit: Noli, inquā,
Brute existimare his duobus quicquā fuisse in nostra ciui-
tate præstantius. Nam cum cōstet (ut antè dixi) cōsultorū
alterū disertissimum, disertorum alterum cōsultissimum
fuisse: sic in reliquis rebus dissimiles erāt inter sese, statue-
re ut tamen nō possis utrius te malle similiorem. Crassus
erat elegantium parcissimus: Scæuola parcorū elegatissi-
mus. Crassus in summa comitate habebat etiā seueritatis,
satis

fatis, Scæuolæ multa in seueritate nō deerat tamē comitas
Cicero igitur non Publium Mutium Iuriscōsultorum dī-
sertissimum dixit, sed Quintum Mutium huius filium, cu-
ius meminit Pomponius sequenti §. Ita hallucinatus uide-
tur Pomponius hoc in loco. Nam si de Crasso intelligas,
eōdem reuolueret: fuit enim disertorum consultissimus, nō
disertissimus consultorum.

Et paulò post. de Seruio Sulpitio.

In causis orandis primum locū, aut pro certō post Mar-
cum Tulliū obtineret.) Lego, aut certē, pro aut saltē, quæ
locutio frequentior est apud doctos, quā ut egeat nunc exē-
plo, unum tñ nūc subit Ciceronis in Bruto, Quo enim, in-
quit, uno uincebatur à uicta Græcia, id aut ereptum illis
est, aut certē nobis communicatum. de eloquentia loquēs.

Aut certē.

Ex eadem, paulò post.

Cumq; eum sibi respondisse de iure.) Aut sensus nullus
erit, aut respondentē legendū. De hoc Seruio et Cicero
Brutus ad Cicronē ita inqt in Bruto Ciceronis: Mihi er-
tu uideris tantū iuris ciuile scire uoluisse, quātū satis esset
oratori: et Seruio eloquētiæ tantū accepisse, ut ius ciuile
facile posset tueri. Et paulo inferius Cic. ad Brut. Sic enim
inquam, Brute existimo, iuris ciuile magnum usum, &
apud Scæuolā, et apud multos fuisse: artē in hoc uno, quod
nunquā effecisset ipsius iuris sciētia, nisi eā præterea didi-
cisset artē, quæ doceret rē unam uniuersam tribuere in
partes, latentē explicare definiendo, obscurā explanare
interpretando, ambiguā primū uidere, deinde distingue-
re, postremō habere regulā qua uera et falsa iudicarentur:
et quæ quibus ppositis essent, quæq; nō essent consequētia.
Hic enim attulit hāc artē omnium artium maximā, quasi lucē
ad ea quæ cōfusē ab alijs aut respōdebātur aut agebātur.
Dialect

Dialecticæ
laus.
Dicendi peri-
cia.

Legulei car-
puntur.

Philippica no-
na.

Sane, non satis
cū superlatiuo.
Commendatio
orationis pro
Ligario.

Cæsar.

Dialecticā mihi uideris dicere, inquit. Recte, inquam, in-
telligis; sed adiunxit etiam & literarum scientiam & lo-
quendi elegantiam, quæ ex scriptis eius, quorum similia
nulla sunt, facillimè perspicere potest, & reliqua quæ profe-
quitur Cicero, his consentanea quæ à Pomponio dicuntur.
Vtinam uerò tres nunc Seruios haberemus pro sexcentis
istis Accursianis, id est, tres ueros, iustos, germanosq; &
(ut ita dicam) maiorum gentium Iurisconsultos, omnium
disciplinarum politicarum cognitione instructos, pro spu-
rijs & degeneribus, & consultorum nomen ementitis; il-
lorum tamen iandiu succidant. Huic Seruio Sulpitio in
legatione defuncto Cicero statuat pro rostris ponendam
à Senatu impetrauit, habita oratione illa quæ Philippi-
ca nona dicitur, in quam multa de Sulpitij laudibus con-
gessit.

Ex eadem, de Cicerone.

Et eius extat oratio satis pulcherrima.) Lego nō satis,
sed sanè, uel omnibus quæ uidi exëplaribus refragantibus.
Tranquillus in Cæsare: Cum Ptolemæo Rege à quo sibi
tendi insidias uidebat, bellum sanè difficillimum gessit. Sa-
tis aut particula cū superlatiua significatione disidet. Et
alioquin non pulcherrima tantum, sed etiā quàm pulcher-
rima oratio illa dici debuit, à Quintiliano maxime com-
mendata. Admirari enim non cessat ille quosdā orationis
eius locos, ut illū: Quid enim Tubero tuus ille districtus
in acie Pharsalica gladius agebat, & reliqua. Et rursus il-
lum: Quid autem agimus Tubero? Et ita illum: Suscepto
bello Cæsar, gesto iā ex magna parte, & reliqua. De hac
oratione apud Plutarchum in Tullio ita legimus: In causa
Quinti Ligarij, quæ apud Cæsarem Dictatorē acta est,
fertur Cæsar ita animatus fuisse, ut Ligarium omnino pro

con

condemnato haberet: & cum Cicero defensusurus uenit, di-
xisset ad amicos, Reum quidem damnare certissimum est,
nihil tamè prohibet Cicero audire. Verum idem ille qui
hoc dixerat, mox agente Oratore, propositum dammandi
tenere nō potuit. Prudentissima enim & artificiosa oratio
cum gratia & plenitudine ad aures eius perueniens, tam
uariè mentē eius affecit, ut sepe uultū coloremq; mutaret,
Vbi uerò ad commemorationē pugnae deuenit, cum in ac-
cusatorem acriter conuersus illa uerba dixit, Quid enim
Tubero, tuus ille gladius, & reliqua: eo ista dicente, Cæsa-
rem ita extra se positum & mente alienatum ferunt, ut
toto corpore excusso, libellos quos manu tenebat, abijce-
ret; denique ui coactus cōtra propositum animi reum ab-
soluit. Idem de Tuberone, Sermone etiam antiquo usus
affertur scribere. Melius in quibusdam libris non usus,
sed uersus legitur. Versus autem intelligendi xii. tabul.
Huiusmodi enim uersibus compositæ erant,

Iuris disceptator qui priuata iudicet iudicari ue inbeat
Prætor esto.

Iuris ciuilius custos esto. Huic potestati parento.

Quotcumque Senatus creuerit populus ue iusserit, tot
sunto.

Vnde Cicero lib. 11. de Oratore, Discebamur enim pueri
xii. ut carmè necessariū, quas iam nemo discit. Duodecim
autē loquēdi cōpēdio appellabatur leges xii. tab. ut hoc
in loco Ciceronis. Et alibi apud eundē, iam cætera in duo-
decim, minuēdi sunt sumptus lamētationesq; funeris, trās-
lata de Solonis ferè legibus. Huiusmodi autem uersus non-
nullierant obscuri propter uerborum antiquitatē, ut ille,
Mulieres genas ne radunto, ne ue lessum funeris ergo
habento.

Lessum eiula-
tio funebris.

l Antiq

Antiquarij. Antiquarij autem homines dicti sunt qui uoces priscae & iam diu desitas curiosè consecretantur, quo uerbo Tranquillus usus est. hos Græci φιλαρχαίς appellant. Huiusmodi scriptores nostra memoria quidam extiterunt usque adeo in hoc uitio immodici, ut interpolandam linguam priscaam suscepisse uiderentur. Quo nomine Tyberius ab Augusto sæpe reprehensus est, de quo ita inquit Suetonius, Sed nec Tyberio parcat, exoletas interdum & reconditas uoces aucupanti. Marcum quidem Antonium ut insanum increpat, quasi ea scribentem quæ narentur potius homines quam intelligant. Antiquarium quendam his uerbis Fauorinus apud Gellium reprehendit libro 1. Curius (inquit) & Fabritius, & Coruncanus antiquissimi uiri plane ac dilucide cum suis fabulati sunt, neque Auruncorum aut Sicanorum, aut Pelasgorum qui primi coluisse Italiam dicuntur, sed ætatis suæ uerbis loquebantur. tu autem perinde quasi cum Euandri matre iam loquare, sermone multis annis iam desito uteris, quod scire atque Antiquarij. intelligere neminem uis quæ dicas, &c. Antiquarij etiam dicuntur antiquitatis nondum exoletæ studiosi peritiq̃, quorum scripta iucunda quadam rediuiuaq̃ interdum antiquitate ueluti distincta sunt. Qualis fuit olim Sallustius, Sallustius. & nostro tempore Theodorus Gaza doctorum elogijs Theodorus Gaza. eo maximè nomine commendatus. Propterea Quintilianus libro 1. Verba (inquit) à uetustate repetita non solum magnos assertores habent, sed etiam afferunt orationi maiestatem. Nam & auctoritatem antiquitatis habent, & quia intermissa sunt, gratiam nouitati similem parant. Sed opus est modo. Et paulò post, Ergo ut nouorum optima erunt maximè uetera, ita ueterum maximè noua. Iuuenalis, Ignotosq̃ mihi tenet antiquaria uersus.

verba exoleta fugienda.

EX

Ex eadem de Massurio Sabino.

A Tyberio Cesare hoc tamen illi concessum erat.) Hic locus in omnibus, quæ uidi, exemplaribus parum emendate legitur. Ego uero sic legendum arbitror, A Tyberio Cesare hoc tum illi concessum erat, & ut obiter hoc quoque sciamus. Et paulò post de Labeone, Labeo ingenij qualitate & fiducia doctrinæ, qui & cæteris operis sapientiæ operam dederat.) Lego, Ut qui cæteris temporibus. Ingenij autem qualitate corruptum esse puto, fortasse pro facilitate. Et paulò post de Diuo Adriano, Cum ab eo uiri prætorij peterent, ut sibi liceret de iure respondere: rescripsit eis, non hoc peti, sed præstari solere: & ideo si quis fidutiæ sui haberet, delectari se, populo ad respondendum se præpararet. Hunc locum Accursius intelligendum putauit, ut hoc peti à principe honeste non possit, licet à Principe honeste concedatur. Ego uero hoc dictum apophthegmaticum esse puto: hoc sensu, ut Adrianus dicat, non se id expensum beneficijs, sed acceptum potius ferre solitum esse. Hoc est, non existimare se beneficium ijs conferre qui indulto suo de iure responderent, sed ab eis accipere, ut quorum opera maximè delectaretur. Siquidem Spartianus de eo ita inquit, Omnes professores & honorauit & diuites fecit, licet eos questionibus semper agita uerit. Potest autem & cõmode sic intelligi, Nec hoc petendum esse à principe, sed efficiendum esse. Hoc enim præstare significat. Cicero in tertio Officiorum, Sin autem dictum est non omne præstandum, quod dictum non est, id præstandum putas? id est, Si etiam non omnia implenda efficiendaq̃ sunt, quæ in uenditione dicta sunt. Præstare enim perficere est. Quintilianus, Præstare. Quamuis nõ tam me uinceret præstadi quod exigebatur

l 2 fidut

fidutia, quam negandi uerecundia. Sensus est igitur, Non oportere ueniam à Principe peti publicè respōsitandi, sed impetradae ueniae ipsi satis esse documentum sui dare, industriaeque suae unumquenque eoque specimen edere, ut uideatur prestare implereque id munus posse. Proinde si quis ea fidutia fretus esset, in mediū prodiret. Cicero lib. III. de Oratore in persona Craesi loquens, Equidem saepe audiui de patre et de socero meo, nostros quoque homines qui excellere sapientiae gloria uellent, omnia quidem quae tum haec ciuitas nosset, solitos esse complecti. Meminerat enim Sextum Helium, Marium uero Manliū, nos etiam uidiuius trāsuerso foro ambulante: quod erat insigne eum qui id faceret, facere ciuibus omnibus consilij sui copiam. Ad quos olim et ita ambulantes, et in solio sedentes, domi sic adibatur, ut non solum de iure ciuili ad eos, uerū etiam de filia collocanda, de fundo emendo, de agro colendo, de omni denique aut negotio, aut officio referretur. Haec fuit P. Craesi illius ueteris, haec Titi Cornucani, haec Scipionis prudentissimi hominis sapientia, ut ad eos de omnibus diuinis atque humanis referretur: idemque et in Senatu, et ad populum, et in causa amicorum, et domi et militiae consilium suum fidemque prestabant. Prestare interdum accipitur à iurisperitis, pro exitum rei in se recipere uel alienae culpae dispendium uelle luere: ut prestare euentum, prestare promissum alienum. Sic Cicero ad Vatiniū, de seruo Dionysio, Si me amas, confice: quancunque fidem dederis, prestabo. Idem de Oratore, Perge uero Crasse: istam enim quam uereris, ego prestabo: id est, ego in me recipio, hoc Graecè **Εγγυαδαι**, **εγγυαδαι** dicitur. Demosthenes, **τδτο τοινυρ εποιουσα ε κειρυκος ερωτωντ** et **Διοχνη, τις αγορευειν εοβλεταυ, εστις αειτασασαι** **ωδρι τωρ παρελληλυθωτωρ, εδλε τις εγγυαδαι** τα

Iurifconsulto
pian sui facie-
bant.

Prestare fide,
& culpa, &c.

τα μελλουσα εσεαδαι. Id est, prestare rerum futurarum euentum Dicitur et **Αναδλεχεαδαι**.

Αναδλεχεαδαι.

Ex lege secunda, de Legibus.

Lex est cui omnes homines, et reliqua. Haec uerba in antiquis exemplaribus non leguntur, sed lacuna relicta est textu Graeco implenda, quemadmodum et in multis Padelectarum locis, plerique autem eiusmodi sunt, ut expleri non possint, cum ab autoribus qui hodie extant, repeti nequeant. Hic uero locus facile restitui potest ex Demosthene, cuius hodie orationes extant numero supra sexaginta. Hic est ille Demosthenes orator nobilis, qui bona parte orbis gloria sui nominis impleuit. Is igitur in oratione quae in Aristogitonem prior inscripta est, ita inquit, **η τδτ' εστι νόμος** et **ω πάσις** **προσικειωταθεαδαι δια πολλα, η μάλις εστι πασι εστι νόμος** **ευρημα η η δωρον θεωρ. Δόγμα δε φρονιμων ανθρωπων.** **επαδρωμα δε τωρ εκαστωρ η ανστωρ αμαρτηματων.** **πδλεωσ δε σωθικη κοινη, καθ' ην πασι προσικειωται ημ τοις** **ερ πόλεα.** Id est, Lex cui omnes homines obtemperare conuenit, cum ob alia multa, tum uel eo maxime, quod lex omnis iuentum quod ac munus deorum est, decretum uero hominum prudentium. ad haec flagitiorum consultorum in consultorumque emendatio, conspiciunt denique ciuitatis conuentum, ad cuius praescriptum omnes in ciuitate agentes, uitam instituere par est. Arist. lib. III. Politicon, **Καί δ νόμος** **ε σωθικη, καθ' απδρ εφκ ανδρωων δ σοφης, εγγυητης αλληλοισ ε δικαωρ, αλλ' εχοιος ωοιειν αγαθωσ η δικαωσ τδσ πολιτωσ.** Lex est, inquit, consensus, ut Lycophron Sophista dixit, sponsor muticem iuris inter ciues, sed qui ciues bonos iustosque efficere non possit. Cicero lib. III. de Legibus. Lex est, iustorum iniustorumque distinctio, ad illam antiquissimam et rerum omnium principem expressa naturam, ad quam leges hominum diriguntur: quae supplicio

Demosthenes.

Lex

improbos afficiunt, & defendunt & tuentur bonos. Idem lib. I. Lex est ratio summa, insita à natura, quæ iubet ea quæ faciendæ sunt, prohibetq; contraria. Eadem ratio cum est in hominis mente confirmata & confecta, est lex. Itaq; arbitrantur prudentiam esse legem, cuius ea vis sit ut recte facere iubeat, uetet delinquere. Eamq; rem illi Græco putant nomine à suum cuique tribuendo appellatam, ego nostro à legendo. Nam ut illi æquitatis, sic nos delectus uim in lege ponimus. Et paulò post, Sed quoniam in populari oratione omnis nostra uersatur oratio, populariter interdum loqui necesse erit: & appellare eam legem quæ scripto sancit quod uult aut iubendo aut uetando. Constituenti uero iuris ab illa summa lege capiamus exordium, quæ seculis omnibus antè nata est quàm scripta lex ulla, aut quàm omnino ciuitas constituta. Lex (inquit Cicero) à Græcis νόμος & νόμος τὸ νόμο, id est, à tribuo dicta est, Latine à legendo. Inde Εὐνομία dicta quasi recta iuris legūq; cōstitutio: quo nomine dea illa uocatur, quæ Demosthenes alteram iudiciorum præsidem facit, ut superius diximus.

Eunomi. Et Εὐνομοί populi dicuntur qui recta legum institutorūq; ratione utuntur. Hac ut uidetur Eunomia Gallia non regitur: in qua multa flagitiorum impunitas, & rara præmia uirtuti, ubi nulla arx bonis munita, nulla per fugia improbis obstructa, ubi tanta calumniarum licentia, tam ambagiosi litium anfractus, ita iuris reddendi ratio constituta, ut modestissimo cuiq; & innocentia prædito ius suum obtinere plerunq; non liceat: aut certè in illis mæandris forēsibus herere, in labyrinthosis dilationum sinibus confescere: neteratorias pragmaticorum imposturas, plurima iudicium fastidia fastusq; quorundam perpeti, mille indignitates deuorare necesse sit. Quas tot tātāsq; molestias

Lex unde dicta.

Eunomia.

Eunomi.

Pragmaticorū impostura.

stias ut quisq; optimi est stomachi, id est, æquissimi animi, ita ægerime concoquit. Est sane cur hoc illi querantur, quibus in forensi pistrino molam uersare aliquandiu contigit: quod ut uir bonus ac studiosus faciat, ne Cræsi quidem fortunam mereat. Tametsi consilium hic anceps, neque, si maximè cupias, hoc loco deprehensus, facile te explicare hinc possis. Litium fugitante te ostenderis? omnis undique uicinia quasi ex cōposito negotium facessere tibi adorietur. Agellum tuum improbe uindicanti de iure tuo litium tedio decesseris? iam à de latifundijs, mox de focis & lare familiari dimicandū tibi erit. Rursus litigiosis & improbis cornua obuenteris: ad hanc fori molestiam aliquandiu deuorandam animum induxeris? salus tibi multa tranquilliori uite atque etiā postremū dicenda. Ad uiam te pugnam aut alteram æternæ pacis desiderio confirmaueris? bellum æternum alijs super alia prælijs confertum, nec rei tuæ familiari incruentis habebis. In hoc enim certamine ut prælio sæpe (nec id tamen citra puluerem sudoremq; ut aiunt) sic bello nunquam uincitur. Siquidem causæ alijs super alijs sententijs confossæ (quasq; tu iugulatas putes) restibili fertilitate multiplicato reuiuiscunt, iuraq; damnata & confecta, aduocatorum solertia quasi recidua pullulant. Proinde aut Autolyçi tibi uicini expectandi, aut dicarum mucrones iugiter intentandi, & sæpe digladiandum. Sic enim moribus receptum est, ut patrimoniorum ueluti redundantem sanguinem forensis illa exorbeat non nissura cutem nisi plena cruoris hirudo. Id est, litium ducendarum necessitas, alendiq; ordinis hominum controuersijs uiscitantium. Postis autem hinc & inde calculis, si rectè rationaberis, ancipitem rationem inuenies. Vtrum enim consilium ceperis, ex re

b a utraq;

In dysfunctioniam Franciæ.

Litium miseriam.

Autolyçi.

utraq; (ut arbitror) parem in fraudē incidēs. Hoc autem uitium nō tam unius aut alterius provinciæ est, quàm temporis & ætatis, cui causam dederunt & materiam tot uolumina iuris enarratorum & interpretum, in perniciem ipsa & captiōem mansuetorum ac simplicium hominum excogitata. Hæc igitur est illa quæ ab eadem origine duo-

Iuris nolimi-
na in perniciē
simplicium.

Dysnomia

Ate.

ATN.

Ate de cœlo
deturbata

Diabolus

nomia dicitur, peruersa iuris legumq; constitutio, Euno-
mia ē regione posita, quā Hesiodus poetā Atæ, id est, of-
fensionis & noxæ cōtubernalē appellat, δυσνομίῳ Ἀτῆ-
τε σιωθεῖας ἀλλήλοισιν. Aten autem, id est, noxam, demonē
esse humano generi noxiū, Homerū existimasse cōstat,
hoc carmine libri noni Iliados, Φθάνει δὲ τε πᾶσασιν ἐπ'
αἶψα, βλάπτει δὲ ἀνθρώπους, Grassatur (inquit) Ate p̄ uniuersam
terrā hominibus infesta. Hæc Aten demonē esse huma-
nō generi infensum & aduersariū qui diabolus dicitur, au-
tor est Sudas. ΑΤΗ (inquit) ὁ διάβολος ὁ ἀπὸ καμίνος. Eius
autem lapsus ē cœlo Homerus lib. XI X. Iliados describit,

Ἀντίκ' δ' εἴλ' Ἀτῆ κεφαλῆς λιπαροπλοκάμιο
Χαομίν' ὄφρασι, καὶ ὠμοσε καρτέρου ὄριον,
Μήπορ' ἐς οὐλύμπου τε καὶ ἐραδὸς ἄσπερον
Ἀὔτις ἐλδύσει δ' Ἀτῆ πᾶσι δάκρυα.
Ὡς ἀπὸρ' ἐρεῖ, λέγει δὲ πᾶσι δάκρυα ὄφρασι
Χαομίν' ὄφρασι, τὰ καὶ δ' ἠκούσ' ἐρεῖ ἀνθρώπων.

Quos uersus sic Latinos fecimus;

Protinus abripuit speciosis crinibus Aten
Iuppiter, adiuratq; instinctus sanctius ira,
Haud iterum posthac stellantis culmina cœli
Scansuram esse deam, quoniam esset noxia cunctis.
Ilicet hoc dicto superis ibi feruidus Aten
Sedibus exturbat, mortalia lapsa lacepsit.

Propterea Bessario lib. I I I. in calumniatorem Platonis,

de

de Platone & Aristotele loquēs, Luciferū uerò (inquit) Luciferi lapsus
sua culpa eiecit in terram execrandumq; illi quosq; di-
dicerant ab Homero suo theologo, qui siue beneficio quo-
dam naturæ, siue Mosis Prophetæ scriptis, carmine suo
exposuerat lapsus Luciferi, quam ille Aten appellat.

Quam malè igitur cum ijs agi populis existimandum est
qui dysnomia reguntur, Atæ, id est noxæ, contubernali?
Solon qui sapiens unus ex septem, & legum scriptor so-
lonis resp.

lus ex septem fuit, is Remp. duabus rebus contineri dixit,
premio & pœna, si Ciceroni credimus in quadam ad
Brutum epistola. Propter quod Democritus duos esse
omnino deos censuit, pœnam & beneficium, ut autor est
Dij Democriti.
In indignos fa-
cerdotio.

Plinius libro I I. naturalis historiæ, Quoniam modo igitur
Galliam, & multas Christiani nominis provincias,
rectè atq; ordine constitutam habere Rempub. ciuilemq;
defendemus, in quibus (ut reliqua nunc mittamus) primo-
rum ordinum sacerdotia, id est, doctrinæ uirtutisq; præ-
mia, in homines interdum Latine infantissimos non singu-
la, sed bina, terna, & plura congeri uerius quàm conferri
uidimus, quosdam tam stolidos, tam inerteis, tam literas
uirtutemq; perosos, tanta morum nequitia (nihil enim si-
gnificantius dicere possum) senescendo obrutescentes, ut
facile animam illis pro sale datam esse à naturæ munere

Anima quibus
dam pro sale.

credas: ideo tantum scilicet ne putrescerent, ut de suis
animali stolidissimo dilectatum est: qui certè non tam his
honoribus ornati quàm obruti olim esse uidentur iniquis
oneribus. Quid aliud tandè ipsi quàm terræ inertia pon-
dera (ut inquit Homerus) nunquam non nihil agentes. Vt
uno uerbo absoluam, sponsi Penelopes, magno fortunæ
crimine oculis hominum incurrentes? Qui cum ipsi ad
Pontificatus non uenerint, sed uel obrepserint, uel irru-

l 5 perint:

perint: tamen se nobis colendos inter digniores obijciunt, sacrosanctos sese, & delicias CHRISTI, & reuerendos, & (quod saepe cachinnos excitauit) patres à gravitate morū appellitantes. idq; ipsum etiam credere conuiuentibus oculis instituto publico cogimur. Sunt quorum humeris ista sedeant inquis? sunt certè ijs non pauci, quos ab ista turba dignitas oris eximit, & morum modestiaq; maiestas. Alioquin quid fieri posset, ut primaria illa dignitas tandiu sacrosancta esse posset? sed hoc non est in pluribus: & futurum mox uidemus, ut quorundam indignitate honoratissimus ordo in ordinem cogi possit. Honestorum igitur interest tantam indignitatem non sileari. Quorundam enim tenebrae totius ordinis splendori officiant. Age uerò ut hoc etiam missum faciamus, quonam modo praeterea administrandae reipublicae nostrae rationem tueri possimus quasi rectè institutam? Etenim si Aristotele credimus lib. II. Politicorū, duplex est Eumonia, una quidem recta iuris constitutio, altera uerò rectè iuri cōstituto obtemperatio. Neq; enim satis est bene institutā positamq; esse rationem reipublicae, nisi & hoc omnibus persuasum sit, institutioni tali omnino parendū esse. Ἄλλο μὲν γὰρ μὲν διομοίαν ὑπολαμβάνει τὸ πᾶσι τοῖς νόμοις ἐπιταγῆναι τὸ κατὰ τὴν αἰσῶν τῶν νόμων οἷς ἐμμενόντων. Nos uerò nec rectè satis institutam ciuilitatis rationē habemus, quatenus etiam per monarchiā licet, ut supra diximus, nec si quae leges nostrae cōmode positae sunt (ut certè iādiu permulta sunt) parēdū eis hoc rēpore cēssemus. Quotus enim quisq; est, qui modò in aula interiore alicuius sit nominis, aut etiā ex eorū gente, qui in aula praepotētes sunt, qui nō se dignū cēsseat, quē propter leges & cōstitutiones quantumuis graui sanctione munitae, uiolari debeant? Cum tamen (ut

Eumonia duplex.

men (ut Cicero inquit in oratione pro Cluentio) mens & animus & consiliū & sententia Reipublicae posita sint in legibus. Et ut corpora nostra sine mente: sic Respublica sine lege, suis partibus ut neruis ac sanguine & mēbris uti nō potest. Legum ministri, magistratus. Legum interpretes, iudices. Legum deniq; idcirco omnes serui sumus, ut liberi esse possimus. Enimuerò eā demū bene regi Rēpublicā credēdum est, in qua qui gubernacula summā rei tenent, excutere nouerūt quē cui potissimū muneri praefici par sit, ut inquit Persius, Dignoscere cauti Quid solidum crepet & pictae te gloria linguae. Alioqui si res ex cuiuslibet potentis sententia statuatur, in consiliū interdū adhibētur homines aut ueteratores, aut nebulones, aut redempti etiam laudatores: nōnulli usque adeo aut effusi aut praepotēti, ut uel muscā leoninis laudibus obruere se non sentiant, ut inquit Firmianus: aut ut Clytemnestrā etiam Eufirimq; laudare, Socratem uituperare non dubitent, ut Polycrates quondam fecit. Caterum & haec & alia administrandae Reipublicae errata, quae nostra memoria Gallicā Rēpublicā sic de diuexauere, feliciorē aliquo principatu, atque adeò hoc ipso, quo nunc regimur, emēdatum iri spes est. Indicia enim iam multa, nec ea obscura ab aula affulserunt aduentantis iamiam melioris aui, si modo diuina benignitas Reipub. Principem, Principi mentem istam ad extremum seruaerit, atq; menti isti Principis alicuius istud consiliū non desuerit. Vnum est omnino uitium inexplabile, & (ut ita dixerim) deploratum, ita multos magnosq; assertores habet, & in dies serpit, ut ea solent ulcera quae Chironia à Galeno & Cacoethe dicuntur. Id uero quale quantumque sit, Isocratis uerbis intelligi poterit in ea oratione quae inscribitur

Legum praestantia.

Chironia ulcera. Cacoethe. Arcopagitarū consiliū.

Arcop

Areopagiticus, cuius ego locum quendam Latimum ut potui feci. De Areopago enim loquēs (de quo alibi uidendū) in hanc propemodū sententiam inquit, Maiores autem nostri Areopagiticū consiliū Atheniensium moribus ad omnē modestiā cōponendis cum imperio et potestate præesse uoluerunt, haud dubiè existimantes longè illos falli, qui apud eos demum populos optimos esse uiros arbitrantur, apud quos leges exquisitissimā scribentium diligentia late sint, id quod si admittatur, nihil iam obstiterit quominus similes moribus omnes Græciæ populi euadant, utpote cum scriptas leges in omnes protinus populos propagari exemplarium traducibus facile sit. Sed enim illi non ex hisce inuētis incrementa uirtutis proficisci, sed ex uitæ quotidiana potius institutis existimarūt. Quippe multitudinē simile euadere his moribus necesse est, quibus moribus singuli instituti sunt. Nā quod ad legū multitudinē atque exactiorē circa eas diligentia attinet, indicium certè hoc ipsum est parū bene cū ciuitatibus illis agi. Multitudinem enim legū ueluti cæcellos quosdā flagitijs hominū circumdatos existimari necesse est. At qui ciuitates recta Reip. ratione cōstitutas, haudquaquā porticus scriptarū legum plenas habere, sed in animis potius cōdita iura tenere expedit. Neq; uerò decretorū redūdātī copia, sed cōpositiōe morū præclare urbes, cōmodeq; habitātur. Homines enim perperam educati, iura quālibet exactè perscripta facile præuaricari poterūt, rursusq; rectè homines instituti, uel deterius positus acquiescere facile sibi persuaserint. *Ἐπιλέγει τὴν ἀρετὴν καὶ τὰς ἀνομιὰς τῶν νόμων σημειῶν ἐν αὐτῇ τῇ κακῆς ἀνομιᾷ τῶν πόλεων αὐτῶν, ἐμφράγματα γὰρ αὐτοῦς ποιεῖ μὲν τῶν ἀμαρτημάτων πολλὰς γίνεσθαι τὰς νόμους ἀναγκάζεσθαι. Δὲ δὲ τὸς εὖ πολιτευομένους, ὃ τὰς σφάλας ἐπιπι*

De multiplici
& exacta com-
mēratione cir-
ca interpreta-
tionem legū.
De multis legū
uoluminibus.

ἐπιπιπλάνας γραμμάτων, ἀλλ' ἐν ταῖς ψυχαῖς ἔχει τὸ δίκαιον. Ex his (ut opinor) tanti auctoris uerbi intelligimus Eunomiā, id est, rectam felicemq; iuris cōstitutionē, haud inuētis innumerisq; librorū uoluminibus cōstare, sed emēdata potius ratione uitæ publice trāsfigēda. Quāta igitur humani generis pernicie posteriorū deteriorūq; seculorū moribus receptū esse arbitramur, ut cuius (qui modo se professorem iuris dicere possit) liceat per publicam cōuentionē leges nobis alias atq; alias quotidie ferre, et ueluti terræ, mari, populis imperitare? Id est enim nimirum ad Pādectas et reliqua Imperatorū Pontificūq; monumenta per se satis numerosa uolumina, sexcenta certatim uolumina commentariorū cōmentitorūq; adeo addidisse, quæ iam in eam ipsa auctoritatē uenerint, ut pro legibus decretisq; citentur. Vsq; uadeo nihil intemerabile, nihil sacrosanctam ingenia scripturientia duxerunt, ne Iustiniano quidem in Codice suo imperatoria potestate seuerissimè intermināte altero etiam edicto, quod maximè mireris ne reclamante quidē dissentienteq; Accursio. Proinde Iustinianus cum Triboniano (atq; etiā cū Paulo, Vlpiano, et reliquis illis iuris condendi proceribus, qui ex officina Papiniani tanquā ex equo illo Troiano prodierunt) si qua fortè ad eam famam huius indignitatis peruenit, nimirum nunc miser exclamat ut Stentora uincere possit, aut potius quantum Gradinius Homericus, exclamat inquam Satyricum illud, Tenet insanabile multos Scribēdi cacœthes. Hoc igitur malum, id est, praua pertinaxq; ambitio, quæ animis iurisperitorū nostri temporis, ac memoria auorumq; infēdit, non aliter domari quasi ulcus cacœthes potest, quàm si ferro cauterè ue percutiatur, id est si ad uinum usq; refecetur, aut paulò clemētius, ut certum

Librorum in-
ris multitudi-
nem abesse.

nec

nec magnum numerum interpretum iuris utriusq; habemus, reliquorum planè autoritas abrogetur: uel etiã ut uolumina ipsa Vulcano consecrentur. Sic enim ut arbitror Iustiniani iurisq; cõditorum manibus bellissimè parètari potest, qui tam ipse imperia sua pro nihilo duci utique indignatur, quàm hiscripta sua lamentantur commentitijs scriptis scèdari: simul humaniorum disciplinarum autoribus honos haberi, quorum isti scripta eorũq; sequaces, homines in uniuersum Mineruæ crassioris, nihil ad uitam degendam pertinere arbitrantur, ut parũ quæstiuosa, idq; ipsam palàm discitire non dubitant, ut est rusticitatis impudentia. Sed enim trãsuersum me rapi quodam ueritatis aquilone sentio: cum tamen huius nostri operis institutum poscere uideretur, ut blandioris cuiusdã orationis fauonio uelorum sinus orationis panderem. Certè præter institutum aura quadam indignationis sollicitante prouectus, nimum me à portu emerendi fauoris recessisse uideo. Neq; tamen odimus quenquam, nec inuisos nos cuiquã uicissim esse putamus. Verum hæc atq; alia nõ minora Reipublicæ ulcera uiderint ij aliquãdo, ad quos Reipublicæ cõstitutæ cura pertinet: quæ tamen attingi à quolibet nõ debet. manus enim quasdam Chironias atque Pæonias poscunt.

Naturæ lex.
Aeterna lex.
Summa lex.

Vt ad rem reuertamur, quod theologi legem naturæ uocant, Cicero summam legem uocauit in loco superius dicto, alibi autè legem aternã, his uerbis, Hanc igitur uideo sapiētissimorũ fuisse sententiam, legem neq; hominũ ingenijs excogitatam, nec scitum aliquod esse populorum, sed æternum quiddam quod uniuersum mundum regeret imperandi prohibendiq; scientia. Ita principem legem illam & ultimam, mentem esse dicebant omnia ratione aut uentis aut prohibentis Dei, ex qua illa lex quam huma-

no ge

no generi dij dederant, rectè est laudata. Est enim ratio mensq; sapientis ad iubendum & ad terrendum idonea. Laudata pro uocata à Cicerone dictum est uerbo iuris, de quo alibi dicendum. Nostri igitur philosophi legem naturæ appellant rationem communem cultum unius Dei dictantem, hominumq; inuicem charitatem, quam in communem sensum, id est, notiones anticipatas cadere uolunt, ut alibi diximus. Cicero summam & æternam legem appellat prudentiam illam, rationemq; communem naturæ humane ingenitam, quasi particulam quandam diuinitatis: quæ sectandæ nobis autor est iustitiæ, auersandæq; iniustitiæ. Mentem enim mundi Stoici Πρόνοια, id est, Prouidentiam appellauerunt, quem Deum esse putabant, ut docet Cicero libro 11. de natura Deorum. Vnde Quintilianus de eo loquens Prouidentiam ferè dicit, ut in primo, Oratione, inquit, nihil præstantius homini dedit Prouidentia. Et alibi de Cicerone loquens, Dono quodam Prouidentiaë genitus, in quo omnis suas uires eloquentia experiretur. Ex ea autem mente quæ & prouidentia dicitur, animos humanos defluxisse aiebant, quasiq; destillasse. Vnde Iuuenalis Satyra XIII.

Sensum ex cœlesti demissum traximus arce:
Cuius egent prona & terram spectantia mundi
Principio indulgit communis conditor illis
Tantum animas, nobis animum quoque, mutuus ut nos
Affectus petere auxilium & prestare iuberet.

Ex lege tertia.

Iura cõstitui oportet ut Theophrastus ait in ijs quæ entonyma frequenter accidunt. Nos cum essemus Florētiae, Pandectas Pisanas (quas archetypos esse putant) in palatio uidimus,

Laudatum.
Lex naturæ.

Mens mundi.
Pronoa.

Prouidentia.

Pandectæ
Pisanæ.

uidimus, sed raptim & quasi per transfennam, ut dicitur, pretereuntes. Has si aliquot diebus ociose nobis tractare licuisset, pauca ut existimo loca non intellecta reliquissimus. tamen si lectu sint perdifficiles, literis iam multis in locis exolestentibus uerbisq; non interpunctis. In his autem hunc locum ita scriptum legimus: iura constitui oportet (ut dicit Theophrastus) in his quae udi τὸ πλεῖστον accidunt, nō in ijs quae οὐ παρὰ λόγῃς, id est, in ijs quae plerumque accidunt, non in ijs quae necopinato, uel praeter hominum opinionem. Huc pertinet Solonis illud dictum, cuius meminit Cicero in oratione pro Roscio Amerino: Solon, inquit, cum interrogatus esset cur nullum supplicium constituisset in eum qui parentem necasset, respondit, id se neminem facturum putasse. Dicitur sapienter fecisse, cum de eo nihil sanxerit, quod autem commissum non erat, ne non tam prohibere quam admonere uideretur.

Ex lege, Legis uirtus.

Legis uirtus. Legis uirtus haec est, imperare, uetare, permittere, punire. Quintilianus in v. 11. Lex, inquit, omnis aut tribuit, aut adimat, aut punit, aut iubet, aut uetat, aut permittit. Quod autem sequitur, Iura non in singulas personas, sed generaliter constituuntur, sumptum id est ex duodecim, ubi sic cauebatur, Priuilegia ne irrogato. Quae uerba Cicero lib. 111. Legum referens ita inquit, Tum leges praclarissimae de duodecim tabulis translatae duae. quarum altera tollit priuilegia, altera de capite ciuis rogari, nisi maximo comitio, uetat. Maiores enim in priuatos homines ferri leges noluerunt (id est enim priuilegium) quod quid est iniustius? cum legis haec uis sit scitum & iussum in omnes, ferri de singulis centuriatis comitijs uoluerunt. Descriptus enim populus censu, ordinibus, aetatibus, plus

adhibet

adhibet in suffragium consilij, quam fuscē in tribus conuocatus. Sed haec uerba corrupte uulgo leguntur, ut pleraque in illis libris. Gellius lib. 1 x. Neque de imperio Cn. Pompeij, neque de exitu Ciceronis, neque de Publij Clodij, neque alia id genus populi plebis uel iussa leges uocari possunt. Non sunt enim generalia iussa, neque de uniuersis ciuibus, sed de singulis concepta. Quocirca priuilegia potius uocari debent, quia ueteres priua dixerunt, quae nos singula dicimus. Cicero in Paradoxo 1111. Sed quid ego communes leges profero, quibus omnibus es exul? Familiarissimus tuus Cornificius de te priuilegium tulit, ut si in operum bona dea accessisses, exulares. Idem pro domo sua, quo iure, quo more, quo exemplo legem nominatim de capite ciuis indemnati tulisti, uetant leges sacratae, uetant duodecim tabularum leges priuatis in hominibus irrogari: id est enim priuilegium. Ex supradictis apparet nos non satis intelligere quid sit priuilegium, qui nihil aliud esse credimus quam prerogatiuam & Principum indultum. Idem de proscriptione sua loquens. Licuit tibi ferre non legē sed nefarium priuilegium. Priuilegia igitur, id est, leges ad priuos homines singulosque pertinentes, non nisi

Priuilegium.
Priuum.

Priuilegium.

Centuriata comitia.
Magna comitia.

m dum

dum ex ijs legibus, quæ non in tempus aliquod, sed per
petuæ utilitatis causa in æternum latæ sunt, nullam abro-
gari debere fateor, nisi quam aut usus coarguit, aut sta-
tus aliquis Reipublicæ inutilem fecit: sic quas tempora
aliqua desiderauerunt leges, mortales (ut ita dicam) et
temporibus ipsis mutabiles esse uideo. Quæ in pace latæ
sunt, plerunque bellum abrogat: quæ in bello, pax: ut in
nauis administratione alia in secūda, alia in aduersa tem-
pestate usui sunt.

Ex lege, Non possunt.

Si quis omnes species quæ hac lege comprehendendi pos-
sunt, scire cupit, legat Quintilianum libro v i i. ubi de
syllogismo et ratiocinatione loquitur.

Ex l. Fraus, & quod distat uerb. ab intel.

Petrus Crini-
tus.

Cum aliquando apud Petrum Crinitum Florentinum
essemus honorem et comitate et doctrina singulari pre-
ditum, cuius nunc liber de Honesta disciplina alijs su-
uissimi in manibus habentur, inter contrectandos nonnul-
los eius libros in quaternionem incidimus manu Politia-
ni scriptum: in quo annotationes pauca erant, con-
sulta (ut uidebatur) obscuritate congesta, ut si forte
interciderent, à nullo legi possent. sic enim erat inge-
nium hominis, pleræque tamen frigida scrupulositatis et
contemnendæ. Has cum celeri lectione per Criniti faci-
litatem saltuatim percurrere nobis licuisset (Strati enim
franatiq; equi ad uestibulum nos expectabant, et ille me
amicitiæ causa ad mansionem primam deducturus erat)
unum tantum et alterum locum, quæ ad hoc nostrum
institutum pertinerent, memoriæ mandauimus: quorum
hic unus erat. Sic autem Politianus legebat ex Pædectis Pi-
sanis, Et quod distat πρός ἀπό ἀναβολάς, hoc distat fraus,
et reliq

et reliqua. Id est, quod distat dictum à sententia. Sic
autem esse ab Ulpiano scriptum facile mihi persua-
deo, quandoquidem in antiquo exemplari tria illa uer-
ba defunt.

Ex lege, Princeps.

Princeps legibus solutus est. Aristoteles lib. iiii. Politi-
côn, huius dicti rationem memorabilem asserre mihi uide-
tur. Est enim is autor qui res omnes ratione et uia scien-
tificè tractare solet: eas etiã quæ sui natura artificiosè tra-
ctari non posse uidebatur. Is igitur in eo libro in hæc pro-
pæmodum sententiam inquit, si tamen rectè uertimus, In
Rep. autem optimè cõstituta is demum ciuis esse dici de-
bet, qui et regere et regi, et uoluntate et aptitudine ad
uitam paratus est secundum uirtutem agendam. Agedum
sit aliquis unus, aut uno etiam plures (pauciores tamen
quàm ut ciuitatis numerum implere possint) tanto ceteris
uirtutis exuperantia præstantes si plures sint, aut præstans
si unus sit, reliquorum ut uniuersorum uirtus cum illius
aut illorum non sit comparabilis: dico, inquit, huiusmodi
uiros non iam ciuitatis partem existimandos esse. quippe
iniuriam illis haud dubiè factū iri credendum est, si æquas
ferre partes digni ipsi uidebuntur, tanto ceteris inæqua-
les uirtute ciuiliq; facultate. Huiusmodi enim quasi Deum
quendam censerî inter homines par est. Proinde legum
quoq; latationem inter æquales necesse est esse et genere
et facultate ciuili. In illos autem huiusmodi nulla est
prorsus legislatio: quippe qui ipsi lex sint. quàm enim
ridiculum fore putemus eum qui legem de huiusmodi fer-
re aggrediatur? Quare ciuitates illæ, quæ populari
imperio administrantur, non aliam ob causam Ostracis-
mon excogitauerunt, utpote quæ omnium maximè rerum

Princeps legi-
bus solutus.
Aristotelis
laus.

Legislatio.

publicarū civilē cōseſtentur æqualitatē. Etenim qui apud eas plus æquo præualere cæteris aut opibus aut necessitu dinibus numerosis, aut civili facultate uidetur, solū eos uertere exilij causa ad certū quoddā tempus adigūt. Αδινισσονται γὰρ ἀξίμωλοι τῶν ἰσῶν, ἀνισοί τοσούτων κατ' ἀρετήν ὄντες, καὶ τῶν πολιτικῆν δυνάμειν, ὡσπὲρ γὰρ θεῶν ἐν ἀνθρώποις ἀκός εἶναι τῶν τοιούτων. Ἰθὲν δὲ λαλόντι καὶ τῆν νομοθεσίαν ἀναγκάσιον εἶναι πρὸς τὸς ἰσῶν καὶ τῶν γένει καὶ τῆν δυνάμει, καὶ τῶν τοιούτων ἐκ ἐπινοίας. αὐτοὶ γὰρ εἰσι νόμοι. καὶ γὰρ γελῶσι ἅρ' εἰν νομοθετῆρ τισι περιώμωλοι. κατ' αὐτῶν καὶ λαοικία. Quid sit autem Ostracismus, id est, Atheniensium exiliū, docet plane Plutarchus in Aristidis uita. Enim uero quod Aristoteles de æqualitate generis dicit inter ciues, uidendum quod pertineat, ne nimium sibi isti placeant Cecropidae: qui beatos sese putant esse nobilioresq; Codro, si holosericati & macherophori conspiciantur, reiecta in humerū ueste subnixi, grassantes magis quam ingrediētes, interim proterue obuiū quēq; proteruentes, quibus ad nobilitatem facere uidetur præter literarum omnium ignorantiam & odium, prædictis etiam respondēs & consentanea uerborum improbitas, quasiq; castrensis uel aulica potius eloquentia: sed quæ proteruissimum quēq; maxime deceat, inter modestas aures ipsa putidissima. Aristoteles igitur lib. III. Politicōn, Cū tria sint, inquit, quæ de æqualitate civili contendant, libertas, opulentia, uirtus. (Nam quartū quod uocant generis nobilitatem, ex duobus cōcretū est. Est enim generositas opes cum uirtute uetustæ) cū igitur tria hæc de æqualitate contendant, manifestū est duorū mixturā, id est, opulentiarum atq; inopum, ciuilitatem esse dicendā: tertium uerò Aristocratiā, id est, optimatum statum. Idem lib. I. I. Eὐγένειαν

Ostracismus.

Ciuam inter se æqualitas.

Holosericati. Macherophori. Nobiles carpuntur.

Nobilitas.

Eὐγένειαν

γὰρ

γὰρ ἐστὶ ἀρετὴ γένος. Generositas enim, inquit, uirtus est generis. Age cum quinque sint genera regni, quintū genus est quod βασιλεία dicitur, quasi dicas regnum numeris omnibus dominationis absolutum: cuiusmodi erant Reges, Principes Romani Vlpiani tempore, nihil iam princeps ciuilitatis retinentes, omnia arbitrio suo statuentes: ut & nunc Reges nostri sunt qui omnia in potestate habent, quiq; (ut Homericus ille Iupiter) quoquo sese uerterint, omnia circumagunt, nutu etiam solo omnia quatientes: denique humani Ioues (ut inquit Plautus in Casina) sed qui tamen hominum more moriantur. Hoc autem regni genus est inquit Aristoteles, cum unus omnium potestatem habet tum communium, tum publicarum rerum, non aliter atq; ciuitas una, aut populus unus habent. Hæc autem species quinta, æconomica est ratione instituta. Ut enim æconomia regnum est domesticū, sic regnum æconomia est ciuitatis aut populi unius aut plurium, id est, domestica dispensatio. Propterea reges Persarum non reges sed tyranni esse censebantur, qui populos sibi subditos seruos esse existimabant, non liberū loco familieq; habēdos. Plutarchus, καὶ ὅγε πρὸς τῶν βασιλέων πάντας ἡγήτο δούλων πλεον τῆς αὐτῆς γυναικός, ἢς μάλιτ' ἀλεωδῶντος ἀφαιλεῖν εἶναι. Ex supradictis igitur demonstrari potest (ut arbitror) Principē non modò legibus esse solutū, id quod Vlpianus dixit, sed etiam legibus nō teneri. Iam primum cū leges ferri debeant in homines genere facultateq; omni politica æquales, nec legibus teneantur, qui multo cæteros rebus his præstare uidentur, reges autem generositate, id est, opulentia antiquitate, & claritate nataliū nemo omnium æquare possit aut cōtendat, uirtute porro & animi & corporis, omniq; morū maiestate humanum captū

Pambasilis.

Reges Galliar.

Ioues humani.

Æconomia.

Persarum tyranni.

Princeps legibus nō tenetur

modumq; excedere, herosq; equare aut debeant, aut cre-
dantur: manifestū est legibus in ciues, id est, in populū la-
tis sacrosanctos homines nō teneri, *augusta illa dignatio-
ne eximios.* Ad hæc cum nullū ius ciuile inter patrē & li-
beros, & inter dominū & familiam intercedat, ut *Aristo-
teles docet lib. v. Ethicorum,* & nos alibi diximus: sit au-
tem eadem ratio inter Principem & populū, satis (ut ar-
bitror) effectum est id quod efficere meditabamur: *Augu-
stum & principē non modō legibus solutum esse, sed etiā
non teneri.* Id quod de *Augusta* dici eadē ratione non po-
test. Verba *Aristotelis* de regno subiecimus, quæ superius
Latina fecimus, ut fidē ipse dicti nostri faciat, Πέμπτον δ'
εἶδ' βασιλέως, ὅταν ἢ πάντων κύριος εἴη ὡς ὁσσοῦ ἐκασ-
τος ἐθνεῶν καὶ πόλις ἐκάστη τῶν κοινῶν, τεταγμένη καὶ
τῆρ' οἰκονομικῆν. ὡσσοῦ γ' ἢ οἰκονομικῆ βασιλεία ἀδίκιας
ἐστίν, οὕτως ἢ βασιλεία πόλεως καὶ ἐθνὸς ἐνὸς ἢ πολλῶν
οἰκονομεία. *Plutarchus,* ἔν τῷ πρὸς ὑγεμόνα, Verius autem
quis dixerit magistratus summos & principes Dei mini-
stros esse in procuratione hominum & salute, ut quæ bo-
na generi humano diuinitus dantur, ea ipsi partim distri-
buant inter homines, partim asseruent. & quod *Polemo,*
inquit, *amori* tribuebat, ut iuuentutis cura administratio-
neq; fungeretur, hoc *iustitiæ & principibus uiris tribu-
endum est* potius in conseruatione uitæ tutelaq; hominū.
Aether, inquit, terram undique complexu suo usque-
quaque ambiens, seminum principia demittit hominibus
commoda, terra autem ea emittit. at hæc augentur imbribus
& uentis, astrisq; fouentur & luna. ui autem solis
eadem omnia exornantur, qui etiam ipse omnibus amoris
incitamenta immiscet ad species perpetuandas. tantorum
porrō bonorum diuinorū taliumq; nullus esset hominibus
fructus

fructus ususq; cōmodus & rectus, sine lege, sine iustitia,
sine principe: ἀλλὰ τῶν τοσούτων καὶ τηλικόντων ἂ θεοὶ
χρηζόνται ἀλάργων καὶ ἀγαθῶν ἐκ ἑστῆ ἀπόλαυσις ἢ δὲ
χρηστὸς ὄφθῃ, διχαρόμενος καὶ δίκης καὶ ἀρχοῦτος. Deinde
hæc subiit, iustitia igitur finis est legis, lex autē officium
est principis. At princeps ipse imago est Dei, qui omnia
recte ordineq; cōstituit. Cōuenit hoc cū præcepto aposto-
li ad Romanos decimotertio, πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίας ὑπερε-
χούσας ὑποτασσέσθω. *Plutar.* τινὲς alibi in eodē tractatu
ita inquit, τίς οὐκ ἀρετῆ τοῦ ἀρχοῦτος ὁ νόμος. ὁ πάντων
βασιλέως θνητῶν τε καὶ ἀθανάτων, ὡς φησι Πίνδαρος.
Quis igitur principi princeps erit: nēpe lex, quæ omniā
regina est mortalium atq; immortalium, ut inquit *Pindarus.*
Quæ uerba cōsentanea esse uidentur cū lege, *Digna uox.*
Cod. de legibus. Sed quam legē *Plutarchus* principi impe-
ritantē dixerit, ex ijs quæ sequuntur intelligemus. ἐκ τῆρ
βιβλίου ἐξω γεγραμμένον, ἐκ δὲ τῶν ἐξ ὑλοῦ ἀλλ' ἐμψυ-
χῶ ὡν ἐκαστῷ λόγῳ, ἀεὶ συνοικῶν καὶ παραφυλάττων,
καὶ μηδὲ πῶς τῶν ψυχῶν ἐρημῶν μηδεμονίας. Lex
(inquit) principis imperatrix erit: nō illa quidē aut in li-
bro extrinsecus scripta, aut in tabulis. Sed animata intus
in ipso ratio, semper cum eo cōuersans, eiusdēq; obserua-
trix. Quæq; eius animā nūquā finit tutela sui esse uacua.
Hædenus de principe legibus soluto, eiusq; solutionis ra-
tione. Legibus soluere, id est quod nunc dispensare uoca-
mus. *Liuius lib. x. ab Vrbe cond.* *Fabius* legē recitari ius-
sit, qua intra decē annos eundē *Consulē* refici nō liceret.
Vix præ strepitu audita lex est, *Tribunūq; plebis* nihil id
impedimēto futurū aiebāt, se ad populū laturōs ut legibus
solueretur. Idē *li. ix. de bel. Maced.* Pars *Tribunorū* ne-
gare rationē habendā esse, & duos simul unus magistrat⁹
m 4 presert

Legibus soluta
re.

præsertim curules neque capere posset, neq; gerere. Pars legibus solui eum cēdere. Vtitur & Tranquillus in Cæs. & Cicero in Philip. 11. Asconius in orationem pro Cornelio, In omnibus, inquit, Senatuscōsultis, quibus aliquem solui legibus placebat, adijci erat solitum, ut de ea re ad populum ferretur. sed paulatim ferri erat desitum; resq; iam in eam consuetudinem uenerat, ut postremo ne adijceretur quidem in Senatusconsulis de rogatione ad populum ferenda. eaq; ipsa Senatusconsul. per pauculos admodum fiebant. Actum deinde ea de re in Senatu est magnis contētionibus, cum Cornelius ita ferre rursus cœpit, ne quis in Senatu legibus solueretur, nisi ducenti assuisent. Soluere igitur canonibus dicendum pro dispensare, quod & gratiam canonis legisq; facere dici potest. Vlpianus hic solutum esse legibus accepit, pro eo quod est non teneri, quo uerbo Iulianus lege sequenti usus est, & anti- qui saepe usi. Cicero Philip. x 1. Ille homo summo ingenio, summa potentia, qui ex Aedilitate Cōsulatum petit, soluatur legibus, quamuis leges eum non tenent, Verba sunt ironica significātia hominem perditissimum & ex- legem. Quoniam uerò multa in legibus sequentibus de consuetudine dicuntur, libuit huc transcribere uerba quædam Quintiliani. Hic enim de consuetudine sermonis lo- quens ita inquit, Constituendum igitur in primis id ipsum quid sit, quod consuetudinem uocemus: quæ si ex eo quod plures faciunt, nomen accipiat, periculosissimum dabit præceptum non orationi modo, sed quod maius est, uite. unde enim tantum boni ut pluribus quæ recta sunt, pla- ceant? Et paulò post, Nam ut transeam quemadmodum uulgo imperiti loquuntur, tota saepe theatra & omnē cir- ci turbā exclamasse barbare scimus. Ergo consuetudinem

Soluere ca-
nonibus.
Legibus non
teneri.
Gratiam cano-
nis legisq; fa-
cere.

Consuetudo.

sermonis uocabo cōsensum eruditorum, sicut uiuendi con- sensum bonorum. Quod autem Vlpianus in fine hu- ius tractatus dicit, Totum autem ius, & reliqua: plenum id non uidetur. Melius & plenius Quintilianus in quin- to, Nam ferè, inquit, uersatur ratio faciendi circa bono- rum ademptionem, incrementum, conseruationem, usum, malorum euitationem, liberationem, imminutionem, con- uersionem.

Ex lege secunda, De statu hominum.

Ac post de cæteris ordinem edicti perpetui secuti.) A- sconius in oratione pro Cornelio de maiestate ita inquit, Aliam deinde legē Cornelius, etsi nemo repugnare ausus est, multis inuitis tulit: ut Prætores ex edictis suis perpe- tuis ius dicerent. Quæ res gratiam ambitiosis Prætori- bus, qui uariè ius dicere solebant, sustulit. Cicero uerò in Prætura urbana Verri obijcit criminosè, quod multa contra morem maiorum in edicto suo proposuerit, quod etiam interdum ex edicto suo ius nō dixerit. Idem in ead- em, Qui plurimum, inquit, tribuunt edicto Prætoris, e- dictum legem annuam esse dicunt, tu edicto plus comple- teris quàm lege. Si finem edicto Prætoris afferunt Calen- dæ Ianuariæ, cur non initium quoq; edicti nascitur à Ca- lendis Ianuarijs? An in eum annum progredi nemo pote- rit edicto, quo Prætor alius futurus est, in illum quo Præ- tor alius fuit, regreditur? Ne igitur iuris dicendi ratio arbitraria Prætoribus esset, & pro eorum libidine sub- inde mutabilis, lata lex est de edictis perpetuis. Edictum autem perpetuum postea scripsit Saluius Iulianus tempo- ribus Adriani Principis, autore Eutropio. Hoc autem Accursius non intellexit, ut ex glossemate eius apparet super uerbo perpetui.

Edictum præ-
torium.

Edictum per-
petuum.

Exl. Vulgo concepti. De statu homin.

Qui & Spurij appellantur.) Plutarchus in Proble. de hoc uocabulo loquens ita inquit, spurius primum nomen est apud Romanos, ut Sextus & Decimus & Caius. Prima autem nomina non tota scribunt: sed aut una litera, ut T. Titum; aut duabus, ut Gn. Gneum; aut tribus, ut Sex. Sextum, & Ser. Seruū. Sic Spurius, Sp. scribebatur. eos autem qui sine patre erāt, qui Απατρως Græcè dicūtur, s& p designabant, quasi sine patre. Hoc errore factū, ut spurij sine patre dicerentur, Hac ille. Caterum quos uulgo bastardos uocamus, interdū spurij dici possunt, interdum non possunt, ut hi quos Principes agnoscere solemiter solent, quasiq; adoptare, q uulgo aduonere dicimus. Nothi enim uerbo Græco appellantur, nō spurij. Quāt. lib. I II. Nothus ante legitimū natus, legitimus filius sit: Noth⁹ post legitimum natus, tantū ciuis. Et paulō post, Nothum qui non sit legitimus, Græci uocāt, Latinum rei nomē, ut Cato quadā quoq; oratione testatur, non habemus. ideoq; utimur peregrino. Nothia Græci appellant neutro genere & numero plurali eam partem quæ ex bonis paternis lege Atheniensū nothis dari poterat. Hinc factū ut Græci nothum appellent quicquid nō legitimū esse uolūt, nec uerum, ut νόθου ἀρτιμοίου dicunt, nō uerum schema Atticum, sed adulterinū spuriumq; contra γνισίου ἀρτιμοίου dicunt, ueram, germanam, legitimamq; Atticorū elegantia significātes. Bessario spuria cogitationē appellat, quam Græci nothen diancean dicunt, quasi spurius Latine sit nothus: ut spurios uersus dicimus, nō quod nullū autorem quasi patrem habeant, ut nonnulli putant, sed quod Græci huiusmodi uersus νόθου κληῖς, appellant, quasi adulterinos. Plato igitur autore Bessario (a teo pot' ni

Apatrcs.

Adoptare.

Nothus.

Noth⁹

Nothia.

Spuria cogitatio.

Notha cogitatio.

Spurij uersus.

Bessario.

ro Lat

ro Latine doctissimo qui auspicijs eius Latinū illū librum fecit) materia elementarē, id est, h ylen primam informem, ex qua elementa discreta sunt, cogitatione tantum spuria intelligi posse ait. hoc est, materiā tantum, abstracta omni forma, diuisione, figura, magnitudine, quæ apta sit omnes has & huiusmodi qualitates recipere. Quia enim non per formæ innixū ac firmitatem, sed per negationē sequestrationemq; formarū omniū, quasi uacillante cogitatione materia intelligitur, ideo cogitatione spuria dicitur comprehendī. Nam ea quæ per habitum & formā sit, legitima cogitatio est. Aristoteles autē per analogiam, id est, proportionem hanc intelligentiā fieri perhibuit, quod idem late explicat. Spuria cogitatio νόθ⁹ λογισμός dicitur. Philo ponus in pri. Posteriorum analyt. διότι οὐκ ἔστιν ἡ λογισμὸς ἀγνοῦσθαι, ὡς ἀνάθεσθαι, νόθου δὲ λογισμὸς ἀνωπῆ, ὡς ὁ Πλάτων φησὶ. Id est, Itaq; materia sua ac propria ratione incognita, ut quæ forma careat, spuria cogitatione utiq; comprehendī potest, ut inquit Plato. Hic adde quod est quadā ratiocinatio, nec recta nec ingenua, quæ à Græcis ἀργὸς λόγος, à Cicerone iners dicitur, ut in libro de Fato: Si fatū tibi est ex hoc morbo conualescere, siue tu adhibueris medicū, siue nō, cōualesces. Item si fatū est tibi nō conualescere, siue medicū adhibueris, siue non, non conualesces, & alterutrum fatum est. Medicū ergo adhibere nihil attinet. Rectē genus hoc interrogationis ignauum atq; iners appellatum est: quod omnis è uita tollatur actio hac ratiōe licet etiā immutare, eadē manēte sentētia. siue adhibueris medicū, siue nō, cōualesces: si quē ex aternitate uerū fuit & fatū hoc, ex hoc morbo cōualesces. id quod contra eos ualet, qui fato omnia fieri cōtendunt, aut destinationis diuine necessitate. Hac enim ratiocinatione fieri potest

Hyle.

Τλη.

Legitima cogitatio.

Spuria cogitatio. Notha ratiocinatio.

Νόθ⁹ λογισμός.

potest, ut consertis manibus homines quidam manere exitum futi sibi persuaserint.

Ex lege quarta, De adoptionibus.

Actio legis. Magistratum apud quē legis actio est.) Accursius existimauit legis actionem legitimos actus significare, qui uoluntariæ iurisdictionis sunt, ut emancipatio & huiusmodi. Nos autē aliter existimamus. Lege agere uerbum est iuris antiqui. Cic. pro Muræna de Gn. Flauio, qui Appij Claudij librum uulgauit, Possēt agi lege nec ne, pauci quondam sciebant, fastos enim uulgò non habebant. erant in magna potentia qui consulebantur, à quibus etiam dies tanquā à Chaldæis petebantur. Inuentus est scriba Gneus Flauius, qui cornicum oculos confixerit, & ab ipsis cautis Iurisconsultis eorum scientiam compilarit. Itaq; irati illi quod sunt ueriti ne dierum ratione peruulgata & cognita, sine sua opera lege possēt agi, uerbosa eadem composuerunt, ut in omnibus rebus ipsi interessent. Lilius de eodem in nono, Ciuile ius repositum in penetralibus Pontificum euulgauit, fastosq; circa forum in albo proposuit, ut quando lege agi possēt, sciretur. Inde legis actiones, quarum meminit Pomponius supra, De origine iuris. Magistratus igitur apud quem legis actio est, magistratus is est, qui plenam iurisdictionem habet & ordinariam, apud quē experiri omni actione aduersus unumquemque possumus. Valerius libr. v. 11. Egregia Pisonis Præfeti urbis constitutio. cum enim ad eum Terentius ex octo filiis quos in adolescentiam perduxerat, ab uno in adoptionem dato exheredatum se querelam detulisset, bonorum adolescentis possessionem ei dedit, heredesq; lege agere passus nō est. Lege agere dixit, pro bonorū possessionē secundum tabulas petere, uel ex testamēto agere.

Terent

Terentius, Vna iniuria est tecum. DEM. Lege agito ergo. Id est, scribito mihi dicam. Cicero in Verr. Quis unquam isto Præatore Chelone inuita lege agere potuit? Id est, iure legibus constituto certare. Erant enim certis legibus iudicia constituta. Lilius de Campanis loquens, Fuluius acceptas literas neque resolutas, cum in gremio reposuisset, præconi imperauit, ut lictorē lege agere iuberet. Id est, ut ex officio suo ageret, & sententiam in damnatos exqueretur, τῷ νόμῳ ἡρώδης ἐπέλασσε. Idem, Lictor uiro forti adde uirgas: & in eum primum lege age. Inde legibus Interrogari apud eundem Lilium. Valer. libr. 111. aliter accepit. Deligatis ad palum hostibus, literas à Patribus Cōscriptis nequicquam Capuanis salutare accepit. In sinistra enim manu sicut erant traditæ reposuit, ac iusso lictore lege agere, tunc demū aperuit postquā illis obtemperari non poterat. Lege agere pro uinctos uirgis cedere, & deinde securi ferire posuit, exequendo scilicet sententiam quā eis tulerat: quod uulgò dicimus expletare. id est, implere expleteq; iussum iudicis, & ultra progredi, hoc est, nō credere intercessioni. In superioribus autē exēplis lege agere pro eo accipitur, quod uulgò dicimus face re uel edere petitionem. Cic. in primo de Ora. Alter plus lege agendo petebat, quā quantum lex in x 11. tabulis permiserat: quod cum impetrasset, causa caderet. Idem, Cum egisset lege in hereditatem paternam testamento exheres filius: quæsitum est de iure ciuili, possēt ne paternorum bonorum exheres esse filius. Lege agere Tullius pro actionem & querelam in officio si intendere dixit.

Ex 1. Arrogato, eodem titulo.

Spado arrogando suum heredem accrescere potest.) Legendum accersere, id est, asciscere, uel arcessere, quod idem

Accerso.
Arcesso.

Interrogari legibus.

Lege agere.

idem est. Valer. lib. III. Ut nimia pietate causa sibi mortis arcesceret. Id est, ascisceret, attraheret.

Ex I. In tantum, De rerum diuisione.

Cenotaphium. Cenotaphium Accursius male pro loco intelligit ad sepeliendum parato. Est enim Cenotaphium imaginarium sepulcrum, quale Verg. describit lib. I I I. Aene. Cuius loci meminit hic Martianus,

Solennes tum fortè dapes & tristia dona
Libabat cineri Andromache, manesq; uocabat
Hectorum ad tumulum, uiridi quem cespite inanem,
Et geminas causam lacrymis sacrauerat aras.

Quo loco Seruius tumulum inanem Cenotaphium esse dicit. Græce uerbo inanis dicitur, & τάφος sepulcrum, unde nomen compositum. Suetonius honorarium tumulum appellat in Claud. Ceterum, inquit, exercitus honorarium ei tumulum excitauit, circa quem deinceps stato die quotannis miles decurreret, Galliarumq; ciuitates publice supplicarent. Quibus uerbis significat cenotaphium Druso in Germania extructum, cum corpus eius Romam delectum esset. Sic uocari possunt hodie funerum expositorum imagines, quas representationes in anniuersarij exequijs uocamus.

Ex I. Sanctum, eodem hoc titulo.

Sanctum. Sanctum dictum est à sagminibus. Sagminum exemplum est apud Liliam lib. I. Iubes ne me rex cum patre patrato populi Albani foedus ferire? Iubete rege, Sagmina, inquit, rex te posco. Rex ait, Piram tollito. Pectus ex arce graminis herbam puram attulit. postea regem interrogauit, Rex facis ne me tu regium nuntium Populij Romani Quiritum, uasa comitesq; meos? Rex respondit, Quod sine fraude mea Populij Romani Quiritum fiat facio

facio. Haslenus Lilius. De sagminibus Plin. lib. XXI. Hæc etiam herba uerbenaca uocatur Latine, à Græcis Verbenaca. λεγοβοράν διατα. Id est, sacra herba, ut idem Plinius docet lib. X XV. Καρυκας autem dicuntur à Græcis quæ Latine caducea dicuntur, quibus Græci utebantur, ut inquit Martianus. Ceryx enim caduceator est. Nostrates autem caduceatores spintere hodie utuntur, quæ armilla etiam dici potest, blasonum lingua uernacula uocant: in praelijs autem utuntur paludamento, quod eos uelamentum sacrosantos (ut ita dicam) facit. Id est, ab omni uiolentia tutos, uulgo cotta armorum uocatur. In caduceo autem serpentes inuicem complexi insculpebantur, quale illud Mercurij pictum uisitur, cuius meminit Plinius libro XXI. naturalis histo. & Macrobius libro I. Saturnalium.

Ex I. sequenti, §. primo.

Solent qui à religione locum illum liberare uolunt, sacra inde euocare. Quid sit sacrorum euocatio, & quo modo fieri olim solita sit, si quis scire cupit, uideat Macrobius lib. I I I. Saturnal. capite V I I I, ubi de euocatione deorum larium loquitur ex urbibus, quas Romani capere expugnatione instituerant. illic enim uidebit uerba solemnia, quibus Romani loca profana reddere se existimabant. Apud Liliam autem lib. V. ab urbe condita, Diator è ueijs deos euocans, tuo ductu inquit Pythice Apollo, tuoq; numine instinctus pergo ad delendum urbem Veios, tibiq; hinc decimam partem prædæ uoueo: simul Iuno Regina quæ nunc Veios colis, precor ut nos uictores in nostram tuamq; mox futuram urbem sequare, ubi te dignum amplitudine tua templum accipiat.

Ex I. ultima, de Senatoribus.

Senatores autem accipiendum est eos esse, qui à Patriijs &

Consulares. *cijis & Consulibus.*) Legendum Cōsularibus. Id est, ijs qui aliquando Consulatum gesserūt. Hic locus nos admonet, ut de Senatu Senatoribusq; latius (quatenus memoria suppetet) differamus, cum propterea quod res alioqui cognitu digna est, nec cuiilibet obuia, tum uel eò maxime quod eam opinionem inualuisse uidemus, curiā nostram supremam instar esse Senatus Romani Centūuiralisq; iudicij, uidelicet centenariā & ipsam, cōnumeratis omnibus suis partibus, idq; affirmantē magno assensu audimus haud ita pridē aduocatū quēdam primi nominis, cum causam non ignobilem in curia ageret celeberrimo conuentu. In qua nunc heresi nostratiū plerosq; esse uideo, loquendi quoq; omnium fermē usu plenissime id attestāte. Huius autē erroris (ut aliorū multorū quibus nunc hallucinamus) fundamenta iecit Accursius digna (propē dixerim) flagris ignorātia an potius cōfidentia: nā uenia ignorantia illis seculis indulgenda est. Is in titulo de petitione hereditatis & De liberis prāteritis, Cod. & in l. Qui repudiātis, infra, De inofficioso test. alijsq; in locis constanter hoc affirmauit. Vt autem hanc opinionē multorū ad hoc æui seculorū persuasione confirmatā, quasiq; penitus fibratam conuellamus, aut certē labefactemus, altius res ipsa tota repetenda est. Iam primū igitur cōstat Senatum à Romulo primū institutum fuisse, uel hoc Liiij testimonio, Cum iam uirum haud pœniteret, consilium deinde uiribus parat, centum creat Senatores: siue quia is numerus satis erat, siue quia soli centum erant, qui creari Patres possēt. Patres certē ab honore, Patricijq; progenies eorum appellati. Hæc ille de Romulo loquens. Hic Senatus paulō pōst in duas uelut factiones maiorum scilicet minorumq; gentium, & ex cētenario ducentarius factus.

Idem

Senatus Parisiensis.

Senatus Rom. institutio.

Senatores Romæ centum.

Maiorum minorumq; gentium Senatores.

Idem de Tarquinio Prisco loquens: Ergo uirum cetera egregium, secuta quam in petendo habuerat etiam ambitio est. Nec minus regni sui firmandi, quam augēda Reipublica memor, centum in patres legit, qui deinde minorum gentium sunt appellati: factio haud dubia Regis, cuius beneficio in curiam uenerant. Idem de Tarquinio Superbo eius filio loquens: His mulieribus in sēctus furijs Tarquinius, circumire & prehensare minorum maxime gentiū Patres, admonere paterni beneficij, ac pro eo gratiam repetere. Tacitus libro undecimo de Claudio Principe loquēs: Hisdem diebus in numerū patriciorum ascituit Cæsar uetustissimum quenque è Senatu, aut quibus clari parentes fuerant, paucis iam reliquis familiarum quas Romulus maiorum, & Lucius Brutus minorum gentium appellauerant: exhaustis etiā quas Dictator Cæsar lege Cassia, & Princeps Augustus lege Senia sublegere. Ex his apparet Patricios dictos esse nobiles Romanos, qui à primis Senatoribus oriundi erant. Suetonius in Augusto: Ea gēs, inquit, a Tarquinio Prisco Rege inter Romanas gentes allec̄ta in Senatum, mox à Seruio Tullio in patricias traducta, procedente tempore ad plebem se contulit, ac rursus magna uī per Diuum Iulium in patriciatum redijt. Non omnes autem patricij, Senatores erant, ut idem alibi ostendit. In locum, inquit, Tribuni plebis fortē demortui candidatum petitorē se ostendit, quanquam patricius necdum Senator. Patriciatu hic alius est prorsus ab illo patriciatu antiquitati incognito, cuius meminit Iustinianus in titu. de Cōsulib. lib. XII. Cod. Cuius nulla prorsus apud antiquiores scriptores fit mētio. De qua dignitate Sudas, Πατρις & ὁ πατρις Πρωτος. Patricius, inquit, patricius est communis Reipublicæ. Hi autem in prima dignatione

Patricij.

Patriciatu.

Patricij & Patricius.

tionem erant supremi consilij eodem autore. Accursius haec duo confundens libro primo Institutionum in titulo de iure naturali, ubi patriciorum & plebis Iustinianus meminit. Hi, inquit, erant patres Imperatoris. Sed videndum de hac appellatione maiorum minorumque gentium. Cicero libro primo Tusculanarum: Si uero scrutari uetera, & ex ijs ea quae scriptores Graeciae prodiderunt eruere coner, illi ipsi maiorum gentium Dij qui habentur, hinc à nobis profecti in caelum reperientur. Cicero metaphoricis maiorum gentium Deos appellat eos, qui caelestes habitus sunt semper, qui selecti dicti sunt ab antiquis: quos etiam Augustinus libro septimo de Ciuitate Dei, Deos praecipuos et selectos appellat his uerbis: Fieri enim potest ut saltem Deos selectos atque praecipuos, quos Varro uolumine complexus est ultimo, quisquam colendo propter uitam, quae non aeterna est, opinetur. Hi uiginti numero fuerunt, duodecim mares, octo foeminae, ut idem latissime exquitur. Et libro quarto: Quis enim ferat, inquit, quod neque inter Deos Consentes, quos dicunt in consilium Iouis adhiberi, nec inter Deos, quos selectos uocant, felicitas constituta est? Minorum autem gentium Dij secundum hoc dicebantur ascriptitij quidam & allecti in Deorum numerum, qui ex hominibus diuinos honores meruerant, ut illi Senatores qui à Tarquinio in Senatum (ut supra diximus) allecti sunt, minorum gentium Senatores dicebantur. De his autem duobus Deorum generibus sic in lege duodecim tabularum cauebatur: Diuos & eos qui caelestes semper habitus sunt colunt, & illos quos in caelum meritis uocauerunt, Herculem, Liberum, Aesculapium, Castorem, Pollucem, Quirinum. Idem Cicero in Acad. Zenoni, & reliquis serè Stoicis aether uidetur summus Deus, mēte

praed

Dij maiorum gentium & selecti.

Consentes.

Dij minorum gentium, qui & ascriptitij.

praeditus, quo omnia regantur. Cleanthes, qui quasi maiorum est gentium Stoicus, Zenonis auditor, solem dominari & rerum potiri putat. Cicero maiorum gentium Stoicos appellat eos, qui ueri legitimumque Stoici sunt, quique fundamenta Stoicae sectae iecerunt, ut Zeno primus, & post eum Cleanthes. Nam fuerunt & alij postea, ut Chrysippus qui à praecipuo suo Cleanthe dissentire coepit. Haec Tarquinij iam dicta institutio fecit ut interdum Senatores conscripti uocarentur. Plutarchus in Romulo: Ipsi autem Romani, inquit, Patres conscriptos id collegium appellant. quod nomen & dignitatis plurimum & inuidiae minimam praese fert. Sed ab initio tantum Patres dicti: postea ascriptis in eum ordinem pluribus, Patres conscripti uocati sunt. Vnde Festus: Patres dicti sunt, inquit, qui sunt patricij generis: conscripti, qui in Senatu sunt scriptis adnotati. Allecti etiam dicebantur eodem autore, Allecti, qui propter inopiam ex equestri ordine in Senatum sunt numerum assumpti. Vnde illud Tranquilli in Caesare, Peregrinis in Senatum allectis libellus propositus est, ne quis Senatori nouo curiam monstrare uelit. Hodie autem allecti ascriptitijque uocari possunt Latine in collegijs magistratum, qui uulgo creati & extraordinarij uocantur, ut nonnulli sunt hodie inter rationales & praefectos ratio minorum, quos clericos magistrisque computorum appellamus. Hi autem ascripti allectique à Graecis *παραστυραμύβοι* dicuntur. Itaque Lucianus hos Deos *ἑστυραμύβους* appellat, quos Cicero maiorum gentium uocauit, quasi iam inde ab initio in Deorum albo connumeratos. *Παραστυραμύβους* uero Herculem, Liberum, Ganymedem, quos etiam Mopsos uocat, quasi incolas aduenasque Deos, hoc est, asctos, ascriptitios, adoptiuos.

Patres Conscripti.

Allecti.

Ascriptitij.

Rationales. Ratio minorum praefecti.

Dij ascriptitij.

Παραστυραμύβοι.

Εγγεγραμμένοι. De Apolline enim loquens ita inquit: *εγγεγραμμένον* ἔς τὸ δώδεκα ληξιαρχίον. Id est, scriptus in duodecim Deorum albo. Erat autē unus in Senatu, qui Princeps Senatus dicebatur. Plutarc. in Aphricano: Sequentes, inquit, Censores alij atq; alij Principem Senatus Aphricanum legunt. Quod genus honoris ijs tantum deferri cōsuevit, qui autoritatē & gloriam maximis in Rempublicam meritis præstantissimisq; rebus gestis essent cōsecuti. Quanta autem autoritas Senatus fuerit, licet ex Liuiο intelligere lib. 1. ab Vrbe condita: Cum sensissent, inquit, ea moueri Patres, offerendū ultro rati quod amissuri erant, ita gratiam incunt summa autoritate populo permissa, ut nō plus darent iuris, quā detinerēt. Deceuerūt enim cūm populus Regem iussisset, id sic ratū esse, si Patres autores fierent, hodieq; in legibus magistratibusq; rogādīs usurpatur. Id enim ius ui adepti, prius quām populus suffragium ineat, in incertū comitorum euentum Patres autores fiunt. Cicero huius rei meminit in Oratione pro Plancio. Apud eundem Liuium libro quarto de bello Macedonico ita inquit Tyrannus Lacedemonius ad Quintiū populi Romani Imperatorem: Vos à censu equitem, à censu peditem legitis, & paucos excellere opibus, plebem subiectam esse illi uultis: noster legum lator Rempublicam in paucorum manu esse noluit, quem uos Senatū appellatis, nec excellere unum aut alterum ordinē in ciuitate. Autoritas autē Senatus, & maiestas populi dicebatur. Cicero Philippica 1. 1. Tantus autem cōsensus municipiorum coloniarumq; prouinciæ Galliæ, ut omnes ad autoritatē huius ordinis maiestatemq; populi Romani defendendā cōspirasse uideantur. Inde læsæ maiestatis & imminutæ autoritatis crimina, de quibus alibi dicendum. Senator, no-

Princeps Senatus.

De autoritate Senatus.

Senatus autoritas in futurū accommodabitur.

In incertum euentum auctores fieri.

Autoritas Senatus. Maiestas populi.

Maiestas læsa. Autoritas imminuta.

777

men ordinis erat, non magistratus. Tres enim erant ordines Romæ, senatorius, equestris, & plebeius. Ab Aristotele τὰς τρεῖς dicuntur. Plinius libro trigesimo tertio: Sed annuli planē medium ordinem, tertiumq; plebi & patribus inferuere, ac quod antea militares equi nomen dederant, hoc nunc pecuniæ Iudices tribuunt. Nec pridē id factum, diuo Augusto decurias ordinante maior pars Iudicū in ferreo annulo fuit, ijsq; non equites, sed Iudices uocabantur: equitum nomen subsistebat in turmis equorum publicorum. His uerbis significat Plinius equestrē ordinem annulum aureum pro insigni habere cœpisse, ut distingueretur à plebe. Equites etiam Iudices uocabantur, quia Iudicū decuriæ ex equestri ordine deligebantur: ut uidebitur fortasse in lege ultima, De muneribus & honoribus, §. Iudicandi quoq; necessitas. Tranquillus in Casare: Ludi Decius Laberius Eques Romanus mimum suum egit, donatusq; quingentis sestertijs & annulo aureo, sessum in quatuordecim ex scena per orchestram trāsijt. Laberius, inquit, Poëta cūm in scena poëma quod composuerat egisset, donatus est ordine censu & dignitate equestri. Annulus aureus insigne erat ordinis equestris. Censu autem equestris quadringēta sestert. Hic etiam ordo ius habebat spectandi in quatuordecim ordinibus theatri. Id est, quatuordecim gradibus, ut Senatorius ordo in Orchestra spectabat. Iuuenalis Satyr. decimaquarta: Effice summam Bisseptem ordinibus, quam lex dignatur Othonis. id est, quadringēta sestert. Et paulō post: Sume duos equites, fac tertia quadringēta. Id est, opta tibi duplicem triplicemq; censum equestrē. Ex equestri autem ordine ad Senatorium transitus erat. Vnde Alexander Imperator Romanus dicere solebat, seminarium Senatorum equestrē

Tres ordines Romæ. Τὰς τρεῖς.

Annulo aureo insignitus. Equestris ordo Equites. Iudices.

Annulus aureus. Censu equestris. Orchestra.

Quadringēta.

Ex equestri ordine ad Senatorium transitus.

Latusclauus.
Lunatus cal-
ceus.

locum esse. Senatorij ordinis insigne latusclauus erat, & calceus lunatus; qui tamen communis nobilitati fuisse putatur. Iuuenalis de Quintiliano: Appositam nigrae lunam subtextit alute. Cicero Philippica decima tertia: Est etiam Asinius quidam Senator uoluntarius lectus ipse à se: apertam curiam uidit post Caesaris mortem: mutauit calceos, pater conscriptus repente factus est: id est, lunatos calceos sumpsit. Latusclauus, quod laticlauium etiam

Laticlauium.
Ius annulorum.
Calcar aureum.

dicitur, pro Senatorio dignitate ponitur, ut ius annulorum aureorum pro equestri ordine, & hodie calcar aureum. Inualuit tamen error ut Iurisperiti militem pro

Miles.
Eques.

equite dicant, cum nusquam in iure legatur. Miles enim tam caligatum gregariumq; peditem significat, quam equo militantem & honoratum. Miles enim à togato, & (ut recentiores loquuntur) à pagano distinguitur. Plinius: Annulli distinguere alterum ordinem à plebe, ut semel coeperant esse celebres, sicut tunica ab annulis Senatorum tantum. Quamquam & hoc sero, uulgoq; purpura latiore tunicae usus inuenimus etiam praecones. Tunica

Tunica.

purpuram Plinius laticlauium uocauit. Tranquillus in Augusto: Sumentu uirilem togam tunica laticlauri resuta ex utraque parte ad pedes decidit. Fuerunt qui interpretarentur non aliud significare, quam ut is ordo cuius insigne id esset, aliquantò ei subiret.

Laticlauri.
Clauus.
Laticlauium.
Tunica.

Aliqui clauum simpliciter appellant, ut Lampridius in Alexandro, qui etiam laticlauium uocat. Tunica autem uestis est cui toga superinduitur: nostri sericum uel setam uocant lingua uernacula. Quintilianus libro nono: Cui laticlauri ius non erit ita cingatur, ut tunicae prioribus oris infra genua paulum, posterioribus ad medios poplites usque perueniant. Nam infra, mulierum

est;

est: supra, Centurionum. Ut purpura rectè descendant, leuis cura est: noceatur interim negligentia. Latum habitum clauum modus est, ut sit paulum cinctis submissior. Ipsam togam rotundam esse & apte casam uelim. Ex dictis apparet Latumclauum tunicam fuisse purpuream praetextam, latiore tunica uulgari longioreque, ac distinctam, cui toga superinduebatur, ut tunicae. Plinius in Epistolis: Ego latumclauum à Cesare nostro, ego Quæsturam impetraui. Latumclauum, inquit, id est, Senatoriam dignitatem. Herodianus de Plautiana libro tertio: Siquidem latumclauum perpetuò habebat, atq; in secundis Consularibus numerabatur. Ensem praeterea gestabat, cetera que omnia supremæ dignitatis insignia. Laticlauri perpetuo gestandi autoritas inter primas dignitates habebatur Herodiani tempore: ut ipse autor est libro tertio. A Græcis πλατύσιμον & ἐσθῆς dicitur quasi uestis lato signo distincta ab alia. Herodotus ἡμφί-
ἐσθῆς.

Latusclauus.

Πλατύσιμος
ἐσθῆς.

Latus clauus.

ἐσθῆ τε πλάτυσιμον ἐσθῆτα, καὶ ἐν τοῖς δαιμόνοις ἐπαρῆσιμον ἐτέτακτο. Hæc de laticlauri semel dicta sunt: ne sicubi in Pandectis hoc uerbum occurrerit, dicendum iterum habeamus. Hæc autem insignia in luctu publico deponerentur. Lilius libro nono, de Caudina pace loquens: Ex templo sine ulla publica autoritate concessum in omnem formam luctus est. Tabernæ circa forum clausæ, iustitiamq; in foro sua sponte ceptum prius quam indictum. Laticlauri, annuli aurei positi, penè exercitu ipso moestior ciuitas esse. Ordo Senatorius amplissimus ordo uocitabatur. Cicero pro domo sua ad Pontifices: Quid cum Senatum pro me non modò propugnare amplissimum ordinem: sed etiam plorare & supplicare mutata ueste prohiberent, ne tum quidem uis erat?

Luctus publici
forma.

Amplissimus
ordo.

Et de prouincijs cons. Reduxit me cum illo in gratiã ordo amplissimus, & ordo is qui est publici consilij & meorum omnium consiliorum autor & princeps. Itidem sepe Li. Maestas. uius. Et Paulus in lege Nutu. de Legatis tertio. Maestatem eius ordinis dignationeq; Liuius his uerbis significauit de Alexandro Magno loquens: Victus ne esset consilij iuuenis unius (ne singulos nominem) Senatus ille, quem qui ex Regibus constare dixit, unus uerã speciem Romani Senatus cepit. Nunc uidendum de legēdis Senatoribus. Hi igitur plerūq; à Cēforibus legebātur, à quibus & Senatu interdū mouebantur. Liuius tamen libro tertio secundi belli Punici; Dictatorem, inquit, qui Cēfor antē fuisset, uetustissimusq; ex ijs, qui uiuerent, Censorijs esset, creati placuit qui Senatum legeret. Et paulo post, de Buteone loquens, qui ob id Dictator creatus erat: Nã neq; Senatu quenquam se moriturū dixit ex ijs, quos Caius Flaminius & Lucius Aemilius Censores in Senatum legissent (transcribi tamen recitariq; iusserunt) ne penes unum hominem iudicium arbitriūq; de fama ac moribus Senatoris fuerit, & ita in demortuorum locū subiecturum, ut ordo ordini, nō homo homini prelatatus uideretur. Recitato ueteri Senatu inde primum in demortuorum locum legit, qui post Luciu Aemilium & C. Flaminiū Censores Curulem magistratum cepissent, necdum in Senatū lecti erant, ut quisq; eorū primus creatus erat. Tum legit qui Aediles, Tribuni, Praetores, Quæstores ue fuerāt. Tum ex ijs qui spolia ex Romano hoste fixa domi haberent, aut ciuicam coronam accepissent. Ita centum septuaginta septem cū ingenti approbatione hominum in Senatum lectus ex templo se magistratu abdicauit. Cicero in Verrem Actione tertia; Decreuit Senatus honorifico Senatusconsulto, ut Halesinis

lesinis Claudius Pulcher Prætor de Senatu cooptando leges conscriberet Caius Claudius adhibitis omnibus Marcellis qui tum erant, de eorum sententia leges Halesinis dedit: in quibus multa sanxit de ætate hominum, ne quis minor triginta annis natus, de quæstu, quæ qui fecisset, ne legeretur de censu, de cæteris rebus. Censu Senatorius duplex quàm equestris erat, atq; etiam sub Augusto triplex. Tranquillus in eodem, Senatorium censum ampliuit, ac pro octingentorū millium summa duodecies sester tium taxauit, suppleuitq; nō habentibus. Et Senatores igitur & equites, ex quibus Iudices fiebāt, à censu sumebantur ætate posteriori: quod Plinius libro XIII. his uerbis reprehendere uidetur: Posteris laxitas mūdī & rerū amplitudo damno fuit, postquam Senator censu legi coeptus, Iudex fieri censu, magistratum Ducemq; nil magis exornare quàm census, pessum iere uitæ pretia, omnesq; à maximo bono liberales diuæ artes in cōtrarium cecidere. Variã autem ratio legendi Senatus fuit diuersis temporibus. Tranquillus in Augusto: Senatorum affluentem numerum deformi & incondita turba (Erant enim supra mille, & quidam indignissimi, & post necem Cesaris per gratiam & præmium allecti, quos abortiuos uulgus uocabat) ad modum pristinum & splendorem redegit, duabus lectionibus: prima, ipsorum arbitratu quo uir uirum legit: secunda, suo & a grippæ. Quosdam ad excusandam se uerecundia compulit, seruauitq; excusantibus insigni uestis & spectandi in orchestra epulandiq; publicè ius. Idem in Claudio: Latumclauum (quamuis initio affirmasset non lecturum se Senatorem, nisi ciuis Romani abnepotem) etiam libertini filio tribuit: sed sub conditione, si prius ab equite Romano adoptatus esset, ac sic quoque

Censu Senato
rius.Senatus legen
diratio.

reprehensionem uerens etiam Appium Cæcum Censorem generis sui proautorem, libertinorum filios in Senatum allegisse docuit. ignarus temporibus Appij & deinceps aliquandiu libertinos dictos non ipsos qui manumitterentur, sed ingenuos ex ijs procreatos. Ex quibus uerbis apparet Libertinos aliter olim accipi solitos quàm nûc in iure scriptum sit. Vnde Lilius libro decimo in persona Publij Decij, loquens contra nobilitatem: An unquam fundo audistis patricios primò esse factos, non de cælo demissos? Sed qui patrem ciere auumq; possent, id est, nihil aliud quàm ingenuos: Consulem iam patrem ciere possum, auumq; iam poterit filius meus. Instar est huius hodie quod locorum quorundam moribus receptum est, ut ne iusta nobilitas esse censeatur, nisi in pronepote & deinceps eius qui natalibus restitutus est. Idq; ad ea quæ de gentilitatis iure diximus, haud dubiè pertinet. Natalibus autem restituere hodie nobilitare uocamus: & nobilitationem, natalium restitutionem. Verbum est in iure frequens. Dicitur autem natalibus restitui non modò libertus, ut patronatus obseruatiã liberetur, sed etiam plebeius cum ad nobilitatem asciscitur, quamuis antea nunquam inter nobiles fuerit. Cuius rei rationem hanc esse existimo, quòd gentiles de quibus multa diximus, ab eis distinguuntur, qui ingenuitatè intactam illibatamq; nò habèt, sed aliqua conditione obnoxiam: cuiusmodi sunt plebeij omnes qui ipsi maiores uel eorum seruitutem aliquam seruiuerunt. Propterea igitur natalibus restitui dicuntur qui ad nobilitatem uocantur, quasi absterfa natalium plebeiorum sordida conditione, & in priscam, communemq; ab initio generi humano ingenuitatem, repositis illis qui hoc beneficio affecti sunt. Plinius ad Traianum: Postulantibus quib

Libertini.

Ingenui

Natalibus restituere.
Natalium restitutionio.

Gentiles.

quibusdam ut de agnoscendis liberis restituendisq; natalibus, secundum epistolam Domitiani scriptam Minutio Ruffo, & secundum exempla Proconsulum ipse cognoscere, respexi ad Senatusconsultum pertinens ad eadem genera causarum. Ius autem annulorum donare apud antiquos erat id ferme quod equitem facere dicimus. Tranquillus in Cesare: Promissumq; ius annulorum cum nullibus quadringenti fama distulit: id est, diuulgauit. Idem in Vitellio: Prouincia deinde accepta Asiaticum manumiserit: ac primò imperij die aureis donauit annulus si per cœnam, cum manè rogantibus pro eo cunctis detestatus esset seuerissime talem equestris ordinis maculam. Vtriusq; autem horum meminit Vlpianus in lege: Sed si hac, infra, De in ius uocando. ubi maius esset docet natalibus restitui, quàm iure annulorum donari. Dignitas autem equestris quæ hodie à Regibus & Regum legatis aut exercituum Prefectis donatur, decus est militiæ, licet & in togatos etiam conferatur. Instar autem esse uideatur antiqui moris. Torques enim aurei militibus ob rem strenuè gestam donari ab Imperatoribus solebant: unde torquati dicti, qui duorum generum erant: simplares duplaresq;. Vegetius libro secundo: Torquati, inquit, duplares, torquati simplares erant, quibus torquis aureus solidus uirtutis præmium fuit. quem qui meruisset, præter laudem interdum duas consequebatur ammonas. duplares duas, simplares unam. Torquati tamen hodie uocitari debent equites, qui uulgò cochleati dicuntur, quos Rex noster gestamine suo regioq; insigniuit: ordinem regium gestare dicuntur. Collegium est & sodalitas, cuius princeps caput est, torque sunt illi conchulato insignes, quem diebus solemnibus collo circumdant, à diuo Michæle

Ius annulorum donare.

Torques.

Torquati.

Collegium.

Michael nume *chaële* denominati, quem pro sodalizio numine colunt.
 sodalitiū. Maximus quisque procerum in eam cohortem cooptari solet. Vidimus aliquando ex eo numero unum moueri grauiſſimi criminis reum: qui de collegij ſententia exautoratus, curiæ deditus eſt ad pœnam, quam curia ſtauiſſet crimini. Duces Burgundiæ Chryſomallon cohortem inſtituerunt aureo uellere inſignem. Reges Angliæ procerum ſodalium cohortem perifcelide donant. Vt ad Libertinos redeamus. Lilius libro nono, autor eſt luſu publico teſtata Appianæ Cenſuræ indignitatem, qui libertinos in Senatum allegerat: Ceterum, inquit, Flauium Aedilem dixerat forenſis factio Appij Claudi Cenſura uires naſta, qui Senatum primus libertinorum filijs lectis inquinauerat: & poſteaquam eam leſionem nemo ratam habuit, nec in curia adeptus erat quas petierat opes urbanas, humilibus per omnes tribus diuiſis forum & campum corrupit: tantumq; Flauij comitia indignitatis habuerunt, ut pleriq; nobilium aureos annulos & phaleras deponerent. Mouebantur autem Senatores Senatu à Cenſoribus, qui etiam ipſi ordinibus omnibus notis ignominie inurere poterant. Lilius libro uigeſimo nono: Cenſores Marcus Porcius & Lucius Valerius metu mixta expectatione Senatum legerunt: ſeptem mouerunt Senatu, ex quibus, unum inſignem & nobilitate & honoribus L. Quintium Flaminiū Conſularem; Patrum memoria, inquit, inſtitutum fertur ut Cenſores motis è Senatu aſcriberent notas. Catonis & aliæ quidem acerbae orationes extant in eos, quos aut Senatorio loco mouit, aut qui bus equos ademit. Longè grauiſſima in L. Quintium oratio eſt, quaſi accuſator ante notam non Cenſor poſt notam uſus eſſet, retinere Quintium in Senatu ne frater quidem Titus

Cenſores Senatu mouebat Senatores.

Titus Quintius, ſi tum Cenſor eſſet, potuiſſet. Aſconius in Diuinatione Cicronis de notis Cenſorij loquens, ita inquit: Regendis moribus ciuitatis Cenſores quinto quoq; anno creari ſolebant. Hi prorſus ciues ſic notabant, ut qui Senator eſſet, eiſceretur Senatu: qui eques Romanus, equum publicum perderet: qui plebeius, in caritum tabulas referretur & ararius fieret, ac per hoc non eſſet in albo Centuriæ ſue, ſcilicet ad hoc ut eſſet ciuis, ſed tantummodo ut pro capite ſuo tribui nomine ara penderet. Hoc igitur tam triſte ſeuerumq; nomen populus Romanus ſic oderat, ut internuſſum eſſet per plurimos annos tẽpore Cicronis, quod tamen Cicero propter infamiam corruptorum iudiciorũ dicit in illa oratione plebem ipſam quæ antè reuſabat, expoſcere. De qua Cenſura idẽ pro Cluentio, ita inquit: Hic primũ illud cõmune proponam, nunquam animaduerſionibus Cenſorij hanc ciuitatẽ ita contentam, ut rebus iudicatis fuiſſe. Et ruruſus: Cenſores deniq; ipſi ſepenumero ſuperiorum Cenſorũ iudicij (ſi iſta iudicia appellari uultis) non ſteterunt, atq; etiã ipſi inter Cenſores ſua iudicia tanti eſſe arbitrantur, ut alter alterius iudicium non modo reprehendat, ſed etiã reſcindat: ut alter de Senatu mouere uelit, alter retineat, et honore ampliffimo dignũ exiſtinet: ut alter in arariis referri aut tribu moueri iubeat, alter uetet. Aſconius uerò in oratione eiufdẽ in L. Piſonẽ multas leges pernicioſas P. Claudiũ in Tribunatu ſuo Piſone & Gabinio Conſulibus tuliffe dicit. inquit & illa, ne quẽ Cenſores in Senatu legendo præterirent, ne ue qua ignominia afficeret, niſi qui apud eos accuſatus & utriuſq; Cenſoris ſententia damnatus eſſet. Vnde Cicero. in iam dicta oratione pro Cluentio: Videte, inquit, quid agatis, ut unumquẽq; noſtrũ Cenſoribus in poſterum poteſt

Cenſoria iudicia.

potestatem regiam permissis: ne subscriptio censoria non minus calamitatis civibus, quam illa acerbissima proscriptione possit asserere: non censorium stylum, cuius mucronem multis remedijs maiores nostri retulerunt, aequae post hac atque illum gladium dictatorium pertimescamus. Haec et alia mihi Cicero multa ad elevandum censorij iudicij pondus commentus est, causae tum inseruiens. Itaque in Lucium Pisonem ueluti palinodiam caneret: Centum prope annos, inquit, legem Heliam et Fufiam tenueramus, quadringentos iudicium rationemque censoriam. Quam potestatem minuere (quod minus quinto quoque anno de moribus nostris iudicaretur) nemo tam effuse petulas conatus est. Haec o carnifex in gremio sunt sepulta Consulatus tui. Linius libro quarto ab Urbe condita: Censores aegre passi, Mamercum, quod magistratum populi Romani minuisse, tribu mouerunt, octuplicatoque censu aerarium fecerunt. Haec de Censura censorijsque notis obiter dicta sint, atque etiam de aerarijs: quod uerbum frequens apud scriptores antiquos a paucis satis intelligitur. Apud Graecos similes erat qui ἐξαρκαμῶν κροπόλῃ in arcem relata eorum nomina essent, ut enim Latine in aerarios relati dicuntur, sic illi in arcem relati erant, qui et In arcē relati. ὄφλορες dicuntur, et κατάδικοι, et ἐξαιμωμένοι. qui ignominia interim notati erant, quoad iudicatum facerent. Hoc est, omnia ex sententia persoluerent. Et quemadmodum nostri eximere ex aerarijs dicebant, cum aliquē hac ignominia leuabant: sic illi ἐξαρκαμῶν ἐξαιμωμένοι. Ex aerarijs eximere. Censorum animaduersionibus Gellius libro quarto, ita inquit: Si quis agrum suum passus

Ἐξαρκαμῶν κροπόλῃ
 In arcem relati.
 ὄφλορες.
 Κατάδικοι.
 Ἐξαιμωμένοι.
 Ex aerarijs eximere.
 Censorum animaduersionibus.

passus fuerat sordescere, eumque indiligenter curauerat, ac neque arauerat, neque purgauerat, siue quis arborem suam uineamque habuerat derelictui, non id sine poena fuit: sed erat opus censorium, censoresque aerarium factebant: ite si quis eques Romanus equum habere gracilentum aut parum nitidum uisus erat, impolitiae notabatur: quasi tu dicas incuriae. Sunt et alia exempla apud eundem eodem lib. capite ultimo. Videamus de conuocando habendoque Senatu. Gellius libro decimo tertio, ex libro quodam Varronis enumerat eos magistratus, per quos more maiorum Senatus olim haberi solitus est, eosque nominat Dictatorem, Censurales, Praetorem, Tribunum plebis, Interregem, Praefectum urbi: neque alij praeter hos ius fuisse dicit faciendi Senatusconsulti. Quotiescunque usu uenisset ut omnes isti magistratus Romae essent, tum quo supra ordine scripti essent, qui eorum prior alij esset, ei potissimum Senatum consulendi ius fuisse. Addit deinde extraordinario iure Tribunos quoque militares qui pro Consulibus fuissent, item Decemuiros quibus imperium consulare tum esset, item Triumuiros Reipublicae constituendae causa creatos, ius consulendi Senatui habuisse. Senatus autem habebatur aut legitimus, aut indictus. Capitolinus in Gord. Non legitimo, inquit, sed indicto Senatus die Consul iam domi conuentus, cum Praetoribus, Aedilibus et Tribunis in curiam uenit. Legitimus Senatus statis diebus habebatur. Tranquillus in Augusto: Sanxit, inquit, ne plus quam bis in mense legitimus Senatus ageretur: scilicet Calendis et Idibus, ne uel Septembri uel Octobri uel mense ullos adesse alios necesse esset quam sorte ductos, per quorum numerum decreti confici possent. Spartianus in Adriano: Senatui legitimum, cum in urbe uel iuxta urbem esset, semper interfuit.

Senatus conuocandiratio.

Senatum consulendi ius. Senatus legitimus & indictus.

Edict

Edictus, indi-
 catus Senatus.
 Νόμιμος ἐπι-
 κλησία.
 Σύγκλησις.
 Concilio legiti-
 ma & conuo-
 cata.

Edictus autem uel indictus erat qui ob negotia incidētia
 repente indicebatur. Idem in Cesare: Postquam Senatus
 Idibus Martijs in Pompeij curiam edictus est, facile tēpus
 & locum prætulerūt. Sic apud Athenienses νόμιμος ἐπι-
 κλησία dicebatur ἡ νόμος καὶ ὠρισμένη τις ἢ μνησὶς,
 Σύγκλησις δὲ ἡ ἐξείφους γενομένη δλία τὴ κατ᾽ἐπιτοίαν. Le-
 gitima cōcio dicebatur fixa stataq; concio, quæ ter in men-
 se habebatur. Conuocata autem ἐπὶ indicta, quæ repente
 noua quadam de causa fiebat. Autores, Sudas & interpre-
 tes Demosthenis in oratione τῶ ἐπὶ παραπροσβείας, enarrā-
 tes illud ἐποβούτο ὃ μὴ ἐξείφους ἐκκλησία γένηται. Ap-
 pianus libro primo de bellis Ciuilibus: Consulū alter Opi-
 mius nomine, ut in trepidatione mos est, nōnullos cū armis
 in Capitolium festinare iubet, Senatūq; per præconē con-
 uocari. Cæterum Gellius autor est iustum Senatusconsultū
 esse nō posse, nisi quod in loco per Augures constituto
 quod tēplū appellaretur, factū esset. Propterea & in cu-
 ria Hostilia & in Pōpeia, & post in Iulia cū profana
 ea loca fuissent, tēpla esse per Augures cōstituta, ut in ijs
 iusta Senatuscōsulta more maiorū fieri possent. Scriptūq;
 Varronem reliquisse non omnēs aedes sacras templa esse:
 Senatusconsultum autem ante exortum aut post occasum
 solem factum, ratum nō fuisse. Opus etiam censoriū fecisse
 existimatos per quos eo tempore Senatusconsultū factum
 esset. Immolareq; hostiā prius, auspiciariq; debere qui Se-
 natum habiturus esset. De rebus quoq; diuinis prius quàm
 humanis ad Senatum referendum esse. Tum porrò refer-
 ri debere aut infinite de Republica aut de singulis rebus
 finite. Senatus autem cōsulta duobus modis fiebant, aut
 per discessionem, inquit, Gellius, si consentiretur, aut si
 res dubia esset, per sententias singulorum exquisitas.

TRAN

Tranquillus in Tiberio, Cū Senatusconsultum per di-
 scessionem fortè fieret, transeuntem cum in alteram par-
 tem in qua pauciores erant, secutus est nemo. Cicero Phi-
 lip. I I I. Cū de repub. relaturus fuisset, allato nuntio de
 legione quarta, mente concidit, effugere festinans, Sena-
 tusconsultum de supplicatione per discessionem fecit: cum
 id factum esset antea nunquā. Idem in ultim. In has senten-
 tias meas si Consules designati discessionem facere uolui-
 sent, omnibus istis latronibus autoritate ipsa Senatus iam-
 pridem de manibus arma cecidissent. Gellius libro I I I. de
 Pedarijs Senatoribus loquens, Non pauci sunt, inquit, qui
 opinantur Pedarios Senatores appellatos qui senten-
 tiam in Senatu non uerbis dicerent, sed in alienam senten-
 tiam pedibus irent. Quid igitur cū Senatusconsultum per
 discessionem fiebat, nonne uniuersi Senatores sententiam
 pedibus ferebāt? Et paulò post, Marcus Varro, inquit, in
 Satyra quæ Hippocyon dicitur, equites quosdā dicit Pe-
 darios appellatos, uideturq; eos significare, qui nōdum à
 Censoribus in Senatum lecti, Senatores quidem non erāt:
 sed quia honoribus populi usi quidem erant, in Senatum
 quidem ueniebant, & sententiæ ius habebant. Nam &
 Curulibus magistratibus functi qui nondum à Censoribus
 in Senatum lecti erant, Senatores non erant: & qui in po-
 stremis scripti erant, non rogabantur sententias, sed quas
 principes dixerant, in eas discedebant. Hoc significabat
 edictum quo nunc quoque Consules cum Senatores in cu-
 riam uocant, seruandæ consuetudinis causa translaticio
 nitur. Verba edicti sunt hæc, Senatores quibusq; in Se-
 natu sententiam dicere licet, & reliqua. Translaticium
 edictum Gellius appellat ex antiqua consuetudine desump-
 tum, quomodo & Cicero appellauit in Prætura urba-

Senatusconsultum per disces-
 sionem.

Discessionem
 facere.

Pedarij Sena-
 tores.

Non omnibus
 Senatoribus di-
 cendæ sententiæ
 ius erat in Se-
 natu.

Translaticium
 edictum.

na. His autem Gellij uerbis facile intelligimus non frustra ab Vlpiano hoc in loco praefinitam circumscriptionem Senatorum appellationem esse. Cic. ad Attic. libr. i. Cum est actum, neque animaduersum est, et raptim in eam sententiam Pedarij concurrerunt. Inde illa locutio, In sententiam ire, et pedibus in sententiam ire. Lilius libro v. Primores patres censuere non expectandum iustum tempus comitorum, sed exemplo nouos Tribunos militum creandos esse, qui a Calendis Octobribus magistratum occiperent. In quam sententiam cum pedibus iretur, ceteri Tribuni militum nihil contradicere. At enim uero Sergius Virginiusque, propter quos poenitere magistratum eius anni Senatam apparebat, primo deprecari ignominiam, deinde intercedere Senatufconsulto. Idem libro i. x. Cum omnes laudibus modo prosequentes uirum in sententiam eius pedibus irent, tentata paulisper intercessio est a Lucio Liuiio et Quinto Melio Trib. Plinius libro ii. epist. Sed cum fieret discessio qui sellis curulibus assiderant, in Cornuti sententiam ire coeperunt. Tum illi qui se collega adnumerari patiebantur, in diuersum transferunt. Cicero Philipp. xi. Dixit tamen si quis eorum qui post se rogati essent, grauiorem sententiam dixisset, in eam se iturum. Nos hodie id ad idem dicere uocamus. Quod ignari ignauique aut assentatores plerumque facillime dicuntur graues etiam uiri interdum faciunt, si res ita poposcerit. Hoc autem Tranquillus in Augusto eleganter et breuiter expressit, Sententias, inquit, de maiore negotio non more atque ordine, sed prout libuisset perrogabat. ut perinde quisque animum intenderet, ac si censendum magis quam assentiendum esset. Plinius in Panegy. de Domitiano temporibus loquens, At quis antea loqui, quis hiscere audebat,

In sententiam
ire.

Facere disces-
sionem.

bat, praeter miseros illos qui primi interrogabantur? ceteri quidem defixi et attoniti, ipsam illam mutam ac sedentariam assentiendi necessitatem, quo cum dolore animi, quo cum totius corporis horrore perpetiebatur: unus solusque censebat quod sequerentur omnes, et omnes improbarent, in primis ipse qui censuerat. Verba sunt Plinij significantis tyrannicam uiolentiam Imperatoris, in cuius sententiam omnes ire cogebantur. Est igitur censere quod uulgo opinari uocant. Id est, sententiam suam explicata ratione approbare audientibus. Idem in Epistol. iam censendi tempus dixit Domitius Consul designatus. Gellius tamen lib. xiii. docet nullum fuisse Senatufconsultum in quo discessio non esset necessaria. De ordine uero rogandarum sententiarum quem Augustum non seruasse Tranquillus dixit, idem Gell. libr. iiii. ita inquit, Ante legem quae nunc de Senatu habendo obseruatur, ordo rogandi sententias uarius fuit. Alias primus rogabatur qui a Censoribus princeps in Senatum lectus erat: alias qui designati Consules erant: Quidam est Consulibus studio aut necessitudine aliqua adducti, quem ijs uisum erat honoris gratia extra ordinem sententiam primam rogabat. Obseruatum tamen cum extra ordinem fieret, ne quis quenquam ex alio quam Consulari loco sententiam primum rogaret. Haec tamen Gellius. Licebat autem per legem de Senatu habendo rationem sententiae suae Senatores censentes exposcere. id quod ex his Plinij uerbis intelligi potest ad Valerianum lib. v. Epist. Absolutus est reus sententia designati Consulis Afranij Dexter. Assenserunt omnes praeterquam Licinius: is inter dicendum ei aduocatione per quinquennium censuit. Et quamuis neminem autoritate traxisset, constanter in sententia mansit

Censere.

De rogandis
sententijs.

Lex de Senatu
habendo.

qui etiam Dexterū, qui primus diuersum censuerat, per-
lata lege de Senatu habendo, iure coëgit è Repub. fuisse
quod censuisset. Cui quanquam legitimæ postulationi à
quibusdam reclamatum est, exprobrare enim censenti am-
bitionem uidebatur. Sed priusquam sententiæ diceretur,
Nigrinus Trib. pleb. recitauit libellum disertum & gra-
uam, quo questus est uenire aduocationes, uenire et præ-
uaricationes, in lites coiri, & gloriæ loco poni ex spolijs
cuius magnos & statutos redditus. Recitauit capita legū,
admonuit Senatusconsultorum, & reliqua quæ Plinius
de mercenarijs aduocationibus exequitur, aduocatus ipse
memoriæ suæ celebratissimus. In rebus uerò momentosis
aut ad exemplum pertinentibus, Senatores nō minus cen-
tum Senatusconsultum facere poterant, ut uideatur ex Li-
uio lib. 1 x. de bel. Maced. de Bacchanalibus loquente, si
quis, inquit, tale sacrum solenne & necessarium duceret,
nec sine religione ac piaculo se dimittere posse, apud
Prætozem ut profiteretur, Prætor Senatum consuleret.
Si ei permissum esset, cum in Senatu centum non minus
essent: ita id sacrum faceret. Asconius tamen Corneliū Ci-
ceronis tēpore legem tulisse dicit, ne quis in Senatu legi-
bus solueretur, nisi ducenti affuissent: quæ sine tumultu
acta res est. Nemo enim negare poterat pro autoritate
Senatus esse eam legem. Verum duo Senatusconsulta uno
die nō fiebant: id quod innuit Capitolin. in Maximino his
uerbis de Gordiano loquens, Hic annū agens ætatis quar-
tumdecimum statim raptus est, & nouo genere Senatus-
consulti, cum eodem die Senatusconsultum factum esset,
inductus in curiam Cæsar est appellatus. Quo modo autē
Senatores in Senatum ire cogereentur, Cicero Philip. pri-
ma docet, Quid autem, inquit, erat causæ cur in Senatum

Senatorum ad
Senatusconsultum
faciendum
numerus.

Duo Senatus-
consulta uno
die nō fiebant

Senatus coa-
ctio.

hesterno die tam acerbè cogere? solus ne aberam, an nō
sepe minus frequentes fuistis? an ea res agebatur, ut etiā
egrotos deferri oporteret? Annibal, credo, erat ad por-
tas, aut de Pyrrhi pace agebatur: ad quam etiam causam
Appium illum & senem & cæcum delatum esse memo-
riæ proditum est. De supplicationibus referebatur, quo
in genere Senatores deesse nō solent. Coguntur enim nō
pignoribus, sed eorum quorum de honore agitur gratia.
Quod idem sit cum de triumpho refertur. Ita sine cura
Consules sunt, ut penè liberum sit Senatori nō adesse. Et
paulo post. Quis autem unquam tanto damno Senatorē
coëgit? aut quid est ultra pignus aut multatā? Verba sunt
Ciceronis conquerētis iniuriam Antonij Consulis, qui nō
contentus pignoribus captis aut multatā dicta, cogere in
Senatum uenire Ciceronē minatus est etiam frequentissi-
mo Senatu cum fabris se uenturum ad disturbendam sub-
uertendamq; domum eius. Idem lib. 11. de Orat. de iur-
gio Philippi Consulis in Senatu & L. Crassi magni illius
oratoris loquens, Hic cum homini & uehementi et diser-
to & in primis forti ad resistendum Philippo, quasi quas-
dam uerborum faces Crassus admouisset, non tulit ille,
& grauius exarsit, pignoribusq; ablati Crassum insti-
tit coërcere. Pignora autem capere uel auferre est, quod
nunc dicimus captionē bonorum. Coërcere igitur pigno-
ribus captis Cicero dixit, quod nos cogere per bonorum
captionē dicimus. Demosthen. Ἀχαιοὶ τῶν πτημάτων
dicit, quasi manū facultatibus iniicere. quod etiā Græcè
τῶν ἐν ἐχθρῶν λαμβάνειν dicitur, hoc est, pignora cape-
re. Gel. lib. v. 11. pignoris captionē hinc esse dictā ab anti-
q; affirmat ut usucaptionē. Præhædere uerò est apud eos
id quod nos corpore præhædere dicimus: cuius exemplum sta-

Pignora cape-
re & auferre.

Pignoris capio
Præhædere.

Censere Senatores quo modo cogebatur.

tim subiiciemus. Quibus autem modis Senatores in Senatum uenire, iisdem etiam censere cogebantur, nisi Tribuni intercederent. L. i. lib. v. i. i. secundi bel. Pun. Itaque Qu. Fuluius postulauit a Consule ut palam in Senatu diceret, permittere ne patribus ut de prouincijs decernerent: statutusque eo esset quod censuissent: an ad populum laturus? Cum Scipio respondisset se quod a Re. pub. esset esse facturum: tum Fuluius, Non ego, inquit, ignarus quid responsurus facturus uel esses, quaesui, quippe cum praeter te feras tentare magis quam consulere, Senatum. Itaque a uobis Tribuni ple. postulo, inquit, ut sententiam mihi ideo non dicenti quod si in meam sententiam discedatur, non sit ratum habiturus Consul, auxilio sitis. Inde altercatio orta, cum Consul negaret aequum esse, quo minus suo quisque loco Senator rogatus sententiam diceret: Tribuni decreuerunt, Si Cos. Senatui de prouincijs permittit, stari eo quod Senatus censuerit, nec de ea referri ad populum patiemur: si non permittit, qui de ea re sententiam recusabit dicere, auxilio erimus. Consul diem ad colloquendum cum collega petijt. Postero die permissum Senatui est. Prouincia ita decreta. Prehendi uero Senatores iussu Cos. poterant. Valerius lib. v. L. uero Philippus Consul aduersus eundem ordinem libertate exercere non dubitauit: nam segnitiam pro rostris exprobrans, alio sibi Senatu opus esse dixit: tantumque a poenitentia dicti absuit, ut etiam L. Crasso summe dignitatis et eloquentiae uiro id in curia grauius ferenti manu iniici iuberet. Ille reiecto lictore, Non est, inquit, mihi Philippe Consul quia nec ego tibi Senator sum. Id est, quia dixisti te alium Senatum querere. Gellius lib. i. i. i. Capito Atteius in libro quem de officio Senatorio composuit, scriptum hoc reliquit, Caius Caesar, inquit, Consul

Prehensio Senatoris.

ful Marcum Catonem sententiam rogauit. Cato rem quam consulebatur, quoniam non a repub. uidebatur, perfici non lebat. Eius rei gratia ducenda longa oratione utebatur, eximebatque dicendo diem. Erat enim ius Senatori, ut sententiam rogatus, diceret ante quicquid uellet alius rei et quoad uellet. Caesar Consul uiatorem uocauit, eumque cum finem non faceret, prehendi loquentem, et in carcerem duci iussit. Senatus consurrexit et prosequeretur Catonem in carcerem. Hac, inquit, inuidia facta Caesar destitit, et mitti Catonem iussit. Haec enim ille. Quid sit autem prehendere, et qui magistratus prehensionem, quique uocationem habuerint, et qui utrumque, aut etiam neutrum, idem Gellius lib. x. i. i. docet: Uocationem, inquit, habent Consules et ceteri qui habent imperium. Prehensionem Tribuni pleb. et alij qui habent uiatorem. neque uocationem neque prehensionem, ut Quaestores et ceteri qui neque lictorem habent neque uiatorem. Qui uocationem habent, iisdem prehendere, tenere, abducere, possunt: qui autem iure prehendi, is etiam in uincula duci potest. Sed quaerentibus nobis, inquit, quam ob causam Tribuni qui haberent summam coercendi potestatem, ius uocandi non habuerint: illud occurrit, quod Tribuni ple. antiquitus creati uidentur non iuri dicendo, nec causis querelisque de absentibus noscendis, sed intercessionibus faciendis, quibus praesentes fuissent, ut iniuria quae coram fieret arceretur, ac propterea ius ad se uocandi ademptum: quoniam ut uim fieri uerarent, a siduitate eorum et praesentium oculis opus erat. Labeo igitur Antistius legum morumque Populi Rom. peritissimus, per uiatorem Tribunorum ple. uocatus, eodem Gellio autore, respondit, ius eos non habere, neque se, neque alium quenquam in causa,

Libertas dicens in Senatu.

Vocationem & prehensionem habentes magistratus Tribuni pleb.

o k uocandi

uocandi, cum moribus maiorum Trib. pleb. prehensione haberent, uocationem non haberent. Posse igitur eos uenire & prehendi se iubere, sed uocandi absentem ius non habere. Inijcere manum Valerius in superiore exemplo pro prehendi dixit. licet inijcere manum proprie sit uerbo antiquo iuris, quoties nulla iudicis expectata auctoritate, rem nobis debitam aut etiam nostram uendicamus: quo modo usus est Quintilianus in vii. his uerbis, Aut alteri enim, aut inuicem de iure sit controuersia: ut in re tali, patri in filium, patrono in libertum manus iniecio sit: liberti heredem sequantur. Liberti filium quidam fecit heredem, inuicem petitur manus iniecio: & patronus negat ius patris illi fuisse, quia ipse in manu patroni fuerit. In eadem significatione usus est Vlpianus in l. Sed si hac, De in ius uocando. Et Paulus in l. penul. De seruis exportandis. Inijcere manum Latine dici debet quod lingua uernacula *saestre* appellamus. Vergilius, Iniecere manum Parcae. Sic dominus in praedium (ut nunc dicitur) feudarium hoc est, beneficiarium manum inijcere solet. Hoc Graeci τὴν χερσὶν ἐπιβολὴν appellant. Inijcitur etiam manus in aliquem, uel in eius bona, uel merces aliquas, quando inde ille abire, uel res inde moueri auctoritate aliqua uentantur, quod nos arrestare dicimus. Plin. ad Traianum epistola lvi. hoc uerbo μεταφορικῶς usus est, Itaque & quieti eius inieci manum, & exegi ut me in Bithynia consilio instrueret. quod ille amicissime & senectutis et ocij ratione postposita & iam fecit & facturus est. Quae uerba corruptissime uulgo leguntur. Ociosum (inquit Plinius) Nymphidium nactus, continuo nauare mihi operam coegi, quasi usui meo uendicauit ut me consilijs suis adiunaret. Rectiores nullo antiquo exemplo inijcere manum, pro uim afferre

Inijcere manum.

Manus iniecio

afferre dicunt: quod Latine afferre manus uel etiam inferre dicitur. Quo utroque Augustinus lib. i. de Ciuitate Dei utitur. Lactantius libro iii. Institut. Multi ergo ex ijs qui aeternas esse animas suspicabantur, tanquam in caelum migraturi essent, sibi ipsi manus intulerunt, Cleantes & Chrysippus & Zeno & Empedocles. Caterum intercedere Senatusconsulto Tribuni pleb. poterant, ut ex Liuio no illo exemplo intelligere licet, & ex Tacito libro x. Cum rogarent, inquit, sententias Consules, Vulcatius Terentinus Trib. pleb. intercessit, ne quid super tanta re Principe absente statueretur. Gellius lib. xiii. Varro, inquit, de intercessionibus scripsit, dixitque intercedendi ne Senatusconsultum fieret, ius fuisse ijs solis qui eadem potestate qua ij Senatusconsultum facere uellent maiores ue essent. Qui autem hi fuerint, nos supra eodem Gellio tradente uideamus. Valerio libro ii. cap. i. Illud quoque memoria repetendum est, quod Tribunus pleb. intrare curiam non licebat: ante ualvas autem positus subsellijs decreta Patrum attentissima cura examinauerunt, ut si qua ex ijs improbae, rata esse non sinnerent. Itaque ueteribus Senatusconsultis, Tribuni subscribi solebat, eaque nota significabatur illa Tribunos quoque censuisse. Qui quamuis pro commodis ple. excubabant, inque imperijs compescendis occupati erant: instrui tamen ea argenteis uasis et annulis aureis publice praebitis patiebantur, quo talium rerum usu auctoritas esset ornatio. Est autem intercessio id quod oppositionem uocamus. Liuus libro 5. ab Urbe cond. Camillus plebem sceleris palam arguere, quae iam in suos uersa non intelligeret se prauo iudicio de Tribunis intercessionem sustulisse, quod intercessione sublata Tribunitiam potestatem euerterissent. Idem libro 111. Tribunitium auxilium & prouocatio

Afferre & inferre manus.

Intercedere Senatusconsulto Tribuni poterant.

Intercessio.

Intercessio Tribunitia. Tribunitium auxilium & prouocatio.

cationem duas arces libertatis tuendæ appellat, appellabantur enim Tribuni contra uim magistratum. unde in xii. tab. Plebes, quos contra se auxilij ergo decem creasset, Tribuni eius sunt. Quodq; hi prohibeant, quodq; plebem rogassint, ratum esto. Plutarchus in Problematis autor est moribus Romanorum constitutum esse, ut domus Tribunorum noctu ne clauderentur, sed interdium noctuq; indigenti cuiq; eorum auxilio paterent, quasi portus quidam & præsidium periclitantiu. Maiores enim communem Tribunalium esse uoluerunt, & tanquam aram omnibus accessibilem proinde honore quidem sacrosanctos eos esse uoluerunt, nec sine inexpressibili scelere uiolabiles. Maxime autem populares eos faciebant, si nihil supra plebeiam fortem sese extollerent, sed specie & cultu & omni uiuendi ratione iu ordinem se cogent, *ὅθεν ἔστι δὴ διὰ τὴν κλειεῖσθαι νερόμισθαι θύρας, ἀλλὰ καὶ νύκτωρ ἀπέργε καὶ μεθ' ἡμέρας, ὥσπερ λιμὴν ἢ καταφυγὴ τοῖς δεομένοις, ὥσπερ ἢ μάλλον ταπανδύται (ὅ) σώματι, τοσόντω μάλλον ἀνέξεται τῆ δυνάμει, κοινὸν γὰρ αὐτὸν ἀξιοῦσι τῆ χρείας καὶ πᾶσι ἢ ἐπικτὸν, τῆ ἢ τιμῆ πῶσισι αὐτὸν ἰερόν καὶ ἄγιον καὶ ἀσπυλον.* Plin. libr. i. epist. Ipse cum Tribunus essem, abstini causis agendis. Primum, quod deforme arbitrabar, cui assurgere, cui loco cedere omnes oporteret, hunc omnibus sedentibus stare: & qui iubere posset tacere quemcumq; huic silentium clepsydra iudici: & quem interfari nefas esset, hunc conuitia audire. His uerbis significatur magnam uim fuisse intercessionis Tribunitiae: de qua Cic. nonnihil lib. i. de Legibus. Quo modo autem intercessioni Tribunitiae parendum erat, sic etiam obnunciationi Augurum, de qua Cic. de Diuin. lib. i. & Plutarchus in Crasso, & Asconius in oratione Ciceronis in Pisonem, sed nihil

Tribunorum domus aperta.

Obnunciatio Augurum.

min

nunc ad rem. Si quis autem in Senatu loqui uellet sententiam non rogatus, ueniam a Cos. petebat. unde Capitolinus in Maximo, Post hæc, inquit, tacentibus cunctis cum Maximus qui & natu grandior erat, & meritis & uirtute ac seueritate clarior, dicere sententiam coepisset, qua ostenderet duos Principes esse faciendos. Velius Sabinus ex familia Vlpiorum rogato Consule ut sibi dicere atque interfari liceret, sic orsus est. Licebat etiam Senatoribus uenia prius petita eos qui in Senatum inducebantur, interrogare. Lilius lib. x. de Legatis Carthaginensium loquens in Senatum admissis, Cum more, inquit, tradito a Patribus, potestatem interrogandi si quis quid uellet Legatos, Prætor fecisset, Senioresq; qui sceleribus interfuerant, alia alij interrogarent: nec meminisse se per ætatem (etenim omnes ferme iuuenes erant) dicerent Legati: conclamatum ex omni parte curiæ est, Punica fraude lectos qui ueterem pacem repeteret, cuius ipsi non meminissent. De Senatu Senatoribusq; in duodecim tab. ita cautum erat, Omnes magistratus iudicium auspiciuq; habento, exq; ijs Senatus esto. Eius decreta rata sunt, is ordo uitio uacato. Ceteris specimen esto. Senatori qui nec aderit, aut causa, aut culpa esto. Causas populi teneto. Quæcumq; in populo, quæcûq; in Patribus agitur, modica sunt. Erat autem autoritas in Senatu, & potestas in populo, ut autor est Cicero lib. i. de Legib. Vnde Senatus censere, & populus iubere dicebatur. Lilius lib. v. de bel. Maced. Senatus eam pacem seruandam censui, & paucos post dies populus iussit. Cicero lib. supradicto, Senatori, inquit, iussa tria sunt, ut adfit, nam grauitatem tres habet cum frequens ordo est ut loco dicat, id est, rogatus, ut modo, ne sit infinitus. Nam breuitas non modo Senatoris, sed etiam oratoris

De Senatu:

Autoritas: Senatus. Potestas populi.

Censere, Senatus est, ut iubeat, populi.

De officio Senatoris.

De breuitate censendi in Senatu.

mag

Senatori quæ
cognoscenda.

Iudicium decu-
riæ unde.

Dies tollenda.

Diem tolli.
Diem eximi.

magna laus in sententia. nec est unquam longa oratione utendum, nisi ubi spe stante Senatu (quod fit ambitiosè se pissime) nullo magistratu adiuuante tolli diem utile est, aut cum tanta causa est, ut opus sit oratoris copia, vel ad hortandum, vel ad docendum, quorum generum in utroq; magnus noster Cato est. Quodq; lex addit, causas populi teneto, Senatori necessarium nosse Remp. idq; late patet. Quid habeat militum, quid valeat ærario, quos socios Resp. habeat, quos amicos, quos stipendiarios, qua quisq; sit lege, conditione, fœdere, tenere consuetudinem decernendi, nosse exempla maiorum. Ex his Ciceronis uerbis & illis x i i. tabularum satis (ut arbitror) apparet litium cognitionem & iudicandi necessitatem non fuisse muneris Senatorij, tamen si Decuriæ iudicium ex Senatu aliquando sumebantur, ut ex equestri ordine: ut alibi uidebimus si locus inciderit. Verùm quod Cicero de tollenda die dixit in exemplo proximo, uideamus quid significet. Cicero igitur ad illud x i i. tab. respiciens, Quicumq; in Patribus agentur modica sumto, Senatori modicè dicendum aut, nisi si fortè è Rep. esse putarit, ut longiore oratione utatur. Quod tum demum erit, cum res in Senatu decernenda, orationis copia aut suadentis aut docentis indiget, aut cum ita tempus tulerit, ut mora decernende rei querenda sit: id quod tum usu uenit, cum perniciosè alicui relationi nullus intercessor magistratus impræsentiarum inueniri potest. Tunc enim tolli diem dicendo necesse est, quod & eximi diem frequentius dicitur: ut in illo exemplo Gellij superius transcripto de Catone, quem Cæsar ob id præbidi iusserat. Huius autem historiae meminuit Plutarchus in Cæsare. Pompeius enim referebat de prouincia Galliarum & Illyrici in quinquennium Cæsari decernenda.

Quam

Quam relationem Reip. perniciosam ut discuteret Cato diem dicendo eximebat. Id est, prælonga oratione censendi tempus consumebat de industria. Liuius lib. v. secundæ belli Punici, Interim publicani Cascæ instare ut diem consilio eximeret. Idem libro 1. ab urb. cond. Tarquinius monitus à proximis ut purgaret se quòd id tēporis uenisset, disceptatorē ait se sumptū inter patrē et filium, cura reconciliandi eos in gratiā moratum esse: et quia ea res exmississet illum diem, postero die acturum quæ constituisset. Græcis ἀκρόασι τὸ πρᾶγμα τῶ χρόνου dicitur, ἢ τὴν ἀκρόασι τῶ λέγειν καὶ ἀκροῦσθαι. τὸν χρόνον ἐπιτέμνειν. τὴν ἡμέραν ὑφαίρειν. ἢ ἀνακλιθῆναι. Cicero Philipp. v. 1. Succurrendum est Decio Bruto. omnes undiq; copię colligendæ. horam eximere ulla in tali ciue liberando sine scelere non possumus. Vbi corruptè exhibere in impres-
sis libris legitur. Inde eximere actionē iudex dicitur ab
Vlpian. in tit. Ex quibus causis maiores, cū per dilationē eius effectum est ut iam agi lege non possit: & actio exēpta, cum iam desijt agi posse. Neq; uerò omittendum illud quod apud Macrob. legimus lib. i. Satur. Mos antea fuit, inquit, Senatoribus in curiā cū prætextatis filiis introire. Cū igitur in Senatu res maior quæpiam consultaretur, eaq; in diem posterum prolata esset, placuit ut hanc rem super qua tractauissent, ne quis enuntiaret priusquā decreta esset, & reliqua, quæ ille de Papyrio puero memorabilis indolis profequitur. Tranquil. in Aug. Liberis Senatorum, quo celerius Reipublicæ assuescerent, protinus uirilem togam latum clauum induere & curiæ interesse permittit. Prætextati autem pueri dicebātur qui prætextati adhuc & bulla utebātur, quod fiebat usque ad annum
decimumseptimum; quo tempore togam uirilem sumebāt
dep

Eximere actio-
nem.

Prætextati filij
cum Senatori-
bus in curiam
ibant.

Prætextati.
Bulla.
Toga.

deposita prætexta puerili, ut meminit Cicer. in proœmio
 Lelij. & nos alibi dicemus. Hinc anni prætextæ à Plinio
 libro x x x i i i. pro annis pueritiæ: & ætas prætextatæ
 Gellio libr. i. Noctium Atticarum: & mores prætextati.
 Festo in integris codicibus, & Macrobio, & Iuuenali,
 Sic prætextatos referunt Artaxata mores. Quod tamen
 uerbū diuersissimè ab autoribus Latinis accipitur. Hoc
 autem uerbū, si intellexisset Accursius, locū illum in quar-
 to Institutionum in titulo De iniurijs. §. j. non tam ineptè
 enarrasset, siue quis matrem famil. aut prætextatū præ-
 textatam uel affectatus fuerit. De prætextatis pueris Iuue-
 nalis Satyr. x. Nec prætextatum rapuit Nero loripedem
 uel strumosum. Prætextatæ etiam puellæ dicebantur à
 prætextis quas nubentes deponebant. Festus in integris
 codicibus, Prætextatum sermonem, inquit, ab eo dictum
 putat, quod prætextatis nefas sit obscæno uerbo uti. Alij
 dici putant, quod nubentibus depositis prætextis à multi-
 tudine puerorum obscæna clamentur. Ideoq; prætextatū
 sermonem appellabant qui nihil obscœnitatis habet. Con-
 tra hanc tamen Festi opinionē Tranquillus, Gellius, Ma-
 crobius, prætextatum sermonem acceperunt, pro eo, qui
 aperte rem obscœnam significat. Affectari autem præ-
 textatum aut prætextatam à Iustiniano dictum est in lo-
 co prædicto, pro eo quod est pudorem pueri ingenui aut
 puellæ sugillare, & notam infamiae tanquam scorto ma-
 sculo foeminoq; inurare. Solent enim hodie quoque per-
 ditissimi homines, dum sugillare uolunt puellæ aut matro-
 næ opinionem, improbiore petulantia in publico eis ad-
 ambulare, quasi scortum ad locum constitutum asse-
 ctantes. Sed nec illud silentio prætereundum, quod Se-
 natufconsulta olim statim ut facta erant, ad Aediles ple-
 bis

Anni prætextæ

Prætextati mo-
res.Prætextatæ
puellæ.
Prætextatus
sermo.Affectari præ-
textatum.De senatufcon-
sul.
Senatufconsul-
ta statim ad
Aediles, &c.

bis deferrebat, nec ultra in potestate Senatus erant. Li-
 uiius libro i i i. Institutum etiam ab iisdem Coss. ut Senatus-
 consulta in ædem Cereris ad Aediles plebis deferrentur.
 quæ antè arbitrio Coss. supprimebantur nunciabanturq;.
 Postea autem Senatusconsult. ad ararium deferri insti-
 tutum, ubi & leges in æs incisæ erant, autore Cicerone
 Philipp. quinta his uerbis, Neque solum commentarijs
 cõmentitijs, chirographisq; uenalibus innumerabilis pec-
 unia congesta in illam domum est, sed Senatus etiam con-
 sulta pecunia accepta falsa referebantur. Syngraphæ ob-
 signabantur. Senatusconsulta tanquam facta ad ararium
 referebantur. Tranquil. in Aug. Autor est Iulius Mara-
 thus ante paucos quàm nasceretur menses, prodigiū Ro-
 mæ factum publice, quo denunciabatur Regem populo
 Romano naturam parturire: Senatum exterritū censuise
 ne quis eo anno genitus educaretur. eos qui grauidas
 uxores haberent, quod ad se quisq; spem traheret, curasse
 ne Senatusconsultum ad ararium referretur. Verum enim
 uerò quædam more maiorum à Senatu, non etiam à po-
 pulo constituebantur. Cicero in Vatinius, Ne hæc qui-
 dem Senatui relinquebas, quæ nemo unquam ademit, ut
 Legati ex eius ordinis autoritate legerentur: Adeo ne tibi
 sordidum consilium publicum uisum est: adeo afflictus Se-
 natus, ut non nuncios pacis ac belli, non curatores, non
 interpretes, non bellici consilij autores, non ministros mu-
 neris prouincialis Senatus more maiorū deligere possit
 Eripueras Senatui prouinciæ decernendæ potestatem, im-
 peratoris deligendi iudicium, ararij dispensationem: quæ
 nunquã sibi pop. Ro. appetiuit, qui nunquam hæc à sum-
 mi consilij gubernatione auferre conatus est. Contra libr.
 ii. de leg. ex lege xii. tab. ita inq; Creatio magistratū,
 iudicia

Senatuscon. ad
ararium defe-
rebantur.Senatus popu-
lus.

De relatione
Consulium.

iudicia populi, iussa, uetita cum suffragio quum sciscen-
tur, optimatibus nota, plebi libera sunt. Senatus uerò ni-
hil nisi referentibus Consulibus, aut ijs quibus. Senatu ha-
bere cogereq; licebat, decernere poterat. Id quod ostendit
Cicero in oratione de reditu suo, his uerbis. At pro me su-
periores Cōsules semper ut referretur, efflagitati sunt; sed
ueriti sunt ne causa gratiæ facere uiderentur, quod alter
mibi affinis erat, alterius causam capitis receperam. Qui
provincialium fœdere irritari, totū illum annum, quere-
las Senatus, luctum bonorum, Italia gemitū pertulerunt.
Vnde paulò post addit, Cum Senatus equites Rom. flere
pro me ac mutata ueste uobis supplicare edictis atq; impe-
rijs uerarentur. Et rursus alibi, Pro me presente Senatus
hominūq; præterea uiginti milia ueste mutauerūt. Qui-
bus uerbis Cicero significat Senatum & equites luxisse
exilium suum, & populo supplicasse pro reditu suo, sed
imperio Consulium hoc facere inhibitos postea desisse.
Nam & postulata provincialium Consulibus edebantur,
ut de ijs ad populum referrent; & ut inquit Tacitus, adi-
tum patrum præberent. Idem in Verrem actione 111.
Dixit præterea testimonium tota Sicilia, quæ in commu-
nibus postulatis ciuitatum omnium Consulibus edidit, ro-
gare se atque orare Patres Conscriptos, ut statuerent ne
absentium reorū nomina reciperentur. Legimus & apud
Liuium postulantem provinciales interdum à Senatu ad
populum reiectos. ut lib. v 11. ab urbe cond. Legatos Cæ-
ritum, & lib. 1 x. Legatos Samnitium: sed utrique depre-
caturi ad Senatum uenerant. Senatu etiam nō licebat in-
iussu populi de Ciue Rom. statuere: id quod ostendit Liu-
li. vi. secundi bel. Pun. apud quem eo in loco Attilius Re-
gulus in consilio ita inquit, Per Senatum agi de Capanis,
qui

Provincialium
postulata con-
sulibus edeban-
tur, ut de ijs ad
populum refer-
rent.

Senatus popu-
lus.

Senatu non li-
cebat de ciue
Romano sta-
tuere.

qui ciues Rom. sunt, iniussu populi non uideo posse. Idq;
& apud maiores nostros in Sutrianis factum est cum de-
fecissent. ut M. Antistius Trib. pleb. prius rogationē fer-
ret, sciretq; plebs uti Senatu de Sutrianis sententiæ dicen-
dæ ius esset. Itaque censeo cum Tribuni plebis agendum
esse, ut eorum unus plures uel rogationem ferant ad plebē,
quæ nobis statuendi de Campanis ius fiat. Attilius Trib.
pleb. ex autoritate Senatus plebem in hæc uerba rogauit,
& reliqua. Nec silentio prætereundum, quod sententiæ
de scripto interdum à consentibus dicebantur in Senatu.
Id quod ex Cicerone intelligere possumus, Philippica x.
Is enim Fufij Caleni sententiam reprehendens ita inquit,
Hoc uerò Q. Fusi sine offensione nostræ amicitiae, sicut
tecum aut à te dissentiens Senator, quaero. ita enim dixi-
sti (& quidem de scripto) literas Bruti rectè atque ordi-
ne scriptas uideri. quod quid est aliud quàm librariū Bru-
ti laudare non Brutum? Ostendit id etiam quadam ad Plan-
cum epistola idem autor his uerbis libro x. Id ex ipso
Senatusconsulto poteris cognoscere, ita est enim perscri-
ptum, ut à me de scripto dicta sententia est, quam Senatus
frequens secutus est summo studio. Tranquillus de Augu-
sto, Nam deinceps neque in Senatu, neque ad populum,
neque apud milites locutus est unquam, nisi meditata &
composita oratione, quamuis non deficeretur ad subita
extemporali facultate. ac ne periculum memoriæ adiret,
aut ediscendo tempus absumeret, instituit recitare omnia.
Recitare, inquit, id est, legere & de scripto dicere. Plini-
us in epist. Hortaris ut orationē amicis pluribus recitem,
quamuis uehementer dubitē. Neque enim me præterit a-
ctiones quæ recitantur, impetum omnē caloremq; ac pro-
pe nomē suum perdere. Idem, Recitatum uerò præcipua
P pronunc

Sententiæ reci-
tabantur inter-
dum a consenti-
bus.

Recitare.

pronunciationis adiumenta, oculi, manus præpediuntur.

Pronunciare. Quibus uerbis apparet pronüciare eos qui memoriter dicunt: recitare uerò qui de scripto. Sic accipitur lib. v. 11. Codicis in titulo De sententijs ex periculo recitandis. Vbi tamè periculo corruptè legi faciùs est intelligere, quàm quo modo emendari debeat comminisci. Dicimus enim de

De scripto & ex scripto recitare. De scripto recitare & ex scripto. Liu. lib. 1111. de bel. Maced. Prima oratio fuit omnia permittētis arbitrio Romanorum. deinde cum ea uana & sine effectu nihil proficerent, eò deductæ res ut his conditionibus, quæ ex scripto paucis antè diebus edite erant, induciæ fierēt. Tranquillus in Claudio, De quodam negotio, & ita ex tabella pronunçiaffē dicitur, secundum eos se sentire qui uera proposuissent. Idem alibi è libello dixit: Sermones, inquit, cum singulis atq; etiã cum Liuiæ sua grauiores, nõ nisi in scriptis & è libello habebat. Legendū igitur fortasse de sententijs ex breuiculo recitandis. Pronunciare autè uerbum est iuris in alio significato, pro eo quod est expressè et nominatim prædicere per fariq; ex bona fide in rebus cõtrahendis. Vlpian. in l. prima De Aedilitio edicto, sepe in ea significatione usus est: & in l. Quod si nolit, Qui mancipia uendunt, nationem cuiusq; in uenditione pronunçiare debent. Hoc Græci ἐκφωσῆν dicunt. Vsus est & Scæuola in titulo De euicti. & Cic. in 111. Offic. Igitur Cato index ita pronunçiauit, Cum in uendendo eam rem scisset & non pronunçiaffet, emptori damnum præstari oportere. Hoc etiã nuncupare dicitur. Idem in eodē, Nam cum ex x. 11. tabul. satis esset ea præstare, quæ essent lingua nuncupata: quæ qui inficiatus esset, dupli pœnam subiret: à Iuriconsultis etiam reticentiæ pœna est cõstitutã. Quicquid enim est in prædio nitij, id statuerunt, si uenditor sciret, nisi nominatim

minatim dictū esset, præstari oportere. Hæcenus ille. Est enim nuncupare non scripto, sed uerbo cauere uel dicere, quod Græci ἐπαγορεύω dicitur. Vnde testamentū nuncupare dictam est. Plinius lib. x. 1111. de ebrietate loquēs, Alij testamenta sua nuncupant: alij mortifera loquuntur, reditur atq; per iugulum uoces non continent. Iustinus libro x. x. 1111. de Perdicca loquens, Nam etsi non uoce nuncupatus hæres, iudicio tamen electus uidebatur. Iulianus in l. Si ita, De bonorum poss. secundum tab. Testamentum, inquit, in tabulis sibi fecit: filio autem impuberi per nuncupationem substituit. Et ibidem Iuriconsf. scriptum hæredem à nuncupato distinguit. Sic nuncupata uoluntas dicitur à Iustiniano uel Triboniano in titulo De testamētis, in fine. Et nuncupata uota Liuius & Traquillo & Valerio. Liuius lib. v. 111. ab urbe: Haud ab re esse duxi, uerbis quoq; ipsis ut tradita nuncupataq; sunt, referre. Moris uerò nõ fuisse ut Senatus reos iudicaret, uel ex uerbis Ciceronis intelligi potest, qui in Verrē acti. ulti. ad iudices repetundarum loquens ita inquit, Quò confugient socij? quem implorabunt? qua spe deniq; ut uiuere uelint, tenebuntur, si uos eos descritis? ad Senatum deuenient, qui de Verre supplicium sumat? non est usitatum, non est Senatorium. ad populum Rom. confugient? facilis est causa populi. legem enim sociorum causa iussisse, & eius legis custodes ac iudices præposuisse dicet. Hic locus est igitur unus quò perfugiant, hic portus, hæc arx, hæc ara sociorū. Senatusconsultorum formam exactam si quis uidere uelit, adeat Ciceronē in Phil. 111. v. & 1x. Illic enim Senatusconsulti à Cicerone per scripta uisuntur: ex quibus unius formulã exēpli gratia trãscripsimus, i laudē Cæsaris (qui postea Augustus dictus est) censente Cicerone facti, Hoc

p 2 autem

ἐπαγορεύω

Nuncupata uoluntas.

Senatum non iudicasse reos.

Senatusconsulti forma.

autem, inquit, tempore ita censeo decernendum, quod Caius Caesar Caii filius, Pontifex, Proprætor, summo Reip. tempore milites & ueteranos ad libertatē populi Rom. cohortatus sit, eosq; conscripserit. Deinde enumeratis omnibus eius in Rempub. meritis ita subdit, Ob eas causas Senatui placere Caium Casarem Caii filium, Pontificem, Proprætorem, Senatorem esse, sententiāq; Prætoris loco dicere, eiusq; honoris rationem quęcumq; appetet ita haberi, prout haberi liceret, si anno superiore Quæstor fuisset. Quibus uerbis & tota illa oratione Cicero Senatoriā dignitatē Casari, & dicendæ sententiæ locum amplum impetravit. Id est, Prætoris loco, ut perinde haberetur, ac si Quæsturam iustamq; Præturā gessisset. Hic fuit, ut arbitror, status, hæc conditio prisca illius Senatūs Senatorumq; sub imperio populi: cuius quantā olim fuerit maiestas, cum ex ijs quę dicta sunt intelligi, tum uerò uel uno Liuij exemplo liquere potest. Is enim lib. 111. de Cincinnato loquens, qui absens Dictator in maximo discrimine Reip. creatus erat, inquit, Operæpretium est audire qui omnia præ diuitijs humana spernunt, neq; honori magno locum, neq; uirtuti putant esse, nisi effusè affluant opes. Spes unica imperij Rom. quatuor iugerum colebat agrū, quę præta Quintia uocantur. Ibi à Legatis seu forsitan fidiens palo innixus, seu cū araret, operi certè (id quod constat) agresti intentus, salute data inuicem redditaq; rogatus ut (quod bene uerteret ipsi Reiq; pub.) madata Senatūs audiret: admiratus rogatansq; Satis ne salua essent omnia: togam prope proferre è tugurio iubet, qua simul absterfo sudore ac puluere uelatus processit, Dictatorem eum Legati consalutant. A Casare autem Dictatore oppressa Repub. languere Senatūs autoritas, ac deinde post

Aug

Augustum interire etiam cœpit, cum unius iam arbitrio omnia regerentur. Quo demum tempore mutari Senatoria munera cœpta sunt, non enim Senatus in mandandis exercitibus, in prouincijs decernendis, in legationibus dimittendis admittendisq; in constituenda Republica occupatus ultra fuit, sed in adulationem Principum conuersus, in fontes fontesq; nullo discrimine condēnare, sæuientibus Principibus damnatos permittere, flagitiosissimos ciues in gratiā Principum ex reis eximere, ac Principibus condonare: innocentissimis hominibus negotium facessere, delatoribus fauere: Principum deniq; impotentissimis factis subscribere, autoremq; se præbere, premente seruitute coactus est. Tunc Senatorij muneris cœpit esse reorum iudicatio. Accusationes enim apud Senatum ex eo tempore factas legimus. Tranquillus de Caligula, Solebat etiam prosperis oratorum actionibus rescribere, & magnorum in Senatu reorum accusationes defensionesq; meditari. Idem de Domiti. Quosdam maiestatis reos in curiam induxerat, & cum dixisset experturum se illa die quam charus Senatui esset, facile perfecerat, ut etiā more maiorum puniendi condemnarentur. De quo tempore Pli-nius in Epist. ita inquit, Perspeximus curiam, sed curiam trepidam & elinguem, cum dicere quod uelles periculosum, quod nolles miserum esset. Et ibidem, Priorū, inquit, temporum seruius, ut aliarum optimarum artium, sic etiā iuris Senatorij obliuionē quandā & ignorātiā induxit. Idem Tranquillus autor est Neronem inter alia hoc quoque instituisse, ut omnes appellationes à iudicibus ad Senatum fierent. Iudices etiam à Senatu peti postea cœperunt Domitiani instituto, eodem autore. Autor, inquit, Tribunus plebis fuit Aedilem sordidum repetundarū ac-

Quando primum inclinari Senatūs autoritas cœperit.

Senatui quādo adempta potestas.

Accusationes reorum in Senatu.

Maiestas prisca Senatūs.

Dictator.

p 3 cus

Appellationes
a iudicibus ad
Senatum.

Iudices a Sena-
tu petebantur.

Quaerere.
Iudices ex le-
gis praescripto
iudicare oportebat.

Curia Parisien-
sis.

Memorable
de Senatus co-
gnitione.

cusandi, iudicesq; in eum a Senatu petendi. Plinius ad Arrianum libro 11. Epistolarum, Marius Priscus accusantibus Afris, quibus pro Consule praesuit, omissa defensione iudices petijt. Ego & Cornelius Tacitus adesse provincialibus iussi, existimauimus fidei nostrae conuenire, notum Senatui facere excessisse Priscum immunitate & seuitia, crimina quibus iudices dari possent, cum ob innocentes condemnandos interficiendosq; pecuniis accepisset. Respondit Fronto, deprecatusq; est ne quid ultra repetundarum lege quereretur. Ex his Plinij uerbis facile intelligimus iudices a Senatu peti solere qui certo ac statuto iudicio inquirerent in reos, id est, qui repetundarum lege, uel maiestatis, uel alia quaererent. Id est, quaestionem haberent: de quo uerbo satis alibi diximus. Iis autem iudicibus ex legis praescripto iudicare necesse erat, nec legitimum poenam excedere. Cum uero maiora crimina uidebantur, quam ut constituta poena ordinariaq; in reos animaduertetur, tum demum Senatus ipse in reos inquirebat, quippe qui nullius legis praescripto astringeretur.

Quo modo hodie curia nostra ceteraria, cuius summa secundum Principem omnium causarum est cognitio, liberam habere criminum inquisitionem, nec certa legis formula illigatam creditur: duntaxat quod sine fraude facer dotalis iuris fiat, de profanis enim causis loquimur. Multa autem ad hoc pertinentia ex illo loco Plinij intelligere licet, in quibus illud memorabile, dixi (inquit Plinius) horis penè quinque missus deinde Senatus & reuocatus in posterum, neque enim iam inchoari poterat actio, nisi ut non eis interuentus scinderetur. Postero die dixit pro Mario Saluius Liberalis, uir subtilis, acer, disertus, huius actionem uespera inclusit, non tamen sic ut abrumperet. Ita

que in tertium diem probationes exierunt. Iam hoc ipsum pulchrum (inquit Plinius) & antiquum, Senatum nocte dimitti, triduo uocari, triduo contineri. Utinam in hac nostra curia, id est, in Parlamento ita factitari institutum esset, praesertim in his causis quae certum priuatumq; accusatorem habent, & iniuriae suae uindictam, quaeq; legitimo ordine agitatae hinc accusatorem, illinc defensorem admittunt. Criminum enim inuidia quae recenti accusatione calere solet, & ad animaduersionem uindicationemq; iudicum animos percellere, comperendinatae re (ut a solet) forensi artificio, refrigescit. & enim longa die accusatorum iusta ira relanguescit, & lachrymae iudicum exarescunt, qui prius uiduarum orborumq; calamitati ingemiscere uidebantur. Quod si moribus nostris comparatum esset, ut accusationes defensionesq; probationibus ac testimonijs instructae in iudicium afferrentur, sicq; praesentanea cognitione continuaq; disceptatione dijudicarentur, profecto audacissimis ac confidentissimis hominibus impunitatis spes praecisa esse uideretur. Ut ad rem reuertamur, Senatus cognitio certa legi astricta non erat. Quintilianus libro 111. de controuersijs loquens simplicibus & coniuictis, Vna controuersia est per se furti: per se adulterij: plures autem eiusdem generis, ut in pecunijs repetundis: aut diuersi, ut quis sacrilegij & homicidij simul accusetur. quod nunc in publicis iudicijs non accidit: quoniam Praetor certa lege sortitur. Principum autem & Senatus cognitionibus frequens est & populi fuit. Haec uerba Quintiliani cum illis Plinij congruunt de iudicibus, qui certa formulae astricti erant: non autem Senatus, quomodo nec Princeps nec olim populus, in cuius locum Princeps successit. Idem lib. v 11.

Criminales cau-
sa non differre-
da.

Senatus cogna-
tio legi certae
non fuit astri-
cta.

Princeps in po-
puli locum sue-
cessit.

de qualitate loquens, Cum de pœna iudicium est, à parte eius qui causam dicit, aut defensio est criminis, aut imminutio, aut excusatio, aut (ut quidam putant) deprecatio. Et paulò post, Ultima est autem omnium deprecatio, quod genus causæ plerique negarunt in iudicium unquam uenire. **Q**uin Cicero quoque pro Quinto Ligario hoc testari uidetur cum dicit, Causas Cæsar egit multas, & quidem tecum dum te in foro tenuit ratio honorum tuorum, certè nunquam hoc modo, Ignoscite iudices, errauit, lapsus est, non putauit: si unquam post hæc, & cætera. In Senatu uerò & apud populum, & apud Principem, & ubique iuris clementia est, habet locum deprecatio. In qua plurimum ualet ex ipso qui reus est hæc tria in uita præcedere: si innocens, si bene meritus, si spes in futurum innocenter uicturi, & in aliquo usu futuri. Idem a-
Αντιμαρτυρο- libi, Apollodorus quoq; ἀντιμαρτυροειξυ duas esse contro-
εξ. uersas dixit, & sunt re uera secundum forense ius due li-
 tes. Potest tamen hoc genus in cognitionem uenire Sena-
Anticategoria - tus aut Principis. Est autem anticategoria recriminatio,
 siue ut idem libro 111. interpretatur, mutua accusatio: cuius genera duo. Alterum quo litigatores idem crimen in-
 uicem intentant: alterum quo aliud atque aliud. Non abs-
Αντίκλημα - mile huic genus est, quod ἀντίκλημα dicitur, de quo idē
 in 111. ita inquit, de assumptiua defensione loquens, In
 hoc genere fortissimum est, si crimen causa facti tuemur.
 qualis est defensio Orestis, oratio Milonis. Antenclema
 dicitur, quia omnis nostra defensio constat eius accusatio-
 ne qui uindicatur. Occisus est, sed latro. Execatus, sed ra-
 ptor. Hactenus ille. Vbi fortasse exectus aut excæcatus le-
 gendum. Est autem antenclema contraria insimulatio &
 recriminatio, quasiq; criminis relatio. Autor est etiam
 Capitol

Capitolinus Marcum Philosophum, qui in iure Antoni-
 nus appellatur, Senatam multis cognitionibus ad se per-
 tinentibus iudicem dedisse. Pœnales porrò prouocationes
 ad Senatam fuisse instituto Neronis Principis, Tacito
 tradente, comperimus. sic enim inquit lib. xiiii. Auxit
 Patrum honorem, statuendo ut qui à priuatis iudicibus ad
 Senatam prouocauissent, eiusdem pecuniæ periculum fa-
 cerent, cuius ij qui Imperatorem appellauerunt: nam antea
 id uacuum solutumq; pœna fuerat. Non igitur sine exem-
 plo est antiquo, quod prouocatores apud nos multæ pe-
 riculum faciunt. Quod etiam à recentioribus principi-
 bus constitutum est, ut uidere licet in l. Ab executione,
 Cod. de appel. Priscis uerò Romanorum temporibus pro-
 uocatio à magistratibus ad populum erat lege à Publi-
 cola perlata, ut autor est Liu. lib. 11. ab urbe cond. Illud
 uerò cognitu dignum, Romanis principibus morem olim
 fuisse, ut abeuntes redeuntesq; peregre, Senatam oscula-
 rentur: id quod ex Tranquillo intelligimus, qui in Nero-
 ne ita inquit, Multas nec dubias significationes saepe ie-
 cit, ne reliquis quidem se parsurū Senatoribus, eumq; or-
 dinem sublaturum quandoque è Re pub. ac prouincias &
 exercitus equitibus Romanis ac libertis permissurū. Cer-
 tē neque adueniens neq; proficiscens quenquā osculo im-
 pertiuit: ac ne resalutatione quidē. Illud non omittendum
 quod Tacitus lib. x i. memoriæ prodidit, Cum de supplen-
 do Senatu agitaretur, primoresq; Gallie, quæ Comata ap-
 pellatur, foedera & ciuitatem Romanam pridem affecti,
 ius adipiscendorum in urbe honorum à Claudio Princi-
 pe exptarent, primi Hedui Senatorū in urbe ius adepti
 sunt. Datum id foederi antiquo, & quia soli Gallorū fra-
 ternitatis nomen cum populo Rom. usurpāt. Memorabile

Antoninus qui
 & Marcus Phi-
 losophus.
 Prouocationes
 pœnales ad Se-
 natum factæ.

Osculandi Se-
 natus consuetu-
 do principibus
 fuis.

Galli Senato-
 ria dignitate
 Rom. donati.
 Hedui Galli
 fratres Rom.
 Memorabile fa-
 ctum.

etiam illud eiusdē Principis factum famosus enim probris quoniam modo Senatu depelleret anxius, mitem & recens reperitam quandā ex seueritate prisca rationem adhibuit, monendo secum quisque de se cōsultaret, peteretq; ius exuendi ordinis, facilem eius rei ueniam, & motos Senatu, & excusatos simul, propositurum, ut iudicium Censorū ac pudor sponte cedentium permixti ignominiam molli-
 rent. Addendum etiam illud Plinij Iunioris dictum, de quodam Senatusconsulto, aut quadam Senatus sententia loquentis, quod quam uē sibi non probari significans. Sed hoc pluribus, inquit, uisum est: numerantur enim sententia, non ponderantur. Nec aliud in publico consilio potest fieri, in quo nihil tam inaequale est, quam aequalitas ipsa. Nam cum sit impar prudentia, par omnium ius est. Idem libro nono ad Aristonem (sed in epistola manu scripta quae uulgo non reperitur, ut & alia non pauca) de iure Senatorio loquens ita inquit, Erat autem antiquitus institutum, ut à maioribus natu non auribus modo, uerum etiam oculis disceremus, quae faciendae mox ipsi ac per uices tradenda minoribus haberemus. Inde adolescentuli statim castrensibus stipendijs imbuebantur, ut imperare parendo, duces agere dum sequuntur assuescerent. Inde honores petitori assistebant curiae foribus, & consilij publici spectatores antequam consortes erant. Suus cuique parens pro magistro, aut cui parens non erat, maximus quisque & uetustissimus pro parente. Quae potestas referentibus, quod ius censentibus, quae uis magistratibus, quae ceteris libertas. Vbi cedendum, ubi resistendum, quod silentij tempus, qui dicendi modus, quae distinctio pugnatum sententiarum, quae executio prioribus aliquid additum. In eadem autem epistola Plinius multa

Numerabatur
sententia.

De iure Sena-
torio.

Adolescentes
quomodo insti-
tuendi.

Locus ex epi-
stola Plinij,
quae uulgo non
legitur.

de iure Senatorio dixit, quae quoniam longum esset huc transferre, & alioqui corrupta multis in locis inuenimus, ideo quam potuimus breuissimè atque explicatissimè rei summam collegimus. Qui diuersa igitur in Senatu censebant, in diuersa discedebat. Inde in sententia pedibus ire, de quo antea latissimè diximus. Reserebatur, inquit, in Senatu de libertis Afranij Dexterī Cōsulis, incertum suū an suorum manu, scelere an obsequio preempti. Hos aliquis, ego (sed nihil refert) post quaestione supplicio liberandos, alius in insula relegandos, alius morte puniendos arbitrabatur. Quarū sententiarū tanta diuersitas erat, ut non possent esse nisi singulae. Quid enim cōmune habet occidere & relegare? Non hercule magis quam relegare & absolvere. Quamquā propior aliquanto est sententia relegantis quae soluit, quam quae occidit: utraq; enim ex illis uitam relinquit, haec adimit, cū interim & qui morte puniebāt, & qui relegabant, unā se debant, & tēporaria simulatione concordiae discordiam differerebāt. Ego postula-
 bam, ut tribus sententijs cōstaret suus numerus: nec se breuius inducijs due iungerēt. Vollebam (inquit Plinius) æquumq; esse censebam, ut discessio in tres partes fieret, ne due simul ad tēpus imctae occidentiū scilicet & relegantiū, tertiā, id est, nostrā absoluentiū perimerent, & ita liberti secūdo certamine morte aut relegatione periclitaretur, nulla iam absolutionis spe reliqua. Exigebā ergo, inquit, ut qui capitali supplicio afficiēdos putabāt, discederent à relegatē, nec interim contra absoluentes mox dissensuri cōgregarentur: quia paruuli referret an idē dissoleret, quibus non idē placuisset. Illud etiā permirū mihi uidebatur, cum quidē qui liberos relegādos, seruos supplicio afficiēdos censuisset, coactū esse diuidere sententiam:
 hunc

Discedere in
diuersa.
In sententiam
pedibus ire.

De diuidendis
sententijs.

hunc autem qui libertos morte multaret, cum relegante numerari. Nam si oportuisset diuidi sententia unius, quia res duas comprehendebat; non reperiebam quemadmodum posset iungi sententia duorum tam diuersa censentium. Et paulo post, Pingamus treis omnino iudices in hac causam datos esse horum uni placuisse perire libertos, alteri relegari, tertio absolui, utrum ne sententiae duae collatis uiribus nouissimam periment, an separatim unaquaeque tantumdem, quantum altera ualebit; nec magis poterit cum secunda prima coniecti, quam secunda cum tertia? Igitur in Senatu quoque numerari tanquam contrariae debent, quae tanquam diuersae dicuntur. Quod si unus atque idem et perditos censeret et relegandos, num ex sententia unius et perire possent et relegari? num denique una omnino sententia putaretur, quae tam diuersa coniungeret? Quemadmodum igitur cum alter puniendos, alter censeat relegandos, uideri potest una sententia quae dicitur a duobus, quae non uideatur una si ab uno diceretur? Quid? lex non aperte docet dirimi debere sententias occidentis et relegantis? cum ita discessionem fieri iubet, Qui haec sentitis, in hac parte qui alia omnia, in illam partem ite qua sentitis. Et paulo post de comparatione sententiarum loquens per Antihypophoram ita inquit, At enim futurum est, ut si diuidatur sententia interficientis et relegantis, praeualeat illa quae absoluit. Quid istud ad censentes? quos certe non decet omnibus artibus, omni ratione pugnare, ne fiat quod est mitius. Oportet tamen eos qui morte puniunt, et qui relegant, absoluentibus primum, mox inter se comparari. Sicut licet ut in spectaculis quibusdam fors aliquem seponit ac seruat, qui cum uictore contendat: sic in Senatu sunt aliqua prima, sunt secunda certamina, et ex duabus sententijs

tijs eam quae superior exierit, tertia expectat. His uerbis significat Plinius sententias morte et relegatione multantium, singulas, id est, diuisas, cum absoluentium comparari debuisse, ut si ipse numero praeualeret, et uincerent absoluentium sententiam, inter se postea eadem altero certamine compararentur. Et aliquanto post, Optimum quidem, inquit, quod postulabam. Nihilominus tamen quaero an postulare debuerim. Quemadmodum abstinuit is qui ultimum supplicium sumendum esse censebat. Nescio an iure, certe aequitate postulationis meae uictus omnia sententia sua accessit releganti, ueritus scilicet ne si diuiderentur sententiae (quod alioqui fore uidebatur) ea quae absoluedos esse censebat, numero praeualeret. Et tamen longe plures in hac una, quam in duabus singulis erant. Tum illi quoque qui auctoritate eius trahebantur, transiente illo desistuti, reliquerunt sententiam ab ipso autore desertam: secuti quoque sunt quasi transfugam quem ducem sequebantur. Sic ex tribus sententijs duae factae, tenuitque ex duabus altera, tertia expulsa, quae cum ambas superare non posset, elegit ab utra uinceretur. Quibus uerbis significatur tres autores triam fuisse sententiarum, in quorum sententias trifariam itum fuerat. Tres autem discessiones ad duas rediisse, cum ultima ad secundam se contulisset, secumque sequaces suos traxisset. Cicero pro Milone, Quod si per furiosum illum Tribunum Senatui, quod sentiebat, perficere licuisset, nouam quaestionem nunc nullam haberemus. decernebat enim ut ueteribus legibus tantummodo extra ordinem quaereretur. Diuisa sententia est postulante nescio quo (nihil enim necesse est me omnium flagitia proferre) sic reliqua auctoritas Senatus inepta intercessione sublata est. Quae uerba Asconius explanans ita inquit,

Diuidere sententiam.

Cum

Senatusconsultum antiquabantur interdum.

Cum aliquis in dicenda sententia duas pluresue res complectitur, & si non omnes eae res probantur, postulat ut diuidantur. Id est, ut de rebus singulis referatur. Nonnunquam autem Senatusconsulta inconsultius facta contrarijs Senatusconsultis antiquabantur, ut ex Cicerone ad Atticum libro 1. facile conijcimus his uerbis, De Syonijis (ut scripsi ad te antea) non multum spei est in Senatu. Nemo est enim iam qui queratur. Quare si id expectas longum est. Alia uia, si qua potes, pugna, cum actum est, neq; animaduersum est ad quid pertineret, & raptim in eam sententiam pedarij concurrerunt. Inducendi Senatusconsulti maturitas nondum est, quod neque sunt qui querantur, & multi partim maliuolentia, partim opinione aequitatis delectantur. Inducere Cicero pro obliterare abrogare que dixit uerbo Iuriconsultis usitato. Liuius libro uigesimonono, Vestigalia summis pretijs ultro tributa Censores locauerunt. Quas locationes cum Senatus precibus & lachrymis uictus induci iussisset, Censores edicto summotis ab hasta, qui ludificati priorem locationem fuerant, omnia eadem paulo imminentis pretijs locauerunt. Inducere sententiam aut decretum uulgo ad nihilum ponere dicimus, quo modo & circumducere edictum, de quo alibi diximus. Est enim inducere proprie ducto per ceras stylo, tegere & interlinere, & memoriam scriptorum obliterare. Postremo Senatus (ut Senatum missum iam faciamus) his uerbis a Coss. dimittebatur, Nihil iam uos moramur Patres Conscripti. Autor Capitolinus. Hic adnotabimus quod cause Senatorum in prouincijs ortae, Romam interdum reijciebantur a Praesidibus & Proconsulibus. Cicero hoc his uerbis ostendit lib. xiiii. Epist. ad Ser. Sulpitium scribens, illud

Inducere sententiam aut decretum. Circumducere.

Senatus dimissio.

Γόρτυλα. Γέγορτες.

Illud praeterea si non alienum dignitate tua putabis esse, feceris mihi pergratum, si qui difficiliore erunt, ut rem sine controuersia confici nolint: si eas quando cum Senatore res est, Romam reieceris. Verumenimvero quod Senatus Romae, hoc ferme fuit Γόρτυλα Sparta, id est, Lacedaemone: ipsa quoque a senibus dicta, qui Graece γέγορτες dicuntur. De qua Cicero in Catone ita inquit, Consilium, ratio, & sententia nisi essent in senibus, non summum consilium maiores nostri Senatum appellassent. Apud Lacedaemonios quidem ij qui amplissimum magistratu gerunt, ut sunt, sic etiam appellantur senes. Interpres Demosthenis in orationem quae τὸς Δελφῶν inscribitur, Gerusia, inquit, magistratus apud Lacedaemonios, ad quem ij demum euadunt, qui integritate uitae & ueneranda senectute ceteris praestare uidentur. Demosthenes ipse de Spartanorum republica loquens, ἐπειδὴ τῆς ἐστὶν τῶν καλεσμένων γεροσίων ἐγγυητῆς, ὡς ἀπὸ τῶν ἐαυτῶν ὄντων χρεῖν, δεσπότας ἔχει τὸ πολιτικόν. ἐν αὐτῷ γὰρ ἔστι τὸ ἀρετῆς ἀθλοῦ τὸ πολιτικῶς κέρειον γέρων ἀεὶ τὸ ἴσους. Ut enim aliquis in eam quae Gerusia dicitur cooptatus est, si modo eum se quae decet praestiterit, ita dominus est multitudinis. Siquidem apud eos uirtutis praemium est reipublicae gubernacula cum similibus sui pro potestate tenere. Aristoteles libro 11. Politicon Gerusiam apud Lacedaemonios, id est, in Gerusiam cooptari, uirtutis praemium esse ait. Quod tamen institutum reipublicae gubernaculis non carere putat, quod & perpetuus ille est magistratus, & causa dicenda immunis. Si enim, inquit, illi uiri numeris omnibus aequi bonique consummati essent, si tanta quanta satis est, ad uiros probos efficiendos doctrina praediti, fortasse hoc eorum institutum e republica esse contendere quisquam, haud immerito posset, tametsi rursus

Gerusia, uirtutis praemium.

rurfus illud controuersum est, quoad quis uixerit, ingen-
tium controuersiarum disceptatorem perpetuum cum po-
testate esse. Quippe ut corpori, ita animo sua quoque sene-
ctus est. Cū uerò ijs rebus ita instituti sint, ut ne legislator
quidē ipse satis dignos crediderit, qui nullis legibus quasi
uiri boni astringerentur: nimirum non tutum tantarū eos
rerum perpetuo compotes esse. Enim uero multa & sordi-
dē & ambitiosē administrare uerisimile est eos, qui ad hu-
iusmodi magistratum adoptati sunt: ut qui causæ dicendæ
usquequaq; immunes sint, καὶ τοὶ τόγῃ διὰ τῆς κρείσσεως εἶναι
κρείσσω μεγάλῳ, ἀμφισβητήσι μω. ἔτι γὰρ ὡσπερ καὶ
σώματ' & διανοίας γήρας. Et paulò pòst, φαίνονταί τ' καὶ
ἀραροδοκοῦμενοι καὶ καταχαρισθῆμενοι πολλὰ τῶν κοινῶν
οὐ κενωμένων ἄλλ' ἀρχῆς τῶντος, διόπερ βέλτιον αὐτοῖς
μὴ ἀνευθύνεσθαι. νῦν δ' εἰσὶ. Eòdem pertinet illud Plato-
nis in Legibus, δικαστῶν δ' ἀνυπόθωπον εἰδέναι δικάζειν,
Nullū, inquit, omnino iudicē iudicare oportet causæ dicen-
dæ non obnoxiiū. Est aut nunc causam dicere, quod Græci
tuum κείνῃ δ' τῷ εὐθύνῃ δ' dicūt, hoc est, iudiciū subire, &
culpās fraudesq; iudiciorū suorū actorumq; præstare. Hoc
nūc iuris periti nullo antiqui iuris exēplo syndicari uocāt.
Quod Cicero rationem uitæ & magistratus gesti repositi
uocat: & edere & exponere quod in magistratu quisque
gesserit: quod olim fiebat apud Censores. Dicit etiā potest
repetundarū pecuniarū iudicio subijci. hoc est, εὐθύνεσθαι
ἀδόναι. Nam εὐθύνεσθαι uel ἀφλυνέναι est damnatū ef-
se repetundarū, apud Aeschinē & Demosthenē. Inde ἀνυ-
πόθωπον & magistratus dictus: & ἀνυπόθωπον, qui causæ
dicendæ aut immunis est, aut quouis modo eximitur: ut qui
abolitionē apud nos à Principe impetrauerūt. Moribus ta-
mē nostris cōtra duorū philosophiæ antistitū auctoritatem
receptum

Causam dice-
re.

Κείνῃ δ'
εὐθύνῃ δ'

Rationem ma-
gistratus gesti
repositere.

Anypenthyni.

receptum est, ut summorum tribunalium Iudices perpe-
tuos causæq; dicendæ securos habeamus, etiam singulos,
necum confessus totos. Quamquam constitutione Phi-
lippi Regis cognomento Pulchri, statutum esse legimus,
ut in eos qui conuentus Parlamenti peragerent, tertio
quoq; anno cū tardissimē inquireretur. Sed priscam
seueritatem posterior atas non tulit. Ecce autem (quod
penē præterij) Senatus quoq; muliebris in ordinem incur-
rit, muliebriaq; iidem Senatusconsulta præteriri se nō si-
nunt. Lampridius in Heliogabalo: Fecit & in colle Qui-
rinali Senaculum, id est, mulierum Senatum, in quo antē
fuerat conuentus matronalis solemnibus dūtaxat diebus.
Facta & Senatusconsulta ridicula de legibus matronali-
bus, quæ quo uestitu incederent, quæ cui cederent, quæ
pilento, quæ equo sagmario, quæ asino ueherentur, quæ
carpento mulari, quæ boum, quæ sella ueherentur,
utrū pellicea, an offsea, an eborata, an argentata, & quæ
aurum uel gemmas in calciamētis haberēt. Huius rei me-
minit & Vopiscus in Aureliano. σάγμα, sagma onus est
iumentum clitellarij, & ipse clitellæ. Vnde Sagmarij equi
& muli. Vtinam Parisijs huiusmodi Senatum, aut certē
Senatusconsulta haberemus, quæ de nostris matronis sta-
tuerent, quæ cuiq; cedere, quæ cuiq; Dux, aut comes esse
deberet, quid gestare, quid indui, quid amiciri, quid ue-
cingi unamquamque deceret, ut quotidianis illis simul-
tibus, atque etiam interdum digladiatiunculis mulie-
bribus ciuitas nostra defungeretur. Illud silentio non
prætereundum, fuisse & Senatusconsulta, quæ tacita di-
cebantur: quæ necessitates publicæ apud ueteres repere-
runt, ut si fortē aliqua uis immineret, quæ cogeret Sena-
tum humilia capere consilia, uel aliqua constituere, quæ
receptum

Senaculum.
Senatus mulie-
bris.
Muliebria Se-
natusconsulta,

Senatusconsul-
ta tacita.

non prius oportere dici quam effici: uel si nollent ad amicos aliqua permanere, Senatusconsultum tacitum fieret: ita ut non scribe, non serui publici, non censuales illis actibus interessent: Senatores exciperent, Senatores omnium officia censualium scribarumque implerent, ne quid forte proderetur. Auctor Capitolinus in Gordiano. Cuius instar est quod hodie in curia summa mente retentum dicunt, uel arcanum regestum. Videamus de Centumuiris. Centumuiralia iudicia, inquit Festus, à Centumuiris dicta sunt. Nam cum essent Romæ triginta quinque tribus, quæ & curiæ sunt dictæ, terni ex singulis tribus sunt electi ad iudicandum, qui Centumuiri appellati sunt. Et licet quinque amplius quam centum fuerint, tamen quò facilius nominarentur, Centumuiri sunt dicti. Cicero libro primo de Oratore: Nam nolitare in foro, hæere in iure, ac Prætorum tribunalibus, iudicia priuata magnarum rerum obire: in quibus sæpe non de factis, sed de iure atque æquitate certetur: iactare se in causis Centumuiralibus, in quibus usucapionum, tutelæ, gentilitatis, agnationum, alluionum, nexorum, mancipiorum, parietum, fluminum, stillicidiorum, testamentorum ruptorum aut ratorum, cæterarumque rerum innumerabilium iura uersentur: cum omnino quid suum, quid alienum, quare denique cuius aut peregrinus, seruus aut liber quisquam sit, ignoret, insignis est impudentiæ. Tranquillus in Vespasiano: Litium sericus ubique maiorem in modum exerceuerant, manentibus antiquis intercapedine iuris iudiciorum, accedentibus nouis ex conditione tumultuque temporum, sorte elegit per quos rapti bello restituerentur, qui iudicia Centumuiralia, quibus peragendis uix sufficere litigatorum et: uidebatur, extra ordinem diiudicarent,

Centumuiralia
iudicia.

redigerentque ad breuissimum numerum. Hactenus ille. Simile autem id est Vespasiani institutum, atque si hodie uiros quosdam industrios Princeps spiritu diuino institutus ex centenariæ curiæ numero, aut etiam aliunde deligendos curet, qui illos sacculorum acruos, aut apud ætuarios publicæ, aut apud unumquemque Iudicum priuatum non tam asseruatos magna ex parte, quam abstrusos, atque etiam in conditorio obliuionis sepultos, in lucem proferant, à blattisque uindictent, & minutulas causas ducentarias fortasse, aut trecentarias, aut cuiuscumque modi commodum uideatur extra ordinem, id est (ut nunc loquimur) per commissarios diiudicent. Maiores uero causas, aut etiam ad exemplum pertinentes (quas consequentiæ uocamus) frequenti curiæ referuent, rectè atque ordine iudicandas. Quod si aliquando fiat, ærumna illa antelucana atque etiam dispendio porrigendorum tot libellorum supplicum litigatores mox defungentur, haud dubia carthariorum iactura in posterum. Idem in Domitianum: Ius diligenter & industriè dixit. plerumque & in foro pro tribunali extra ordinem ambitiosas Centumuirorum sententias rescidit. Plinius libro secundo Epistolarum: Distringor Centumuiralibus causis, quæ me exercent magis quam delectant. Sunt enim pleræque parue, & ex illis raro incipit uel personarum claritate, uel negotij magnitudine insignis. Ad hoc pauci quibuscum iuuat dicere. Cæteri audaces atque etiam magna ex parte adolescentuli obscuro, ad declamandum huc transeunt, tam irreuerenter & temere, ut mihi Attilius noster expresse dixisse uideatur, Sic in foro pueros à Centumuiralibus causis auspicari, ut ab Homero in scholis. Erant autem Centumuirales causæ in duas hastas diuise, auto-

Memorable
institutum.

Ætuarij.

Centumuirales
causæ.

re Quintiliano libro quinto capite de Præiudicijs. Tran-
quillus in Augusto. Autor etiã fuit ut cura ararij à Quæ-
storibus urbanis ad Prætores Prætorios ue transiret. ut
Centumuirale-
lium haste. Centumviralem hastam quam Quæstura functi consueve-
rant cogere, Dece muiri cogere. Valerius lib. septimo:
Nota insaniæ Tuditanius testamento filium instituit here-
dem. quod Titus Longus sanguine ei proximus, haste in
iudicio subuertere frustra conatus est. magis enim Centum-
uiri quid scriptum esset in tabulis, quam quis eas scripsisset,
considerandum existimauerunt. Auctus est autem po-
stea Centumuirorũ numerus manente tamen semper no-
mine, diuisusq; in quatuor consilia. Plin. lib. sexto Epist.
Fœmina splendide nata, nupta Prætorio uiro, exhereda-
ta ab octogenario patre intra undecim dies, quam ille no-
uercam ei amore captus induxerat, quadruplici iudicio
bona paterna repetebãt. Sedebant Iudices centũ & octo-
ginta (tot enim quatuor consilij conscribuntur.) His autẽ
præerat Prætor, ut ex eodẽ intelligimus libro quinto, his
uerbis: Hoc factõ nepotis commotus Prætor qui Centum-
uiralibus præsidet, deliberaturus an sequeretur exemplũ,
inopinatum nobis otium dedit. Quo in loco falsi sunt, qui
locũ illũ Plinij de Iudicium Decurijs intellexerunt, quasi
eadem essent consilia Centumuiralia, & Decuriæ Iudicũ
qui in foro iudicabant. Erant autem Centumuirorum con-
silia quatuor in quadam basilica inter se usque adeo proxi-
ma, ut actiones unius Tribunalis ab alio exaudiri posset,
ut ex eodem Plinio libro secundo, intelligimus. Quintil.
libro duodecimo, de Trachallo loquẽs: Certẽ, inquit, cum
in Iulia basilica diceret primo tribunali, quatuor autem
iudicia (ut moris est) cogerebantur, atq; omnia clamori-
bus fremerebant, & auditum cum & intellectum, & quod
agent

Centumuirale-
lium haste.Centumuiria-
li numero.Prætor Cen-
tumuiris præsi-
debat.Iudicium De-
curiæ.Centumuiralia
iudicia.Tribunalia Ce-
tumuiralia.

agentibus cæteris cõtumeliosum fuit, laudatum quoq; ex
quatuor tribunalibus memini. Hanc autem rationem iudi-
ciorum Romanorũ fuisse arbitror, ut causæ priuatae, quæ
certam fabulam haberent, quales Cicero libro primo de
Oratore enumerauit, à Centumuiris iudicarentur: Publi-
ca uerò iudicia apud consilium Iudicum agitarẽtur: quos
Prætor sortiebatur subsortiebaturq; , ut alibi uidimus.
qui peculiari nomine Iudices uocabantur, in Decurias di-
tributi. quorum iudicium fori appellatione apud anti-
quos intelligitur, ut in illo exemplo Ciceronis supra scri-
pto, & apud Quintilianum in tertio: Rarum est autem,
inquit, ut in foro iudicia propter id solum constituantur,
sicut diuinationes quæ sunt de accusatore constituendo:
Prætor uerò in ijs ferẽ quæ imperij sunt, occupatus esset,
in sortiendis iudicijs, in quæstionibus habendis, in con-
stituendis iudicijs. (Dicebatur enim quæstor à quæren-
do, de quo satis antea diximus) in bonorum possessionibus
dandis, in cautionibus decernendis, & huiusmodi alijs:
atq; interdum in fartis testis exigendis. Valerius libr. v.
Tam admirabilis spectaculi nouitas ab ipso custode ad
Triumuirum, à Triumuiro ad Prætorem, à Prætore ad
consilium Iudicum perlata, remissionem pœnæ mulieri
impetrauit. Triumuiroi capitales erant, quorum interuen-
tu in facinorosos animaduerti solitum erat. Prætor consi-
lium Iudicum cogebat, qui propterea Iudex quæstionis
uocabatur: quo uerbo Martianus usus est in lege prima,
in principio, Ad legem Cornelianam de sicarijs. Iudices au-
tem præsentẽ Prætore præsidẽtẽq; sententias ferebant
tabellares, non uocales. Consulum uerò munera quæ fue-
runt, partim ex ijs quæ supra diximus, partim ex Tacito
libro decimo tertio intelligere possumus: Consulũ, inquit,

Publica iudi-
cia.Iudices.
Forum.Prætoris iuris-
dictio.Triumuiroi ca-
pitales.
Prætor, Iudex
quæstionis.Tabellares sen-
tentie.
Consulum ma-
nera.

tribunalibus Italia & publicæ provincie assistent, illi patrum aditum præberent, se mandatis exercitiis consulturum. Verba sunt Neronis in auspiciu imperij formam sibi futuri Principatus præscribentis: Consules, inquit, Italia & provincijs publicis ius dicent. Ego priuatis principalibusq; provincijs, ac mihi mandatis exercitijs consulam. Reliqua etiam munera quæ postea imperij fuerunt, Consules olim obibant. Consularis enim cognitio summa cognitio uocabatur. Quintilianus in tertio: Non debes apud Prætores petere fidei commissum, sed apud Consules. maior enim Prætoria cognitione summa est. Hæc habui quæ de Senatu Centumuirisq; dicere, cum ijs quæ obiter dicenda mihi uisa sunt. Ex quibus ne nuni non apparet Senatum & Centumuirale iudicium non idem, sed diuersa prorsus consilia fuisse: quod tamen bona uenia Accursianorū dictum sit. supremamq; curiam nostram non rectè Senatum uocitari, Senatumq; ordinis magis nomen fuisse ab initio, quàm collegij aut Decuriæ. Nec tam Centumuiralis iudicij instar esse curiam nostram quàm uocitari posse, ad iudicium numerum uocabulo congruente. Caterum ut nullam propemodum similitudinem Senatum nisi fortuitam in curia nostra Centenaria extare contenderim: sic res eius iudicatas consultasq; & constitutas, & autoritate & exemplo & iudicio instar esse Senatusconsultorum, haud dubitanter affirmauerim: duntaxat quod ad eos populos pertinet, qui intra terminos dittonis eius concluduntur, quæ sanè pleraq; Gallia est. Age iam uideamus de Areopago, quem Iuuenalis curiam Martis appellat. Libanius igitur qui argumenta orationum Demosthenis composuisse creditur, in eam orationem quæ uat' *Ἀντορίας* & inscribitur,

Imperij mune-
ra.
Consularis co-
gnitio.

Sūma cognitio
Epilogus.
Centumuiralis
curia.

Senatus ordi-
nis nomen.

Areopagus.

bitur, duo Athenis consilia fuisse tradit, quas *βουλὰς* appellat. Vnum perpetuum, quod de cadibus iudicabat & huiusmodi rebus, in eo loco qui Areopagus dicitur, quasi uicus Martis: Alterum quotannis mutabile, quod Rempublicam constituebat, & quingenarium uocabatur. Tres autem erant inter hæc duo differentia. quarum prima, secundaq; iam dictæ. Tertia quod quingenarium certo ac statuto numero hominum constabat: Areopagiticum uerò non item. Magistratus enim illi qui Nouemuiri dicebantur, aut etiam Sexuiri, id est, *Thesmothetæ*, prout alij alio modo tradunt, in Areopagi cōsiliū quotannis adoptari solebant: proptereaq; Areopagita certo numero circumscribi non poterant. *Thesmothetarum* autem magistratus apud Athenienses annuus erat. Hi autem tequam ad magistratum illum assumerentur, de omni retrorsus uita acta causam dicere solebant, & (ut ita dicam) de moribus actionibusq; suis in disquisitionem uocari, iudiciorumq; aleam subire. Quod si ne sic quidem ullam dedecoris labem perpetua innocentia contraxisse uidebantur, tum demum ad magistratum illum *Thesmothetæ* assuerebantur. Deinde anno uertente magistratus gesti denuò causam dicentes, si tum quoq; innocentes usquequaq; apparuissent, ad Areopagiticum consilium conscribebantur. Areopagita uerò, inquit, interdum in summo Reipublicæ discrimine ad administrationē Reipublicæ uocabantur. Sudas autem Areopagitas & sicarios iudicare, & Rempublicam grauissimè administrare solitos esse scribit. Cur autem Areopagus dictus sit, ait uis Augustinus docet libr. octauo de Ciuitate Dei, capite decimo. Stephanus *ὁ ἐπι τῶν ἄλλων* Areopagū promontorium Athenis fuisse dicit, in quo inuicia necis scri-

Bulæ Athe-
nienium.

Quingenaria
curia.

Nouemuiri-
Sexuiri.

Thesmothetæ.

Areopagita

ro facta exerceretur. Lucianus in Anacharside, & Pol-
lux libro octauo de uocabulis: Areopagum tradit cædis
& uulneris consulto illatorum iudicia facta fuisse, & incendi-
ij & ueneficij, a iudice exitiabilis. ternis autem dein-
ceps diebus in menses singulos iudicare solitum. Id est, ter-
tio & quarto Calendarum, ac pridie Calendarum, idq;
subdiali in loco. Cicero libro primo de Officijs. *Qua-*
uis enim Themistocles iure laudetur, & sit eius nomen
quàm Solonis illustrius, citeturq; Salamis clarissimæ te-
stis uictoriæ, quæ anteponatur consilio Solonis ei, quo pri-
mum constituit Areopagitas, non minus præclarum hoc,
quàm illud iudicandum est. Illud enim semel profuit, hoc
semper proderit ciuitati: hoc consilio leges Atheniensem,
hoc maiorum instituta seruantur. Et Themistocles qui-
dem nihil dixit in quo ipse Areopagum adiuerit: at ille
uerò potuit dicere uerè à se adiutum Themistoclem. Est
enim bellum gestum consilio Senatus eius, qui à Solone
erat constitutus. Idem 11. de Natura Deorum: Quem-
admodum si quis dicat Atheniensium Rempublicam con-
silio regi, desit illud Areopagi: sic cum dicimus prouiden-
tia mundum administrari deesse arbitror Deorum. Vale-
rius libro 11. Athenarum sanctissimum consilium Areo-
pagus quid quisq; Atheniensium ageret, aut quonã qua-
stu sustentaretur, diligentissimè inquirere solebat, ut homi-
nes honestatè uitæ, rationè memores reddendam esse, se-
queretur. Areopagitarum iudicium memorabile memoria
proditum est, cuius meminit Quintilian. libro quinto: Nec
mihî, inquit, uidentur Areopagite cum damnauerunt pue-
rum coturnicum oculos eruentem, aliud iudicasse, quàm id
signum esse perniciosissimæ mentis, multisq; malo futura
si adoleuisset. Iudicium capitis apud Areopagum primum
factum

Areopagita-
rum iudicia me-
moratu digna.

factum testis est Plin. lib. VII. memorabile & illud quod
apud Areopagitas Oratoribus non licebat affectus moue-
re, quibus inuicem animi à ueritatis luce sæpenumero ab-
ducuntur. Idem Quintilian. lib. V. ubi de epilogo loquitur, A-
themis, inquit, affectus mouere per præconem prohibebatur
Orator. Philosophos minus miror, apud quos uitij est lo-
co affici. Nec boni mores uidentur, sic à uero iudice auer-
ti, nec cõuenire bono uiro uitij uti. Necessariò tamè affe-
ctus fatebuntur, si aliter obtineri uera & iusta, et in cõmu-
ne profutura nõ possunt. Lucianus in Anachar. de Areopa-
go loquens, ἢ ἂν τὸ πρῶτον εἰποι πρὸ τῆς λόγου ὡς ἀνο-
στέρως ἀπεργασασθαι ἀλλῶς, ἢ οὐκ ἔστιν ἢ δεινωσιν ἕξωθεν ἐπά-
γοι. Ἐπὶ πρῶτον ὅτι πολλὰ ἐπιόρων παιδείας ἐπὶ τῆς δικασ-
τῆς μηχανῶνται, προσελθὼν ὁ κήρυξ κατῆσιώπυσεν ἀ-
λλῶς, ἢ ἐὰν κήρυξ πρὸς τὸν βελλῶν, ἢ πρὸς τὸν πρῶ-
τον ἐπὶ τοῖς λόγοις, ὡς γυμνὰ τὰ γεγενημένα οἱ Areopagi-
ται βλεποίτην. Quod si quis in auspicianda oratione proce-
mum ad cõciliandos eorum animos, aut cõmiserationem ex-
aggerationem uel extrinsecus ductam agendæ causæ ac-
commodaret, qualia multa machinamenta Oratorum na-
tio capiendis iudicium animis comminisci solet, ex templo
præco prodies tacere cum iubebat, nõ ultra sinens inani-
ter uerba fundere, uerborumq; inuolucris qua de re agi-
tur implicare, ut nuda apertaq; ipsa facta cernere Areo-
pagite possent. Propterea Quintilianus libro decimo de
Demostenis, Ciceronisq; comparatione loquens: Salibus
certè, inquit, & cõmiseratione, qui duo plurimum affe-
ctus ualent, uincimus, Et fortasse epilogos illos mos ciuita-
tis abstulerit. Lex, inquit, aut institutum Atheniensium De-
mostenus orationibus cõmiserationem & amplificationem
abstulit, duo acerrima tela artis oratoricæ. Et libro secundo

Affectus non
mouebatur ab
Oratoribus ce-
ram Areopagi-
tis.

Epilogi.

Eloquentia pul-
sa Lacedæmo-
ne.
Orandi pote-
stas Athenis re-
cisa.

Areopagita
noctu iudica-
bant.

Areopagita-
rum integritas

eloquentiā ait Lacedæmoniorū ciuitate expulsam, Athē-
nis uerō ueluti recisam orandi potestatem, ubi Orator mo-
uere affectus uocabatur. Idē Lucianus in Hermotimo, de
re eī iudicando loquens ita inquit, Μά τε ἡλικίαι τῆς λέ-
γοσι, ὅτι ἐκαστος μῆτε σχῆμα, ἢ λόγον ἐπισοφία ἀιδόμενον,
ἀλλὰ κατὰ τῆς Ἀρεοπαγίτας αὐτοῦ τοιοῦτος, οἱ ἐν νυκτὶ ἡμέ-
ρας σκότῳ ἀνιέσονται, ὡς μὴ ἐς τῆς λέγοντας, ἀλλ' ἐς τὰ λεγόμε-
να ἀποβλέποιεν, Nec a tatem dicentis, nec habitū, nec
in Philosophia studijs existimationē reuereri: sed Areo-
pagitarū morē in eo imitari: qui noctu & in tenebris ideo
iudicare solent, ne ad dicētes respicere possint, sed ad ea
quę dicuntur. Isocr. in Areopagitico de Areopago loquēs
in hanc propemodū sententiam, inquit: Maiores autē no-
stri usq; eo studiosi temperantię fuerūt, ut consilium illud
Areopagiticū moribus hominū cōponendis publicē præ-
fecerint. In cui⁹ numerū cooptari solis illis sperare licuit,
qui claris natalibus orti uirtutis ac modestię documentis
per multa honestate uitę dederant. Ex quo tandē fidei, ut
cōfessus ipse totius Græcię haud immeritō lōge sit præ-
stātissimus, Οὕτω γὰρ οἱ παρόντες ἡμῶν πρὸς τὴν σωφροσύ-
νην ἐσπούδαζον, ὡς τε τὴν ἐξ Ἀρείας πάγος ἑαλίω ἐπίγνωσιν
ἐπιμελεῖσθαι τὴν ἀκοσμίαν, ἢς ἔχουσιν τε μέτρον καὶ πλὴν
τοῖς καλῶς γενομένοι, καὶ πολλὰ ἀρετῶν καὶ σωφροσύνην ἐ-
πιδείξαι ἐν δειγματῶν, ὡς τε πάντων αὐτῶν ἀπόκτισ διενε-
κῆρ τῶν ἐν τοῖς ἔλλησι σπουδάζον. Addit autē idē autor
et unū iudicio nostro memorabile. Tātū priscos illos A-
reopagitas monumentū uirtutis ac cōtinētię suę illo in lo-
co posteritati reliquisse, ut et suo tēpore, quo iā mores an-
tiquos multū degenerasse cōqueritur, obseruatū esset ees
q morib⁹ alioquin intolerādis antea fuisse uidebantur, si
quomodo fortē ad Areopagiticū consiliū obrepserāt,
tum

tum demum temperare sibi solitos esse, & tanquā loci ge-
nio afflatos ex ingenio suo migrare, ut Plauti uerbis utar,
malleg; institutus tanti consilij, quam insitus sibi uitij, aut
etiam ingenitis insistere. Vtinā benignitate diuina in am-
plijōna curia nostra, in omnibusq; alijs curijs ac consilijs
nostris similis aliquis genius existat me superstite. Areopa-
gitę autem taciti iudicabant, ut inquit Macrobius: quod
Demosthenes κατὰ τὴν ἀρεοπαγίτην ἀμφιζέουσα uocat. Latine
tabellaris sententia dicitur. Qualis etiā erat Iudicum Ro-
manorum in iudicijs publicis. In tabellis enim Iudices sen-
tentiam suam scribentes in urnā mittebant, ita ut alter al-
terius & omnes omnium sententiam ignorarent. Cum enim
certa lege cōstitueretur a Prætoře iudiciū, ut supra per-
strinximus, absolūdus uno uerbo reus, aut dānandus, aut
certē ampliandus erat, si de causa nō liquebat. Demosthe-
nes ad Iudices loquens, Οὐ γὰρ ἀρεοπαγίτην ἐστὶν ἢ ἀμφιζέουσα
τῆς βίης. Neq; uerō, inquit, si occulta est sententiā, idcir-
co Deos latebit. Antiqui cū Areopagitā dicebāt, omnibus
numcris grauitatis & seueritatis perfectū Iudicem signifi-
cabant, aut etiam censentem & consiliarium. Cic. ad Att.
li. 1. Romana autem res sic se habent: Senatus Ἀρεοπαγίτης,
nil seuerius, nil fortius, et reliqua. Idē alibi de Clodiano iu-
dicio loquēs: Clamare præclari Areopagitę se nō esse uē-
turos, nisi præsidio cōstituto referretur ad consiliū. Areo-
pagitę, inquit, id est, seuerissimi ac innocētissimi Iudices.
Sequitur enim: Vingtiquinq; Iudices ita fortes tū fuerūt.
ut summo proposito periculo uel perire maluerint, quam
perdere omnia xxxi. fuerunt quos fames magis, quam fā-
ma commouerit. Prouerbiale autē est apud Græcos Ἀρεο-
παγίτης σε γὰρ ὁπότε, id est, Areopagita subcentior.
De homine dictum qui arcanum optime nouit conti-
nere, & linguę suę imperitizę. Alciphron in Epistolis,

Tabellaris
sententia.
Κροβδην ἀ-
μφιζέουσα.
Iudicia publi-
ca.

Areopagita
subcentior.

Comparatio curia: Parliamentaris cū Areopago.

Plebificatio. Homologare. Ὁμολογᾶν.

Disceptationes liberae & legitima.

Legitima iudicia.

Τὸν μοι τὰ Λῶ Ἀρεοπαγίτης γεγραστός, Esto mihi nunc Areopagita conticentior. Id est, uide ut quā maximē confilescas. Agedum cuiusnam potissimum supradictorū, consiliorum, aut instar, aut similem esse curiam nostrā centenariam, id est, parlamentarem & Centumuiralē dicimus. Nēpe Areopagi, nisi fallor, etsi non usquequaq;. Vt enim Areopagite criminibus primū dijudicandis instituti, et cædibus uindicandis, regendisq;. Atheniensiu moribus ad rem tamen publicā administrandam interdū aduocabantur: sic curia hæc nostra utrunq; munus amplectitur cum opus est. Rursus ut populo sciscete aliqd (unde plebificatio dicta) Senatū autorem fieri oportebat, quod nunc uerbo Græco homologare dicimus (sic enim legi debet, lege, Ne in arbitris, Codice de Arbitris) ita Principū constitutionibus ut uim sanctionū habeant, & huiusmodi actis ad Remp. pertinentibus, autorem curiam fieri hodie necesse est, eaq; in curia promulgari. Et ut Senatus Romanus cognitiones nulla certa lege, aut formula illigatae erant: sic curiæ nostræ liberam disceptationem rerum iudicandarū ac maximam secundū Principem (quatenus ditio eius patet, id est tota penē Gallia) nemo hodie negauerit. Liberā disceptationem uoco, quam facultatem iudicandi secundū conscientiam uulgō dicimus. Sunt enim liberae quaedam disceptationes, sunt & legitima, quæ & legitima iudicia dicuntur, id est, iuri scripto, aut moribus recepto astricta. Cic. in Partitionibus: Nam quæ motu animi & perturbatione facta sine ratione sunt, ea defensiones contra crimen in legitimis iudicijs non habēt, in liberis disceptationibus habere possunt. In Topicis autem legitimas disceptationes appellat, quas hic legitima iudicia dixit. Libera autem disceptationes erāt, ut olim apud populum, sic postea apud

apud Principem & in Senatu. Quintilianus de defensionum generibus loquens: Ultima est, inquit, deprecatio, quod genus pleriq; negauerunt in iudicium uenire. In Senatu uerò & apud populum & ubicunq; iuris clementia est, habet locum deprecatio. Constantinus igitur sublato iam Senatu, & imperio Bizantium tralato, meritò ad præfectum Prætorij scripsit: Inter æquitatem iusq; interpositam interpretationem solis nobis & oportet, & licet inspicere. In suprema autem curia nostra (quam & amplissimam uocitare soleo, exēplo antiquitatis, quæ amplissimum ordinem pro Senatu dicebat, ad maiestatem dignationemq; ordinis respiciens, non ad numerū, qui ordinum omnium minimus erat) in ea igitur curia in quā summa iurisdictionis Gallicæ, atq; etiā iuridicialis imperij sita est, omnia inesse mihi uidentur, quæ & in Senatu & in Centumuiratu, & in Areopago erant, duntaxat quod ad iurisdictionem imperiumq; iuridiciale attinet. Quod de uniuersa curia intelligi uolo, quæ omnibus suis aduocatis, partibus, aut certè membris in corpus plenum coijt, ut in causis actibusq; arduis, aut maioribus solet. Maiestas uerò populi apud Romanos dicebatur, & autoritas Senatus. Populus sciscere solebat & iubere, Senatus cescere & autor esse. Illa igitur popularia ad Principem lege Regia delata sunt: hæc senatoria ad curiam translata esse creduntur. In hac Præfecti prouinciarum ac iuridici quos Balliuos, Senescallos, et huiusmodi nominibus uocamus, in leges iurare solēt. In huius acta referri diplomata regiaq; beneficia solent, ut perpetua esse possint, ac nunquam antiquabilia. Huius autoritate rata irrita ue Principū acta, ne ipsi quidē recusantibus sunt. Vna hæc curia est, à qua sibi ius dici Principes legibus soluti ciuili animo ferant, quam

Amplissimus ordo. Curia amplissima.

Maiestas populi. Autoritas Senatus. Populus sciscere, Senatus cescere solebat.

quam autorem fieri sacrandis promulgandisq; sanctionibus suis uelint. Cuius consilij censura constitutiones suas eximi, edictaq; sua nolint, imò cuius decretis huiusmodi sua acta cōsecrari eternitati uelint, id quod Senatori Romano Probus Imperator honoris ingentis loco indulsi. Huius deniq; autoritate res iudicatæ, præiudicatæ in omne æuum creduntur. Postremò huius opinio tanta est iam apud omnes, quãta Pythagoræ apud Pythagoricos fuit. eius enim decreta ius ab autore sumunt. Tantum opinio præiudicata maiestatis eius ualet, ut nullus non satis esse putet dicere: Curia ipsa ita censuit. Ipsa autem est curia amplissima, ut ipse olim Pythagoras erat. Porro ut Centumuiui in quatuor consilia distributi erant tanquam in quatuor membra: sic curia nostra duabus Decurijs constans, sacerdotum scilicet & profanorum, in tria aut etiã quatuor tribunalia diuisa est, quas classes propriè appellare possumus. Primum illud ac summum tribunal omnibusq; patens, Parlamentum peculiari nomine olim appellatum est: reliqua sua nomina habent inquestas maiores minoresq; & requestras, non temere imposita uocabula, si quis antiquitatem scrutetur. Nihilò secius tamen curia huius nostræ originem à conuentibus iuridicis manasse, haud dubia coniectura crediderim, quorum multa mētio apud antiquos extat. Cæsar libro quinto belli Gallici: Cæsar cōuentibus Gallie peractis in Illyricum proficiscitur. Idem lib. vii. Quæta Gallia Cæsar (ut instituerat) in Italiam ad conuentus peragendos proficiscitur. Trāquillus, Transiit in citeriorem Galliam, conuentibusq; peractis Rauennæ substitit. Plin. lib. iii. de Beticâ loquens: Iuridici conuentus ei quatuor, Gaditanus, Cordubensis, Astygitanus, Hyspalensis. Vnde uerbam conuenire. Idē, Carthaginem

Curie Centumariæ.

Classes.

Parlamentum. Inquestæ. Requestræ.

Huiusdemorigo ex cōuentibus iuridicis.

Conuenire.

ginem conueniunt populi L X I I. exceptis insularum incolis. Nos id hodie resortiri appellamus, ab antiqua fortasse Resortiri. Consuetudine: Causæ enim sortibus ex urna ductis cognoscantur. Vnde illud Vergilianum: Nec uerò sine sorte date sine Iudice sedes: Quæsitur Minos urnam mouet. Vel à Grecis id translatum, qui λαχάνειον dicunt. Idem Plinius: Tarracone disceptant populi X L I I I. id est, conueniunt. Et lib. quinto: Pergamea uocatur eius tractus, ad eam conueniunt Mygdones, Mosini, aliæq; in honore ciuitates. Huiusmodi conuentuum hodie uestigia expressissima extant nonnullis in locis, quos dies magnos uocant. His interesse cōuentibus olim principes præesseq; solebant, p̄pterea iudicium erant: nec loco, nec tēpore stati. Quam rationem fuisse consessus Parlamēti facile est conijcere. Vagam certe fuisse constat, quasiq; prætorianum Principis cōsiliium. Quemadmodum etiam Traiani Adrianiq; temporibus, & antiquis illis seculis hunc morem suis se tradente Spartiano accepimus, ut cum Romani principes causas cognoscerēt, Senatores equitesq; Romanos in consilium adhiberent, sententiæq; ex omnium opinione ferrent. Et Alexandrum Cæsarem autore Lampridio numerosissimum consilium secū habuisse legimus, in quo Iuriscōsulti nō pauciores uiginti fuerunt, in quibus Fabius Sabinus, Cato tēporis sui dictus: Domitius Ulpianus, & Iulius Paulus, qui uertices legum dicti sunt: Pomponius legum peritissimus, Alphenus, Florētinus, Africanus, Martianus, alijq; permulti iuris ipsi professores, discipuliq; Papiniani, qui iuris asylū uocitatus est. sine quorū cōiui nullam unquam constitutionē sacrauit, nullam legē sanxit, de re nulla grauiore statuit: sed ita ut iretur per sententiās singulorū, ac scriberet quæ quisq; dixisset, dato spatio ad

Resortiri. Sortes iudiciorum.

Disceptare.

Dies magni.

Consilium Alexandri Imperatoris.

ad disquirendum, cogitandumq; priusquam dicerent, ne immeditati de rebus ingentibus dicere cogerentur: eoq; consentiū numero, qui Senatusconsultum cōficere posset. Quo modo igitur antiquiores illos Imperatores cōsiliū sibi comparauisse grauiſſimorum doctiſſimorumq; uirorum nouimus, sic nostrates Principes olim centenariū illud cōsiliū instituisse censuerim, ex omnium ordinū hominibus professionumq; coactum. Indeq; illos quos Pares Franciæ dicimus, quasi Duodecimuiros Reipublicæ constituendæ, ad eum numerū adhibitos esse, senos ipsos Pontifices Ducesq; militares: quos ego patricios esse censeo, id est, ut Sudaſ inquit, πατέρας τῶ κοινῶ τῶ ἐν τῇ κοινῶ τῶ συλλετῶ βυλῶς τελευτῶς ἀπῶ : Patres communis Reipublicæ, quæ in suprema dignitate indiuidui cōsiliij esse censentur, quasiq; cōsiliij principalis uertices: ab ijs fortaſſe Regibus instituti, qui ipsi Imperatores quoq; fuerūt. Quare Iustinianus Patres eos ab Imperatore delectos esse ait quasi Reipublicæ patronos tutoresq;. Patriciatus autē erat culmen honorum Iustiniani tempore, ut ex ipsius uerbis intelligimus in lege, Nemini, de Cōsilibus, lib. duodecimo. His autem olim indultū ut dominia quædam, & primores possessionū dignitates iure Patriciali obtinerent: quas eodem iure ad posteros transmitterēt. Comperimus tamen huiuscemodi patricios, patres ue apud alias etiā gentes creari solitos esse. Anno milleſimo ducentesimo uicesimoquarto, Ioannes quidā Nigellanus foeminaſ quandā Flandriæ Comitē à duobus equitibus citadā ad curiā Regis curauit, quod diceret se ius suū apud eam obtinere non potuisse, uel lege agere nequuisse, de defectu iuris appellare uocant. sic enim in antiquis cōmentarijs legimus. Comes cū Parisios ad iudiciū uenisset ubi

Pares Frāciæ.

Patricij.

Patres.

Ius patriçiale.

Ius suum obtinere. De defectu iuris appellare.

ubi causa illa agitata est, cū aliud quiddam reſellēdo uadimonio dixit, tum illud etiam cauſata est, prouocatoreſ Pares suos habere in Flandria, per quos se iudicari petere illum debuisse in curia Comitū. Ille ad hæc dicere, Comitē se ſemel iniquam ei iudicem præbuisse, id quod reuincere ipse paratus erat, quare ad eius curiā ultra reijci, se hanā dubie non debere. Secundum quem, ad ultimū, iudiciū datum est, pronunciatumq; patricios Franciæ (sic enim appellare libet) illius controuersia disceptatores fore. Cum inberim inter patricios Frāciæ, ac primores Regiæ ministros altera lis suborta est (Hi sunt Cancellarius, Magister equitū, Camerarius uel summus admissionalis, et pincerna maximus, siue ille potius à cyathis uocari debet, qui Græcè Οὐνοχρῶς dicitur, quos uno uerbo ministeriales hospitij appellatos esse uideo) His se ad iudiciū patriciorum cum patricijs instituto patriçiali adhibēdos esse cōtendentibus: Illis iudicia patriçiorum solis sibi uindicantibus. Pronunciatūq; tandem secundū ministros Regiæ, iudicādis patriçijs primores Regiæ ministros moribus Franciæ adhiberi solitos esse, adhibitumq; iri, In quo quidem iudicio prius illud, ut diximus, notandū, patriçios quosdam, aut certē patriçiaſtros in Flandria creatos olim fuisse. Deinde illos qualescunque patricios, non pares Comitū, sed pares Nigellani appellari, uidelicet quasi pares inter se dicantur, ut municipes, ut populares, ut tribules. Quod si in nostris admittamus, pares certē patricios non esse necessario dicemus, sed ueluti sodales, & eiusdem collegij, pariq; iure utentes, quasiq; pari iure beneficia à patrono obtinentes: id quod satis ex uſibus feudorum intelligitur, qui iuris ciuiliſ quasi appendices censentur. Parium autem Franciæ similitudo quasiq; exem-

Primores Regiæ ministri.

r
plar

play est apud Homerum libr. Odyss. v. 111. His uerbis Alcino Phæacum rege loquente,

Κένυσε φαίηκων δὴ γήτορες ἠδ' ἔμειδον ἴες.

Δώδεκα γὰρ ἦσαν αἱ πεπεῖες βασιλῆες.

Ἀρχὴ κρῖντοι, τρεῖς καὶ δέκα ἔσονται δ' ἐγὼ αὐτοῖς.

Quid ni igitur eos quasi δωδεκαπρωτας duodecim primos olim uocatos esse censeamus? Primatus enim uocabulum satis ad linguæ uernacule dictionem accedit: ut fuisse existimemus XII. procercs: quasi Regis in consilijs rei summæ agitantis perpetuos assessores, duodecimq; potentatus appellatione primatum insignitos. Ac ne sic quidem tamen hæc dignitas à patriciatu differre admodum uidebitur. Indidem etiam illas distinctas esse existimarim sacerdotum profanorumq; Decurias, quos clericos laicosq; appellant. Quâquam etiam legimus in antiquis certissimæ fi dei libris, anno M. ducētesimo nonagesimo quarto, & rursus trecentesimo sexto regnante tum Philippo cognomēto Longo, hunc statum curiæ fuisse, ut iudices trifarij generis essent in primo tribunali, quod Parlamentum peculiariter dicitur, Antistites, id est, prælati (à quibus prælatorum camerâ interim illud tribunal uocata tam esse inueni) Primores nobilium, id est, barones, Iurisperiti aut literati potius, qui clerici laiciq; uocantur. Hi autē postremi antistitibus et proceribus unâ cū Cancellario, ut parendū haberēt in disceptandis controuersijs & iure dicēdo, atq; in omni negotio trāsfigēdo, quod ad curiæ disceptationē pertineret. Illi uerò ut terni utroque ex ordine essent, ac per singulos tamē res transigi posset. Primo enim in loco bini creatis, bini alteri substituti erāt, & his iterum tertij subsidiarij ueluti succenturiati: ne quando illud tribunal moderatoribus careret, quos Præsides appellamus. In mētionē

Summum tribunal curiæ ceterenariæ.

tamen curiæ antiqui cōmentarij, quos unū & alterū uenere unde antiquitatis, atq; etiam plures uidi, nusquam (quod equidē meminere) Pariū meminere. Hoc loco prætermittendum non uidetur, quod in constitutione quadam anni M. ducentesimi nonagesimi quarti à Rege (nisi fallor) Philippo cognomine Pulchro sacra, caput unum uerbis uernaculis in hanc sententiam legimus, Quod si ij iudices qui in maximo tribunali erunt, sententijs suis diuersa censuerint, Principes aut Præsides curiæ (hi autem sunt antistites & primores nobilium) ex maioris partis sententia rem, decernere ac pronuntiare debebūt, aut etiā ex potioris, si quando ex censentiū grauitate & meritis, aut ex rerum decernendarum qualitate eis ita uidebitur. Ex quibus uerbis intelligimus perpetuum hunc morē non fuisse numerandarum sententiarum. Vtrum autem præstare uideatur, nos in medio iandiu positum relinquimus. De quo tamen Plinius ad Adrianum ita inquit, de quodā Senatusconsulto loquens, quod ipse magnopere improbandum censebat: Sed hoc, inquit, pluribus uisum est. Numerantur enim sententiæ, non ponderantur. Nec aliud publico consilio potest fieri in quo nihil tam inæquale, quam æqualitas ipsa. Nam cum sit impar prudētia, par omnium ius est. Eadem constitutione cautum esse cōprimus (quod minime crederent isti, qui omnia in scientia iuris ponunt) ut tertium genus iudicū in eo tribunali ex profanis sacerdotibusq; constaret. Profani autem partim ex equitibus, id est, equestri ordine præditis militibus, partim ex promiscuo genere hominum assumerentur. Quos omnes nominatim ibidem adnumeratos legimus, titulis eorum atque appellationibus nihil literaturæ præferentibus, nisi humanioris fortasse & ueluti miscellaneæ: qualis

Cōstitutio Philippi Pulchri.

Interdū sententiæ non numero, sed pondere ualebant.

in nonnullis est hodie talarem uestitum non gestantū, & qui in ordine togatorum non censentur. Sacerdotes uerb legimus non suis nominibus, sed sacerdotiorum ascriptos, archidiaconos, decanos, & alijs sacerdotiorum nuncupationibus. Eòdem pertinet quod alio capite eiusdem constitutionis cauetur (ne quippiā fortē comminisci aut causari hic quisquam possit) id est autē huiusmodi, Vt disceptandis prouinciarum iuridicialiū causis (Sic enim nunc nobis uisum est appellare quas iuris scripti prouincias uulgò uocamus) tres à Præsidentibus ex numero confidentium deligantur apprime literati, præsertim ubi de criminibus agetur. Alio rursus capite sanctiū, Vt principes aut Præsides Parlamenti, id est, antistites & primarij nobiles, qui quocumq; in curia aderunt, de cõsiliarijs uel confidentibus potius statuunt, qui ad quodq; munus obeundum mitti potissimū debeant, qui in primo tribunali cõsident, qui ad dijudicandas causas iuridicialium locorum, & que iure scripto reguntur, delegari debeant: qui audiendis postulacionibus præficiantur. Hic mihi Satyricum illud succurrit, Quondam hoc indigenæ uiuebant more. Aureo (inquit Iuuenalis seculo antequam illa deorum superiorū inferorumq; turba figmentis poetiis inuenta esset, cum nulladum inferorum supplicia esse putarētur, id est, cum nulladum pœnarum terribilia sceleratis obiecta essent, humanum genus innocentissimam uitam duxisse perhibetur. Cum nondum, inquit, aliquis sortitus triste profundū Imperium, aut Sicula toruus cum coniuge Pluton: Nec rota, nec furia, nec saxum, aut uulturis atrī Poena, sed infernis hilares sine Regibus umbræ: Improbitas illo fuit admirabilis æuo: Nunc si depositum nō inficietur amicus, Prodigiōsa fides. Eodem autē modo nobis quoq; dicere in

ment

mentem uenit: antiquioribus illis seculis florēte tamen hoc re gno (quod ex nomismatis antiquis apparet auro obryzo percussis) simplicem & facilem iuris reddendi rationem, rarasq; lites nec diuturnas (ut nunc) aut etiam seculares fuisse, quum nondū ista uerba interpretū iuris rempublicam inuasissent, necdum sciētia iuris latissimē, atque etiam in infinitum patere crederetur, sed æquum bonūq; & index prudens integritate, atque innocentia præditus (quæ temporum ipsa magis quam hominū fuisse uidetur. Vbi enim tum peccandi locus illa rei forensis constitutio- ne? Instar sexcentorū uoluminum essent. Nunc uerò quò res reciderit, nemo quidem non uidet: sed omnes dicere nussant. Aequi bonūq; nomen & maiestas apud nos obsoleuit, succidaneaq; alia habemus præclara uocabula cauillamentorum, quas cautelas iuris uocāt, uolumina certē, si uerum fateri uolumus, titiutilitio nō emenda, ut utar Plautino uerbo. Quòd si aliquando in hanc causam unus & alter incubuerit eorum ad quos Gallia nomophylacia delata est, id est, legum morumq; regimen & tutela: & qui primos ordines in re iudicaria ducunt, qui capita uulgò iustitiæ dicuntur: haud dubiè hoc inceptum omnes boni plausu uotisq; prosequuntur. Nec tantæ tantiq; nominis prouinciæ autoritati, id est, Franciæ subscribere finitimæ nationes, atq; etiam ulteriores dubitabunt. Nam quis istam tandem iurisdicēdi rationē improbare non possit, cum nemo quātūuis litium fugitans, satis circumspectē litem, aut intēdere iam, aut depellere possit, in tāta opinionū discrepantia: ubi nemo tam iure lapsus est, quin ansam facessendi negotij apprehendere possit, aut pretextum abnegādi crediti, aut cauillandi nominis comminisci: atq; ita ut biennium, atq; etiā triennium fruatur in improbitate sua, ut sepe

Multiplies legū cōmētarij, litiū materia.

Nomophylacia.

uictores litium uideamus Cadmeam, ut aiunt, uictoriam
 retulisse sese querentes: id est, plus damni quam lucri in ui-
 ctoria cepisse, non absimiles Pyrrho, qui cum bis Roma-
 nos in genti suorum strage uicisset, Næ inquit, si tertiam
 uictoriã habuerimus, funditus perijmus, εἰς τὴν τρίτην ἔτη
 μάχην Ρωμαίους νικῶμεν, ἀπολώλαμεν. Experti enim
 norunt quanti hodie litigare liceat. Verum ab isto ulcere
 manus abstinere identidem nequeo, quod certè nisi manu
 ualida & Pæonia ad uiuum, ut alibi diximus, refectur,
 exacerbari magis tætu quam compesci, aut leniri contig-
 get. proinde ad id quod instat, reuertamus potius. Enim-
 uero curiam nostrã nec statariam nec perennem fuisse, sed
 cõuentuum modo indiciuã, nec loco nec tempore statam,
 nemo nisi in rebus Francicis peregrinus ambigit. Anno
 m. ducentesimo quingentesimo octauo iudicium peractum
 fuisse in monumētis nostris extat, in Parlamēto ad natalē
 diuæ Dei genitricis habito de Comitatu Clarmōtensi. Con-
 tendebant autem de eo cum Rege Pictauiensis & Ande-
 gauēsis Comites. In eoq; iudicio affuisse Regē cum cõsilio
 regio, affuisse etiã episcopos Remensem, Rotomagēsem,
 Trecentem, aliosq; non paucos episcopos abbatesq; &
 maximum fratrum prædicatorum: ad hæc magistrũ mili-
 tum quem Constabularium dicimus, Comites ac primores
 nobilitatis, cõsiliariosq; per multos tum sacerdotes, tum
 profanos. Duo autem tum quotannis Parlamenta cogeban-
 tur, ad natalē purificationēq; diuæ Dei genitricis. Quo
 modo & duo que dicuntur Scacaria apud Normanos,
 ad Paschæ & ad diui Michaëlis. Anno autem m. ducente-
 simo tricesimo, eodem, ut opinor, Rege utrobique impe-
 ritante, id est, Ludouico nono qui inter diuos relatus est,
 iudicium castrense Enceniaci coactum est. In quo archi-
 episc

Curia olim nõ
 stataria, sed
 indiciua erat.

episcopus Senonensis, episcopi Parisiensis & Carnuten-
 sis, Comites Flandriæ, Campaniæ, Niuernensis, Blesien-
 sis, Carnutensis, Vindocinensis, Matthæus quidam mag-
 ister militũ, Vicecomes Bellomontanus, alijq; nobilium
 primores equites que eo quo enumerauimus ordine in eo
 decreto inscripti: quorum etiam signis obsignatum de-
 cretum illud fuit, Comitum Britannię qua est in continen-
 ti, tutelam Britannię ab uxore, ut arbitror, ad eum dela-
 tam commississe, præsentē & uidentē Rege pronunciaue-
 runt. Id est (ut uerbis nostris loquar) Ballium Britannię
 amississe. Exautoratiq; eo decreto ad unum & religione
 soluti Britannię Aremorica proceres ac nobiles, qui ipsi
 se eo nomine sacramento obstrinxerant, id est, fide bene-
 ficiaria soluti. Anno etiam m. trecentesimo uigesimo
 constitutum esse nouimus, ut bina Parlamenta quotan-
 nis haberentur. Quo tempore Parlamentum Tholosanum
 ea lege decretum est, si id Tholosanis è re sua esse
 uideretur. Ex quo autem perennis curia esse coepit, mul-
 to tempore anniuersario Principis edicto postredie di-
 ui Martini instauratitiam fuisse nemo est qui ignoret.
 Quoad haud ita pridem indulgentiorum commuentia
 Principum perpetuus ille magistratus, nedum perennis
 esse coepit: etiam si quotannis diplomate nonnunquam ut
 fama est instaurari, hodie quoque, in more sit curiæ. Pro-
 inde simile ueri est curiam hanc nostram (id quod antè
 diximus) à conuentibus illis ortam, quos celeberrimos
 Principes agitare solebãt, eosq; Principes qui eam insti-
 tuerunt, quiq; institutam auxerunt, ornauerũtq; hoc ma-
 ximè uoluisse, amplissimam eam curiam causarumq; om-
 nne genus disceptatricem iustam ac legitimã esse. Atque
 ideo ex iuris omnis hominibus consultis ciuilibus, pontificij,
 r 4 militaris,

Parlamentum
 Tholosanum.

militaris, atque adeò rerum omnium politicarum, illum ueluti chorum iudicum concinna mixtura uisendum instituisse. Urgente porrò causarum multitudine, & rerum commoditate poscente, hoc (ut ita dicam) corpus in membra quedam distractū esse, quas classes propriè appellamus.

Decuriæ & re Decuriasq; possumus, *cameras* appellant, nomine olim indito à locis sessionū concameratis. Hæ tres primum fuerunt. Vna in maximo tribunali cōstituta, quod **Parlamentum** olim peculiariter ab actionibus altercationibusq; aduocatorum appellatum esse uideo; Altera in secundo consilio, quod ab iudicandis inquisitionibus nomen accipit. Quæ ipsa rursus constitutione Philippi cognomento Longi, anno M. trecentesimo uicesimo, mense Februarii, urgente causarum multitudine in duas classes subdivisa est. ijs autē uiceni homines distributi, octoni iudices, duodeni relatores, id est, reportatores appellati, quos etiam **Renūtiatores** renunciatores Latine dicere possumus, causarumq; expositores. Horum enim munus erat inquisitiones iudicibus renunciare. nunc munus pronuscium factum est renunciandi iudicandiq;. Eiusdem Principis constitutione anno M. trecentesimo sextodecimo, quo tempore nondum Rex Philippus idem, sed rector tantum erat, triginta in prima classe iudices fuisse uideo, eorumq; principem **Cancellarium** fuisse. In secunda, iudices binos episcopos abbatesq;, ac cum his tredecim alios renunciatores octo. Episcopi fuerunt *Mimatens.* & *Suesionens.* abbates diuorum *Dionysij* & *Germani* ad urbem. Alia deinde constitutione cum religio Principibus incesisset destineri **Antistites** munere iudicandi, quo minus libere diuino cultui uacarent, exacti sunt curia, & ad obsequium diuinum ablegati, præter unicum abbatem diui *Dionysij*: cautumq;

Sacerdotes & episcopi curia cincti.

ne

ne ultra in curiam asciscerentur, eorumq; in loco Cancellarius cum uno ex aulicis primarijs suffecti. Nunc numerus legitimus est octogenarius: cui accedūt octo magistriliberorum, qui in primo tribunali sedendi ius habent, inter *Præsides* & *Consiliarios*. Centenarium numerum explent x i i. primi uel *Patricij*: seni antistites & proceres, in quo numero allectos, qui interdum ascribuntur, non ad numero. Adhibitos etiam comperi nobili illa constitutione *Philippina* anno M. trecentesimo secundo obseruatores curiæ ex aulico comitatu, binos antistites proceresq;, qui ueluti exploratores assidui industriæ & seueritatis eius essent: intercessores etiam futuri, siquādo quid decerneretur quod uel è dignitate curiæ, uel è *Republ.* nō uideretur. Hos nomophylacas propriè appellare possumus, ut paulo post docebimus. Quod quidem institutum proximus principatus approbavit. Multa autē alia eodem pertinentia consulto præterimus, quæ hic commemorare non necesse habuimus. Multa sunt enim quæ huius temporis cōditio haudquaquam ferre posse uideatur. Quicquid igitur supra de curia diximus, de ea sublimitate et amplitudine, augustaq; illa maiestate intelligi uolumus, ad quam memoria nostra curia, aut certè patrum nostrorum, indulgentia Principum euasit. Si quando autē una classis ad calculorum æquilibrium deuenit, id est, ad sententiarum parem utrinq; numerum, duo de maioribus curiæ, quasi sententiarū autores mittuntur ad alteram classem relaturi, qui suæ uterque factionis sententiam tueantur. Quo facto altera illa classis in cōsiliū mittitur, ut rei ambiguae **Colophonem** imponat: id est, ut dissentienti inter eos finem imponere. & ultimum calculum ac totius rei definitiuū adiciat. id lingua forensis quasi æquationem sententiarū dirime

Philippina cōstitutio.

r 5 mere

mere appellat. Hoc enim uerbo propriè in ea re significanda uti possumus. quod ut obiter dicatur, Colophona, inquit Festus, dicunt, cum quid finitum esse significatur. Hoc tamen ex more Ionum populorum tractum est, ut inquit Lycopenus Græcus autor. Siquidè xii. urbes Ionie conuenire olim solite dicuntur ad id consilium quod Panionion dicebatur, de rebus communibus commentaturæ disceptaturæq; quo in loco si fortè totidem utrinq; calculi diuersa censuerant, aduocatis tum Colophonij, rem ita componebant, ut in utrius partis sententiam irent Colophonij, illinc uictoria calculorum esset. A quo more in prouerbij uenit ἡ κολοφῶνα ἐπιθεῖσθαι, id est, colophona imponere, uel colophonè addere, hoc est, ultimum & potentissimum suffragium adijcere, quasiq; ultimam manum imponere, postquam nihil ultra hæsitandum sit. Plato in secundo de Legibus circa finem hoc uerbo usus est, pro eo quod est sermonè claudere ac finem differendi facere, ultimamq; commentationè quasi ultimam manum adhibere, ἡ δὲ τοίνυν τῆ μέθης χρεῖα ἡ κολοφῶνα πρῶτον ἐπιθεῖσθαι. Et rursus, κολοφῶνα ἡ δὲ τῶν πρῶτων λόγων ἡ δὲ τῶν ἄριστων. Tertia classis eorum est qui requestrari, id est, libellorū supplicum magistri dicuntur: de quibus mox dicendū. Nunc etiam quarta atq; adeò quinta adiecta est eorum, qui causas personalium actionū atq; interdictorum retinèdæ possessionis hominibus priuilegio præditis iudicāt. Id est, qui aut in muneribus publicis occupati sunt, aut qui fori priuilegiū à Principe impetrauerunt, ut per multa fodalitia. hi autem delegatam iurisdictionè habent, nec de prouocatione iudicant, neque de iniuriarū actionibus, neq; de ui illata, nisi hæ actiones in interdictorum controuersias inciderint, aut in actionum personalium. Nouimus

Colophonem addere.

Priuilegio præditi.

& ab

& ab antiquis Principibus aliud esse consilium institutum, quod strictum iam inde appellatur: nos aulicum & interius consilium appellare & selectum possumus, ex propinquis & necessarijs & interioribus amicis Principis proceribus & antisistibus cum Cancellario constitui solitum, certo tamen numero circumscriptum. Alibi magis consilij monumenta antiqua meminerunt: ad quod ex Parlamento aliquot assumi solitos esse legimus, ita ut promiscuam operam nauarent, & in curia, & in magno consilio. Nonnullis autè temporibus strictū & magnum consilium idè fuisse deprehendi, nisi fallor, hodie alia est ratio. Postremò addenda & alia duo capita. Eorum prius est ex cōstitutione anni m. d. c. lxx. nonag. quarti. Est autè eius modi, sancitum præterea & statutum, ut Princeps Præsensq; Parlamenti de cōsuetudinibus in eo iudicibus statuatur, qui cuiq; muneri obeundo deligi potissimū debeant. Qui in maximo cōcessu retineri, qui ad iurisdictionem ex iuris prescripto exercendam destinari, qui postulationibus quotidianis uacare debeant, de reliquis item sacerdotibus profanisq; in consilium Regis allectis, & Rex & Præsidentes statuatur, ita ut eorum opera utantur ijs rebus disceptandis constituendisue, quæ ubiuis locorum in regno alia atque alia extiterint, si ita eis uideatur id est, (ut uulgò diximus) ad eas res quæ quotidie de nouo emerferint. Alterum caput est constitutionis Philippinæ in hanc propemodum sententiam: Sanximus etiam statuimusq; ut iudicia, arresta, sententiæ, quæq; à curia nostra, quæque à communi consilio nostro exierint, rata sint omnino, isque ad quos ea res pertinebit, exequi ea possint prouocatione sublata. Quod si quid in ijs extiterit uel ambiguitatis uel erroris, quod modò momentum

Aulicum & interius cōsiliū.

Magnum consilium.

Strictum consilium.

Constitutio Philippina.

aliquod

aliquid habere uideatur, uolumus & sancimus, ut eorum enarratio, emendatio, interpretatio, atq; etiam si opus sit inductio, ad nos ac consilium nostrum commune ad maiorem uel partem eius pertineat. Quæ tamen omnia cum ingenti animaduersione, nec iniussu nostro, nec citra scriptum nostrum fieri uolumus iubemusq;. Ex his, ut arbitrator, apparet antiquiores illos Principes nostros numerosa sibi consilia amplissimaq; instituisse, à quibus curiam nostram amplissimam ortam esse diximus. Sed ita ut eam non membrum ab eo uelut corpore auulsum esse dicas, sed ueluti robur consilij delectum: reliquos uero consiliarios qui ad curiæ numerum conscripti non essent, partim eximios quosdam fuisse quasiq; extraordinarios, qui latera Principis cingerent, & ab eo pedem latum non discederent: partim subsidiarios & (ut ita dicam) succentuarios, sicubi ad uarios euentus opus esset. Eius autem curiæ sententiæ arresta uulgò dicuntur, cum arresta fortasse per unum & dici debeant, quo uerbo Græcè placita significantur. Cuius me uerbi dudum Paulus Aemilius admonuit, Gallicarum historicarum scriptor: quæ quidem cum hæc scriberem, in magna expectatione inter nostrates erant.

Arresta.

Arresta. Placitum autem Latine & decretum dicitur, quod Græcè dogma & psephisma & areston dicitur. Plinius de Thesalo Methodicorum principe, Eadem, inquit, ætas Neronis principatu ad Thessalum transiuit, delentem cuncta maiorum placita, & rabie quadam in omnis æui medicos perorantem. Placita Plinius appellat maxime ratas opiniones medicorum, sententiasq; constantes inter medicos de ratione medicinæ: quales sunt aphorismi Hippocratis, Ut igitur populi scita, & senatuscõsulta, sic curiæ nostræ

Decretum. Placitum.

Δόγμα.

Ψεφισμα.

Ἀρεστόν.

Ἀφορισμοί.

Placere

arresta, id est, placita intelligere possumus. Nam placere uerb

uerbo pro decernere & statuere Senatusconsulto, anti- qui utebantur: ut apud Ciceronem legimus in Philip. v. De exercitu C. Cæsaris ita censeo decernendum, Senatui placere militibus ueteranis, eorumq; liberis militiæ uacationem esse. Et Philip. 111. Senatui placere, ut C. Pansa A. Hircius Cos. designati, & reliqua. Addendum & illud corollarij nomine, fuisse & celeberrimum conuentum Amphictyonum, quem Plinius lib. xxv. publicum Græciæ concilium appellat. De quo Suda & Arpocratio in glossematibus ita tradunt: Amphictyones confessus quidam fuit Græcus, ad Thermopylas cõuenire solitus, ab Amphictyone Deucalionis filio sic dictus, qui & ipse populos cum regnaret, ad conuentus conuocasse dicitur. Hi autè erant numero xiiii. Iones, Dores, Perrhebi, Bæotij, Magnetes, Achæi, Phthiotæ, Melienses, Dolopes, Aeniænes, Delphi, Phocæses. Alij quòd accola Delphorum essent, Amphictyonas dictos putant. Amphictyones enim Græcè uicini dicuntur. Legimus apud Demosthenem, Aristidem ut pro communi causa diceret Atheniensem nomine apud Amphictyonas patronum, id est, syndicum esse missum. Inde illa nobilis controuersia, declamatoria tamen, apud Amphictyonas Quintiliano referente agitata: Alexander cum Thebas euertisset inuenit tabulas quibus centum talenta Thessalis dedisse Thebanos continebatur. Haec quia erat usus cõmilitio Thessalorum, donauit ultro. Postea restituti à Cassandro reposcunt Thebani Thessalos. Apud Amphictyonas igitur centum talenta & credidisse eos constat & non recepisse. Lis ex eo pedit quòd Alexander ea Thessalis donasse dicitur. Constat quoq; illud, non esse ijs ab Alexandro pecuniam datam. In qua controuersia multa de iure belli disputantur. Sed apud Amphictyon

Amphictyones

Σύνδικος. Nobilis controuersia.

Umbilicus terræ.

Ἐϋωνας uel potētissima æqui tractatio est. Strabo lib. ix. de Delphico tēplo loquens, quod ipse τῆς ἐλλὰδος ἐν μεσοφωας εἶναι τῆς συμπάσης. Id est, In medio quodāmodo uniuersæ Græciæ esse dicit, quæq; intra Isthmū, quæq; extra est, & terræ umbilicū appellari, id est, τῆς γῆς ἑμφολὸν καλεσαμένη. Cum huiusmodi autē, inquit, cōmoditas circa Delphos esset, eō facile cōueniebant finitimi maxime, ex quibus Amphictyoniciū cōsiliū cōstitutū est: quod & de rebus inter eos cōmunibus cōsilia agitaret, & templi curā susciperet cōmunē, utpote in quo pecuniæ permulta & donaria recondita essent, tum custodia magna, tū uerō sacrificiorum indigentia. Acrisius uerō, inquit, eorum qui posteritatis memoriæ traditi sunt, primus instituisse putatur ea quæ ad Amphictyonum consilium pertinent, ut besq; destinasse huius confessus participes. Iusq; suffragij illis dedisse, huic per se, illi autem communiter cum altera uel etiam cum pluribus. Demōstrasse etiā Amphictyonicas causas quæ à ciuitatibus inter se disceptarentur. Post quem etiam aliæ deinceps multæ cōstitutiones factæ sunt, quoad tandem institutum illud dissolutū est. Fertur autem x i i. primum ciuitates eō cōuenire solitas, singulasq; Pylagoram mittere, cum bis quotannis cōuentus cogeretur, uere scilicet & autumno, postea autem & plures conueniunt ciuitates. Pylagoræ Cereri immolabant. ad Pylas autem conueniebant, quæ & Thermopyle dicuntur.

Πυλαγόρας.

Pylæ Thermopyle.

Ex titulo, De officio Proconsulis.

Sed nō potest qui apud alterum nomina ediderit, apud alterum manumittere. Accursius nomina interpretatur probationes causarū. Cum edere nomen sit curare nomen inscribendum, & ueluti eius nomē profiteri in actis quem manumissuri sumus: id quod fiebat ante cognitionem

Conj

Consulis. Edere nomina hodie dicere possumus eos prouocatores, qui apud acta curiæ presentari dicuntur. Hoc autem etiam dare nomen dicitur, ut dare nomen militiæ in l. iij. infra. De re militari, Qui post desertionē in aliam militiam nomē dederunt, legiue se passi sunt, & reliqua. Liuius li. v. Omnium primū Tribuni militum fuit delectū haberi. Nec seniores modo cōscripti, sed seniores etiā cōscripti nomina dare, ut urbis custodiam agerent. Inde illa locutio, ad nomina respondere. Idē li. v i i. Acerbitas in delectu non damno modo ciuium, sed etiam laceratione corporum lata, partim uirgis caesis qui ad nomina non respondissent, partim in uincula ductus, inuisa erat. Id est, qui nō comparuissent, ut uerbis nostris loquar. Et mittere ad nomen. Quintilianus in Declama. (si tamen is est autor) Ad nomen mittere filios parentes festinarūt, quamuis asperri mo bello, ut sub te ponere rudimenta militiæ contingeret. Inde etiam nomen accipere, pro eo quod uulgus dicit, recipere ad monstram, quod & rationem habere dicitur. Liuius lib. v i i. secundi belli Punici, Itaq; si suum nomen Dictator acciperet, se comitijs intercessuros Tribuni dixerunt: si aliorū præterquā ipsius ratio haberetur, comitijs se morā non facere. Idem lib. i i i i. Vicerunt patres, quia plebs patricijs seu hunc seu illum delatura honorem, frustra certare super sedit. Et Principes plebis ea comitia malebant, quibus non haberetur ratio sui, quā quibus ut indigni præterirentur.

Edere nomina

Dare nomen.

Ad nomina respondere.

Mittere ad nomen.

Nomen accipere.

Rationem alicuius habere.

Ex titulo, De officio Præfecti Præt.

Breuitè commemorare, & reliqua. Nugatur hoc in loco Accursius, ut ferè in ijs locis solet quæ ab antiquitate repetenda sunt, utpote qui diuinaci cōiectura potius quàm rerum cognitione fretus nihil ferme intactum relinquere instituerit

De Dictatura. insituerit. Nos autem de Dictatura duo tantum dicenda putauimus: unum quod Plutarc. in Fabio memoria prodidit. Fabius, inquit, Dictator designatus, magistrum equitum L. Minutium dixit: à Senatuq; petijt, ut equo sibi uti Dictatori liceret. Non enim antea equitare Dictatori fas erat, sed per quandam ueterē legem prohibitū fuerat. siue quòd maiores uires inesse pediti, ac pedes manumq; conferere arbitrarētur, ac propter hoc Imperatorē in legione permanere oportere, nec locum deserere: siue quoniam ad alia omnia tyrānica magnaq; sit potentia magistratus ille, ut in hoc appareret Dictatorē uolēte populo indigere. Alterū est ex eodem in Probl. Dictator, inquit, creatus omnium magistratuū imperium inhihet, ad seseq; transfert, praterquam Tribunorum pleb. Hi enim soli Dictatore creato non cessant. Oudē ἡ δὲ παρόντων Δικτάτορας ἀπεθῆναι ὅτι διέταρχοι, ἀλλὰ πᾶσαν ἀρχὴν ἐνάνα μετατίθηται ὅτι ἐαυτῶν, αὐτοὶ μόνοι διαμύνονται. Hic creari nisi silentio noctis non poterat, ut auctor est Liuius libro 1 x. Dicebatur autem à Consule, ut ipse magistrum equitum dicebat. Noctis, inquit, silentio (ut mos est) Fabius L. Papyrium Dictatorē dixit. Caterū Dictatura post mortem Caesaris Senatusconsulto sublata est in perpetuum. Cicero in Philip. 1. Ad singulare etiā Marci Antonij factum festinat oratio. Dictaturam quae uim iam regiae potestatis obsederat, funditus è republ. sustulit. De qua ne sententias quidem diximus: scriptum Senatusconsultū quod fieri uellet attulit. Quo recitato, summo studio auctoritatem eius secuti sumus, eiq; amplissimis uerbis per Senatusconsultum gratias egimus. Lux quaedam uidebatur oblata, non modo regno quod pertuleramus, sed etiam regni timore sublato, magnumq; pignus ab eo Reipub. datū se liberam ciuitatem esse uelle, quod dictatoris nomen, quod sepe iustum fuisset, propter perpetuae Dictaturae recentem memoriam funditus ex Reipub. sustulisset. Regnum appellat Cicero perpetuam Caesaris Dictaturam, quae inuidiosissimum nomen Dictaturae reddidit. Idem, Maximum autem illud quòd Dictaturae nomen sustulisti. Haec iniusta est à te, à te inquam mortuo Caesari nota ad ignominiam semper piternam. Vt enim propter unius M. Manlij scelus decreto gentis Manliae neminem Patricium licet M. Manlium uocari: sic tu propter unius Dictatoris odium nomen Dictatoris funditus sustulisti. De praefectura Praetorij Tranquillus in Tito, Praefecturam quoque, inquit, suscepit, nunquam ad id tempus nisi ab equite Ro. administratam. Unde Plinius in praefatione ad eundem Titum loquens. Et quod his, inquit, nobilius fecisti, dū illud patri pariter et ordini equestri praestas praefectus Praetorij eius. Quibus uerbis Plinius significat et equestrem ordinem et praefecturam Praetorij Titum ingenti honore affecisse, cū praefectus patris sui Vespasiani et dici et esse uoluit: quod antè equestris tantum ordinis munus fuerat, non etiā Senatorij. Praefectus autem Praetorij à cohorte Praetoria dictus est. Apud antiquos enim cohors quaedam erat quae Praetoria uocabatur, quae Consuli aut Praetori in prouincia praesto semper erat, quasiq; latus eius cingebat. Cice. ad Quintum fratrem Africae Proconsulem libro 1. Quos uerò aut ex domesticis conuictoribus, aut ex necessarijs apparitoribus tecum esse uoluisti, qui quasi ex cohorte Praetoria appellari solent: horum non modo facta, sed etiam dicta omnia praestanda tibi sunt. Ita q; quod Cicero cohortem Praetoriam in Praetura urbana dixit, Asconius Consulares comites interpretatur. Veteres enim, inquit,

ciuitatem esse uelle, quod dictatoris nomen, quod sepe iustum fuisset, propter perpetuae Dictaturae recentem memoriam funditus ex Reipub. sustulisset. Regnum appellat Cicero perpetuam Caesaris Dictaturam, quae inuidiosissimum nomen Dictaturae reddidit. Idem, Maximum autem illud quòd Dictaturae nomen sustulisti. Haec iniusta est à te, à te inquam mortuo Caesari nota ad ignominiam semper piternam. Vt enim propter unius M. Manlij scelus decreto gentis Manliae neminem Patricium licet M. Manlium uocari: sic tu propter unius Dictatoris odium nomen Dictatoris funditus sustulisti. De praefectura Praetorij Tranquillus in Tito, Praefecturam quoque, inquit, suscepit, nunquam ad id tempus nisi ab equite Ro. administratam. Unde Plinius in praefatione ad eundem Titum loquens. Et quod his, inquit, nobilius fecisti, dū illud patri pariter et ordini equestri praestas praefectus Praetorij eius. Quibus uerbis Plinius significat et equestrem ordinem et praefecturam Praetorij Titum ingenti honore affecisse, cū praefectus patris sui Vespasiani et dici et esse uoluit: quod antè equestris tantum ordinis munus fuerat, non etiā Senatorij. Praefectus autem Praetorij à cohorte Praetoria dictus est. Apud antiquos enim cohors quaedam erat quae Praetoria uocabatur, quae Consuli aut Praetori in prouincia praesto semper erat, quasiq; latus eius cingebat. Cice. ad Quintum fratrem Africae Proconsulem libro 1. Quos uerò aut ex domesticis conuictoribus, aut ex necessarijs apparitoribus tecum esse uoluisti, qui quasi ex cohorte Praetoria appellari solent: horum non modo facta, sed etiam dicta omnia praestanda tibi sunt. Ita q; quod Cicero cohortem Praetoriam in Praetura urbana dixit, Asconius Consulares comites interpretatur. Veteres enim, inquit,

M. Manlius.

Praefectura Praetorij.

Prætor omnem magistratum cui pareret exercitus, Prætorium appellauerunt: unde & Prætorium, tabernaculum eius: & in castris porta Prætoria, & hodie quoq; præfectus Prætorio. Hactenus Aſconius. Cùm igitur imperiũ Romanum ad monarchiam deuenit, Principes Romani equitẽ unum Romanum Prætorie cohorti aut cohortibus etiam præfecerunt, & Prætorio suo, id est, aula, quam lingua vulgariſ hospitiũ Regis appellat: unde præfectus Prætorio hodie dici potest qui magnus magister hospitij dicitur: nam eum Græci ἐπιτακτοῦ ἀδελῆς uocant, multum tamẽ ab antiquo differens. Hunc autem antiqui Principes potentia militari secundum sibi esse uoluerunt: qualis Burrus primus (ut arbitror) Neroni fuit: de quo Tacitus libro VII. ita inquit, Ibatur in cædes, nisi Afranius Burrus & Anneus Seneca obuiam iſſent. Hi rectores imperatorie iuuentutis & pari in societate potentiaq; concordēs, diuersa arte ex æquo pollebant. Burrus militaribus curis et feueritate morum, Seneca præceptis eloquentiæ & comitate honesta. Idem de morte eius loquens ita inquit lib. XIII. Ciuitati grande desiderium eius mansit propter memoriam uirtutis, & successorum: alterius segenem innocentia, alterius flagrantissima flagitia et adulteria. Quippe Caesar duos Prætorij cohortibus imposuerat. Femum Ruffum ex uulgi fauore, qui rem frumentariam sine questu tractabat: Oſſonium Tigillinũ, ueterem impudentiam atq; insaniam in eo secutus. Præfecturam igitur Prætorij Titus ampliore honoratioremq; reddidit, ut Plinius in exemplo superiore inquit. Plinius uero iunior in Paneg. Traiani uerbis loquens ita inquit, Ego quidem in me, si omnium utilitas ita posceret, etiam præfecti manum armatum: Tangẽs historiã huiusmodi à Dione commemoratam,

Traianus

Traianus cùm præfectum Prætorij cingulo donaret, dignitatis eius insigni, ita dixisse ad eum fertur, Accipe hunc ensẽ, & si quidem recte atq; è Repu. imperauero, prome: sin secus, in me utere. Huius magistratus meminit Lãpridius in Alex. à quo dignationẽ eius auctã esse refert. Ab alijs autẽ atq; alijs principibus auctiorẽ in annos atq; etiã in dies factã esse ex multis iuris locis conijcere possimus. Huius autẽ in Francia instar esse magis quàm simulẽ Cancellariatũ, haud ab re (ut arbitror) dici potest. A qui bus autem inijtis ad quantum fastigium euectus sit, nemo mediocri rerum nostrarum cognitione imbutus nescit. Verum eius aliud exẽplar apud Platonem reperisse mihi uideor idq; expressum, nõ adumbratũ. Plato igitur in eo libro qui Minos uel de lege inscribitur, Minoẽm ab Homero tradit, laude longẽ omnium præstantissima inter omnis heros laudatũ esse. De Creta enim loquẽs nonaginta urbibus insigni, earum unam Gnoſsum urbẽ ingentẽ esse ait, in qua Minoẽm regnasse, Iouis consuetudine ac colloquio nouem annos usum. Hoc enim significat, inquit, illud carnẽ, Εννεαετος βασιλευς Διὸς μετὰ δὲ δαετῆς, Nouennis regnauit cum Ioue cõmentatus. Quod sic dicere possumus, Ter tribus his annis regnauit cũ Ioue suetus. Propterea, inquit mira laus hæc existimanda est, & supra quam nihil omnino dici cogitariue possit, nõ modò Iouis esse filium, sed etiam unum omnium ab Ioue institutum. Nam quod Hesiodus de eodem loquens inquit,

Ζυδὸς ἔχων σκῆπτρον, τῶ κείνῳ πόλεω βασιλευς.

Sceptra Iouisq; tenens, queis urbibus imperitabat. Nihil aliud intelligi uoluit quàm Iouis habens disciplinam qua Cretenſium urbibus moderabatur. Hunc igitur Minoẽm Plato regendo regno suo Rhadamanthi opera

Traiani memorabile uerbum

Cancellarius in Francia.

Plato.

Minos.

Rhadamäthus

Nomophylax.

Talos.

Πρόεδρος.

usum esse, in hanc propemodum sententiam commemo-
 rat. Enimvero, inquit, Rhadamanthus ut uir quidem bo-
 nus erat, ita artis Regie numeros haud omnes perdoctus.
 Regie tamen artis (ipse basilicā uocat) administrā quan-
 dam operam egregie nauare didicerat, ab ipso Minoē iu-
 dicijs prefectus, quare etiam index bonus dici uulgò me-
 ruit. Hoc enim nomophylace, id est, præsidae custodēq; le-
 gum Minos utebatur in urbe: Talos uerò extra urbem
 utebatur. Hic enim Talos ter in singulos annos regionē
 passim obibat, custodiē legū intētus, areasq; legū tabulas
 pagatim circūferens. Verba ipsa Plat. subiecitimus, Παδά-
 μανδ' οὗ ἢ ἀγαθὸς μὲν ἦν ἄνθρωπος, ἐπεὶ αἰδέσθητο μὲν τοὶ ἕχ' ὄλην
 τὴν βασιλικὴν τέχνην, ἀλλ' ὑπερσίωτον τῆ βασιλικῆ ὄσον
 ἐπιγατῆρ ἦν τοῖς δικαστηρίοις, ὅθεν καὶ δικαστὴς ἀγαθὸς ἐ-
 λέχθη εἶναι. νομοφύλακιν γὰρ αὐτῷ ἐχρηστο ὁ Μίνος. ἡ δὲ τὸ
 ἄστυ, τὰ ἢ κατὰ μὲν τὴν ἄλλην τῶν Τάλω, ὁ γὰρ Τάλως τοῖς
 περιμέτρ' ἦν γιναιτὸς κατὰ τὰς κόμας φυλάττωρ τὸς νόμους ἦν
 αὐταῖς, ἦν χαλκοῖς γομαματῖοις ἔχων γεγραμμένους τὸς νό-
 μους. Aristoteles autē lib. 1111. Polit. autor est in quibus-
 dam rebus publicis Græciæ probulos & nomophylacas
 institutos fuisse, qui eas rogationes quæ ad populū ferēda
 essent, præiudicio quodā disceptarēt exanīnarentq; ne-
 quādo fortē populus cōtrarium quippiā legibus, aut qd̄ ē
 R epu. nō esset, sciscere tubereq; posset. Hi autē nomophy-
 laces Athenis (ut apud Sudā le gimus) fascioliis albis pro-
 redimiculis uti solebāt in spectaculis, ē regione sedentes
 nouem magistratuuum, qui Reipub. gubernacula tenebāt,
 cogētes magistratus omnia rectē atq; ordine & ex pre-
 scripto legum agere. In concionibus uerò cum probedris
 confidere soliti, intercessuri si quis rogationē promulga-
 tionē uel quāpiam ferret, aut contra instituta patria, aut
 quæ

quæ ē R epu. ē dignitatē uel eius futura nō uideretur. Pro-
 hedri autē dicebātur quasi præsides, magistratus quidā
 primū subfellij, quibus ceteri omnes sedēdi loco cedebant,
 Ἡράκλειος ἢ τὰς ἀρχὰς χρῆσθαι τοῖς νόμοις, καὶ ἦν τὰς ἐν-
 κλησίαις ἐκαστὸν μετὰ τῶν πρόεδρων, καλῶντες ἑπι-
 ζεῖν ἢ τι παρανομὸν εἶναι δλόξαιε καὶ ἀσύμφορον τῆ πόλι.
 Eadem penē Pollux lib. v 111. de nomophylacibus dicit.
 Cicero lib. 111. de Legib. Legū, inquit, custodiam nullam
 habemus. Itaq; hæ leges sunt quas apparitores nostri uo-
 lunt, à librarijs petimus, publicis literis cūsignatā memo-
 riam publicā nullā habemus. Græci hoc diligētius, apud
 quos nomophylaces creatur. Nec ij solū literas (nā id qui
 dem & apud maiores nostros erat) sed etiā facta hominū
 obseruabāt, ad legesq; reuocabāt. Si huiusmodi magistra-
 tibus Fræcia rectē atq; ordine uteretur, mores certē &
 instituta nostra, iusq; omnino moribus nostris introductū
 receprūq; (quas cōsuetudines dicimus) nō tam incerta ob-
 scuraq; essent quā ipsa esse non pridē deprehensum est.
 Nondum enim multis cōuentibus actis cōstitutū potuerūt.
 adeò ad hoc tempus tantū aduocatis ac pragmaticis in iu-
 ra nō scripta licuit, quā in iura scripta iuris professori-
 bus. id qd̄ antea satis liberiusq; paulò (ut arbitror) dixi-
 mus. Neq; enim ignoro, siquādo libellus hic noster exie-
 rit, & aliquo fortē rumore Accursiani rescierint nos in
 hac doctorū hominū esse hæresi (Accursianos nūc appello
 istos nō tam ingeniosos quā fuit Accursius aut Barto-
 lus alijsq; ut ita dicā, maiorū gentiū Accursiani, uiri haud
 dubiē industrie singularis, si in meliora tempora incidis-
 sent, temporū enim ignorātia magis, quā sua lapsi sunt:
 sed istos stupidiores, qui homines Latine nescientes auto-
 res suos latinissima Pandectarū scripta optimē interpre-

Prohedri. Πρόεδρος.

Nomophylaces.

Cōsuetudines

Accursiani.

tari potuisse conuenientibus oculis credi uolunt) Si igitur isti quoquò modo rescuerint, nos hæc & huiusmodi de numinibus suis dixisse (neq; enim nostra legēt quæ intellecturi non sint) id est, si à politoribus iuris aut peritis, aut studiosis (quales iā multi sunt) audierint nos hæc scripsisse, continuo agmine factò in nos, gladiatorio, ut aiunt, animo inuasuros esse suspicor. Nostra autem nunc uoco quæ ex alijs accepta, nostra fortasse fecimus, si quidem re et è & concinne suo quidq; loco accommodauimus. Ametata enim tela, ut dicitur, suggerentibus magni nominis autoribus, nullo aut paruo negotio accipientes, haud incommode fortasse in istos contorsimus. Neq; uerò eo ingenio uideri nos uolumus, ex quo ueluti fonte huiuscemodi multa manasse credi possint. Abundeq; esse nunc putamus si classicorum autorum, primæq; autoritatis antiquorum dicta quasi pluias aquas colligentes, ingenij nostri ariditatem aliena ubertate adiunimus. Verum enim uero isti qui in suorum dicta inquirere nefarium esse putant, nunquam (ut arbitror) collato pede nobiscū manus conferere audebunt, sed misilibus, id est, arreptis ex triuio macelloq; conuicijs, ut quodque atrocissimum in buccam quasi ad manus uenerit, depugnabunt. Quorum & si maledicta nō magis me ledere possunt quàm aquæ pluiæ fungum: ne tamē bellicum cecinisse uidear, eos oro obstestorq; eorum æquissimos, ut ne prius dictis nostris obstrepere in animū inducant, quàm ea semel attentius auscultauerint. Tum demum si intellecta displicebunt, ignorantie sanè aut tarditatis me damnent. Modò ne hoc eloquium addat quòd disciplinae suæ antistitibus nō credere sustinuerim, aut quòd Deorum suorum Ioui (doctorum enim suorum Idolum Accursium appellant) conuicium fecerim, id eò

temer

temeritatis esse me aut etiam maiestatis dammandum. Neque enim Pythagorica eorum lege teneor, ut omnia credere ipso dicente, id est, Accursio debeam. Accursium tamen auscultare ubique, & plerisque etiam in locis auscultare Accursio soleo, id est, ubi Ulpianum & alios iurisperitorum proceres nō modo ipse auscultasse, sed etiam exauasse uidetur. Proinde nisi me priscorum magis propugnatorem quàm recentium, id est, suorum impugnatores audierint (si tamen aures audiendi habent) causam haud dico quin de me excarnificando animis suis obsequantur. Quòd si cominus ipsi pugnare aduersis gladijs in animum induxerint, nã homines ipsos inermes, aut armis certè nec ualidis nec fulgentibus munitos, ab elegantioribus eiusdem iuris studiosis iam diu destitutos, suo etiam gladio iugulare possumus, id est, edicto Iustini (ut alibi diximus) non uno sed altero. Id est autem huiusmodi, Nostram autem consummationem quæ deo annuente componetur, Digestorum seu Pandectarum nomen habere uolumus, nullis Iurisperitis in posterum aucturis commentarios illi applicare, & supradicti Codicis compendium confundere: quemadmodum & antiquis temporibus factum est, cum per contrarias interpretantium sententias totum ius penè conturbatum est. sed sufficiat per indices tantummodo & titulorum subtilitatem quæ paratitla Græcè dicuntur, quedam admonitoria eius facere. Paratitla Iustinianus summas rerum appellat titulatim appositas, quales extant Azonis: indices autem ἐκείνων. Hoc in loco Accursius istorum Plato ingenua simplicitate manus (ut aiunt) dedit, fassus ipse nec sua, nec aliorū glossmata iure scripta defendi potuisse contra Imperatoris edictū. Iustini autē autoritatem

Edictum Iustini
contra
narratores.

Paratitla.

refellere, aut quoquo modo eleuare, homini quidem qui se iuris studiosum profiteatur, non minus inter istos improbum esse putatur, quam inter philosophos axiomata quae dicuntur, negare: & propositiones quasdam indemonstrabiles, quae in communi sensu conceptuq; uersantur. Vt si quis lineam longitudinem sine latitudine neget esse, aut superficiem longitudinem & latitudinem sine altitudine, & huiusmodi alia. Perfricent igitur isti frontem, & Iustitiani imperium negligendum esse, aut quoquo modo refellendum dicere audeant, & una eademq; opera totam iuris civilis auctoritatem subuertant: aut etiam Accursium disciplina suae antistitem ignauè manus dedisse contendant. iam certè in hoc certamine, cuius insolentes nos sumus, herbam eis porrigemus: tametsi non ad exteriorem nunc sermonem loquimur, qui auctoribus Aristotele & Themistio omnia asserere atq; inficiari potest, & ne axiomata quidem quae proloquia dicuntur, ore fateri cogitur: sed ad interiorem illum (ut ipsi uocant) sermonem quasi ad aequum iudicem, qui interior est sensus & metus conceptus, qui & proloquijs & rebus demonstratis contumaciter obistere nequit. De quo Aristoteles in priore posteriorum Analyticò, Οὐ γὰρ πρὸς τὸν ἕξω λόγον ἀποδείξις, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἐν τῇ ψυχῇ ἐπέεσσι συναλογισμὸς, ἀεὶ γὰρ ἐστὶν ἐν ἑαυτῷ πρὸς τὸν ἕξω λόγον, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἕσω δὲ αἰ. Non enim, inquit, ad exteriorem sermonem demonstratio est, sed ad eum qui est in anima, quādo ne syllogismus quidem obistere qui uis potest semper exteriore uerbo, interiore uerò nō item semper. Hæc autem cū sint eiusmodi (ingenuè enim fatebimur) uertere tamē stylum non semel in animo nobis fuit, cepitq; me impetus hæc ipsa interlinendi quæ in offensionem multorū incursum uidebantur.

Interior & exterior sermo.

bantur. ne id quidem modò, sed etiam laborem hunc semestrem aut paulo ampliorem percedi, ne me Antaccursios scripsisse homines cauillarentur. Neq; enim is sum qui non minus mei illustrandi cupidus, imotescere uel indigno aliquo facinore, uel hominum offensione sustineam. Ibi me anxium animi uelut genij duo (Philepiciæ Philaethiæq; nonnulla fuerunt) oculis meis obuersantes, altrinsecus certatimq; adhortari institerunt, spondentes quicquid candido proposito animi instituissem, id non posse ad extremum (tametsi interim euariare contigerit) nō bene ac feliciter uertere. Itaque quod felix faustumq; esset, pergerem, & deo diuisq; bene iuuantibus, huic qualicumq; incepto ultimam manum adderem. Philepiciæ æqui boniq; studium proficitur: Philaethia præ se fert ueritatis amorem. His auctoribus (id quod cautiore non solent) periclitari quam hærere malui, aut iam orsa retexere. Ne igitur religione me obstringerem, humanorum iudiciorum alea sane ancipitem subeundam mihi putauit. Quamquam etiam non tam periclitari me puto, quam accipiendam plagam omnino mihi uideo. Scio certè utcumq; bonorum iudicia mihi cesserint, malè me ab iniquis auditorum, atque eo maxime nomine, quòd homo Parisiensis, aliquid in literis promittere audeam, præsertim nulla doctrina fretus peregrina, ut qui domi tantum literis operam mihiq; soli dederim. Sed quid cum illis agas qui ea quæ ex Græcis feci, ab alijs libris compilasse me dicuntur, qui tamen nusquam extant? Hi sunt qui alienam industriam ex sua inertia metiri soliti sunt. quorum ego maleuolentiam impudentiorem adhuc putauit, quàm ut ei respondendum haberem. Bonorum tantum iudicium formido, quibus utinam ipsis ita libeat primū exporrecta fronte libellū hunc nostrum exci-

Philepiciæ.
Philaethia.

Φιλεπικίας.
Φιλαθηα.

Budæus literis
sibi soli operam
dedit.

pere, ut nullius odio aut offensione adducti ad eum scribendum accessimus: deinde si quod dictum nostrum ut nouum & inauitum explodendū mox eis uideatur, id non antè damnare quam diligentius æstimauerint. Philippus Alexandri Magni pater cum causam Machetæ cognoscens dormitare uideretur, nec satis animaduertere quæ ille pro suo iure diceret, ad extremum Machetam damnauit: quo uociferante ac prouocare se disitante, Philippus ira percitus, Ad quem tandem? inquit. Ibi uerò Machetæ, Ad te, inquit, ipsum: ò bone rex si quando experreclius animum aduerteris, ἐνι σε ὦ βασιλεὺς ἀντ' ὅπ, ἐὰν ἐχρησῆς τῷ ποσὶ χροῦ ἀνόβως. Sic ego si à bonis et doctioribus nunc damner nouitate rerum, me premente, & reprehensionis licentia ad eosdem prouocaturum me cōteffor, cum res primo occurfu duras, iterata lectione æstimatas, exolefcēte sensim nouitatis & audaciæ inuidia, mollescere senserint. Vt enim in rebus expendendis necesse est lancem ponderibus impositis pessum ire, sic animus hominum cogitur perspicuis dictis cedere, ueritati uerò post limine redcunt, & parum alioqui plerunq; gratiosæ, obfutura est fortasse producentis in medium insolentiæ similes fiducias. Si igitur nomophylaces Atheniensium similes habemus, profectò leges moresq; & instituta cum certa fixaq; tum uerò uoluminibus haud ita multis contenta teneremus: nulliq; literato iuris finiti ignorantiam excusare uerecundè liceret. Nunc uerò quotus quisq; iuris etiam consultus, consultor tamen esse in suscipiendis liibus erubescit? nec id magnopere mirandum. Quis enim securus esse eius rei potest, quæ nulla certa ratione constat, sed in arbitrio sita est hominum alia atque alia in dies commiscientium? Verum ista sunt scilicet alimenta litium, id est

eorum

eorum hominum pabulum, qui rationes suas in spolia ciuilia coniecerunt: quæ tertia propè pars est nunc hominum qui aliquo nomine esse censentur. Cancellarius igitur in Francia, cuius id munus, eæ primæ sunt partes, uideere ut nulla Principis constitutio, nulla sanctio, nullum diploma, nullum rescriptum, nulli codicilli Regij, non è Reipubl. atq; etiam è dignitate Reipublicæ principaliq; exeant. Cuius cæsurae aut stylo Principum maiestas actus sua eximi nunquam uoluit. Denique qui Principis præsentis uicarius, & peregrè agēte Principe Interrex quo dammodo esse censetur, iure ac propriè (ut arbitror) nomophylax, id est, legum præsidium, iuris asyllum (id quod de Papiniano quondam dictum est) morū institutorumq; ueterum ara, æqui boniq; columen appellari potest, atq; etiam esse debet. Id quod etiam credere me cogit consensus ferè hominum institutumq; quoddam quasi per manus traditum, caput eum ac uerticem iustitiæ appellantium. Antiquissimum autem esse magistratū ex uetustis monumentis apparet. Comperi anno m. centesimo undecimo, Stephanum quendam Cancellarium diplomati regio subseripsisse, à Ludouico rege cognomento Crasso monarchis diuini Dionysij indulto. Legi & multo antiquius diploma Caroli cuiusdam, in quo uerba hæc addita erant, Gauzelinus notari? uice Rogerij archiepiscopi Summiq; Cancellarij recognouit, in dictione octaua anno uigesimo octauo regnante Carolo rege glorioso. Videtur autem fuisse Carolus ille magnus. Anno etiam millefimo centesimo quinquagesimo septimo, Hugonem alterum Cancellarium subseripsisse comperi diplomati cuiquam, quo Ludouicus, qui Pius cognomēto dictitatus est, ius regaliōrū antistiti Aurelicensi remisit, quatenus ad supellectil

Lites, procuratorum pabula Cancellarij partes.

Nomophylax.

Iudicium non precipitandū.

Regalia. lectilem elegantiore[m] & instrumentum fundorū episco-
paliū attinet. Aliumq[ue] item Bartholomæum anno cen-
tesimo quadragesimoseptimo eiusdem generis beneficio
principali subscripsisse. Regalia autem (ut obiter id dica-
tur) plurali numero in antiquis monumētis uocari ubiq[ue]
uideo, quam regalia[m] numero singulari uulgò nunc ap-
pellamus, uerbo ab errore usurpato. Regalia enim neu-
tro genere ut dicatur Latinitas exposcit, Græcorū more

Euangelia. qui euangelia neutro genere & pluraliter dicunt sacrifi-
cium & supplicationes, quæ pro iucundo nuntio decerni
consueuerunt, uel etiam mercedem allati iucundi nuntij.
Cicero ad Atticum, O suaues duas epistolas quibus eua-
gelia deberi fateor. Plutarch. in uita Demosthenis, Εὐ-
αγγέλιον ἀπαγγέλλει Athenienses, inquit, audita Philippi
morte euangelia sacrificauerunt. Isocrates in Areopag.
Εὐαγγέλιον ἂν τὸ τοῦ τεθνεώτος, Ob iucundum huius rei

supplicationes nuntium iterum & tertio sacrificia et supplicationes de-
Pyrae. creuimus. Apud nos hodie struuntur pyrae, id est, πυ-
ραι

Πυραϊα. ναϊα decernuntur, & supplicationes indicuntur. Vlpian.
Μένυρα. in l. Falsus. De furto. §. Qui alienū quid. Ergo si ea que
dicunt Græci ἀπαγγέλλει petat, id est, mercedē pro rei in-
uentæ aut repertæ nuntio. Existimo tamen μένυρα legē-
dum, hoc est, indicij præmiū. Huius enim uocabuli tenuia
quædam uestigia in antiquissimo exēplari inueni. Simile
est nutricia in titulo, De uarijs & extraordinarijs cog-
nitionibus, circa finem, quæ Græcè τροφια dicuntur, id est,

Nutricia. τροφια. nutricis merces. Et niceteria pro præmio uictorū, et pro

Niceteria. sacrificio uel epulo uictoria gratia factio, quod etiā ἐ-
νικήρα plurali numero dicitur. Iuuenal. Et ceromatico ser-

Νικητήρα. niceteria collo. Lucianus, ἐν τῶν ἐνικήρα ἡσυχίασιν. Regalia igi-
Επιμήρα. tur dicenda sunt cum ius illud utendi fruendi significari

Regalia. uolum

uolumus, quod rex in bonis & patrimonijs nostratium
pontificum habet, interim dum alter in locum demortui
substituitur & admittitur & iureiurando in uerba Prin-
cipis adigitur, quod nūc sacramentum fidelitatis appella-
mus. Hoc autem sacramento rogare Quintilianus appella-
tur. Quod ius regaliorum maximum olim fuisse, ac quod
magnopere fiscum adiuuare posset, ex antiquis monumē-
tis apparet. Quod autem hodie hoc nomine uocatur, non
tam instar est antiqui, quam uestigium, quasiq[ue] quoddam
monumentum. Sed ex hoc diuerticulo in uiam redeundū.
Cancellarij nomen apud nos uereor ut iam consentaneum
tæ rei esse possit. Nam ut est hoc tēpore ἀξιωμα, id est,
dignatio ac maiestas huius honoris, tenuis hæc appellatio
atq[ue] apud alias gentes proculcata, significatum suum su-
stinere ac perferre non potest. Latinum certe nomen non
est, nisi fortasse credimus à cancellando (quod nec ipsum
satis Latinum est) Cancellarium dictum. At qui ne ijs qui-
dem seculis quæ hoc uerbum genuerunt, satis festiuum no-
men fuit Cancellarij. Diploma quoddam legimus Comitibus
Viromanduani, in quo addita uerba hæc erant, Ego Can-
cellarius scripsi ac subscripsi. Fuit autem apud alios hono-
ratoris scribæ nomen qui Græcè Archigrammateus dicitur,
ut quidam tradiderunt, quasi Princeps scribarum.

In uerba prin-
cipis adigi.
Sacramēto ro-
gare.

Cancellarij ap-
pellatio.

Archigramma-
teus.

Apud nos uerò iam inde ab initio magnum huic magistra-
tui honorem habitum esse, præter ea quæ diximus, etiam
ex eo conijcere possumus, quod anno millesimo ducente-
simo uicesimo quinto, Guarinus quidam antistes Siluane-
tensis gessisse eum magistratum traditur: uir magni no-
minis illo seculo, ut conijcere licet. Cuius commentarios
sui ac superioris æui uidimus, uel collectanea quædam po-
tius, regnate Philippo secundo (qui Augusti cognomētū
meruit.

Interregnum.
Cancellariatus.

Abnotare nō
licet consilia-
riis Parlamēti.
Princeps curie

Cancellarius
Triam ordinū
conuentus.
Panceltion.
Panionion.
Panxrolion.

Cancellarius
qualis esse de-
beat.

meruit) congesta: quo tempore nondum ille Cancellarius erat. Ex quibus multa antiquitatis coniectura nec dubia fieri potest. Antea autem, id est, ab anno millesimo centesimo nonagesimo quinto interregnum diuturnum Cancellarius fuisse uidetur: diuq; nullus Cancellarius in demortui locum suffectus est. In codicillis enim regijs illis temporibus indultis additum ferè legimus, uacante Cancellaria, regnante tum Philippo Augusto, qui annis quatuor & quadraginta imperauit. Anno autem millesimo trecentesimo uicesimo constitutione Philippina interdictum esse comperi consiliarijs Parlamenti, ut ne ab urbe abnotarent, duntaxat quo minus omnibus consessibus curie interessent, citra com meatum aut Regium aut Cancellarij, cum Principe curie, qui tū supremum appellabatur. Nunc uerò cum in curiam amplissimam arbitrato suo ingredi Cancellario licet, tum uerò à principe curie primo ei loco ceditur, quasi magistratum omnium antistiti. Nec me tamen præterit in celeberrimo trium ordinum conuentu (quos status dicimus) uno uerbo fortasse Panceltion appellare possumus ea forma qua antiqui Panionion dixerunt, & Panetolion, id est, uniuersa Ionie Aetolie'que concilium: cuius meminit Liius libro primo de bello Macædonico. In eo igitur concilio nouimus magistratum militum, id est, Constabularium, Principis ubique Legatum in re quidem militari, primo loco inter magistratus sedisse proximeq; eum Cancellarium. Sed illius iam magistratus nomen sublatum esse uidetur, quo tandiu Respublica caruit. Itaq; Cancellariatus summum est hodie honorum fastigium, ultra quod nihil sperare licet, homini quidem priuato & togato, quasi que quoddam summa queque ambientis animi solstitium.

Ab eo

Ab eo iam progressus nullus, sed qui se porrò commoueret, regredi tantum potest. Restat ut ibi consistere, nec de gradu (ut dicitur) deiici felicissimum esse putetur. quæ enim progredi nequeunt, ruina quadam retrò ferè reuoluuntur. Proinde hunc qui norma est omnium iura red dentium, qui in omni ferme parte constituendæ Reipub. Principis uicem implere aut certè obtinere creditur. Cuius ore sacundi reges moribus nostris esse solent: cuius oculis uelut emissitijs circumspicere omnia ac perlustrare creduntur, ne quid usquam subsultet non suo loco positum: cuius auribus, ut dicitur, perpurgatis plenam ac iustam operâ postulatoribus dare didicerunt. Qui caput est sanctioris interiorisq; consilij (Sanctius nunc appello consilium τὸ ἐσωτέρου βυλλῶν, quod à nostris strictum appellatum esse dixi: quo nomine Liius libro v. de bell. Maced. Aetolorum consilium appellauit ex delectis atq; eximijs uiris constans: quos Apolectos appellabant). Huc denique qui, ut ita dicam, promus condus clementiæ benignitatisq; principalis factus est, id est, qui illius æquitatis officinæ, quam Cancellariam dicimus, liberam administrationem habet: qui morum legumq; regimen perpetuum recepisse uidetur (quod munus primus omnium Augustus Imperator Romanus accepisse sibi delatum, non ipse sumpsisse dicitur) Hunc inquam tot nominibus eximium, multiplicis ac uariæ prudentiæ fidutiæ subnixū esse necesse est. In hoc uno acumen dialecticorū, sententiæ philosophorum, uerba oratorum, memoriæ Iuriconsultorum, ingenium Portianum pariter ad omnia uersatile, acre, impigrum, indefessum esse oportet. Hunc omnia quæ etas ista capit, complecti & perdiscere cōuenit. quæ modò ad instituendum excolendumq; politicum uirum ualeant

Sanctius consi-
lium.

Apolecti.

Officina æqui-
tatis.

Magistratus
a gerente uel
ignominia acci-
puit uel decus

ualeat. Huic omnis antiquitatis memoria, & publici iuris autoritas, & regendae Reipublicae ratio & scientia, tanquam muneris huius materies quaedam subiecta esse debent, quasiq; in numerato condita. Hunc denique id auctoritatis esse oportet, cui omnes magistratus honorum suorum fasces submittere non indignentur. Per multum enim interest quis a quo magistratus geratur. Et enim idem honor pro maiestate contemptuue gerentis nunc sublimis & eximius esse; nunc, ut ita dicam, in ordinem coactus esse uidetur. Quantos enim ex quantulis magistratus factos uidimus interdum gerentium eos uirorum claritate? & uice uersa in ordinem redactos eorundem obscuritate? Ceterorum magistratuum imperium suis ac certis finibus circumscribitur: sub huius iure imperioq; omnes nostrae prouinciae sunt, ut olim omnes erant Romanae sub Consulibus. Itaque domum eius totius imperij Gallici conciliabulum quoddam atque adeo oraculum esse par est, ueluti quandam iuris aequitatisq; ut diximus, officinam. Eius ianuam ac uestibulum omni postulanti, omnibus horis patere, nulli tamen hiare, id est, a nullo quicquam postulare oportet. Immo uero non claudi, ut Romanae olim Tribunalium (si Plutarcho auctori grauissimo credimus) ueluti pflugium ac portum distictis, & leges iuraq; implorantibus quae ipse tuenda suscepit, ut diximus, aram atque asylum ijs qui contra uim aut improbitatem ius suum obtinere nequeunt. Huc denique qui tan tam, tam augustam personam ab optimo Principe impositam sibi sustineat, omnibus numeris grauitatis, constantiae, seueritatis, prudentiae, temperantiae, fortitudinis, integritatis absolutum esse uirum undecumq; doctum, undiq; placentem, omnium deniq; horarum magistratum esse oportet. Earumq; rerum seueritatem multis condi-

mentis

mentis humanitatis comitatusq; commutigare. Non pridem enim atque adeo haud ita dudum uidimus quem de caelo, ut aiunt, detraxit tetrica quaedam praeduraq; seueritas: id est, cuius praestantissimas uirtutes, et alioqui in primis commendabiles, subinuisas mox, nec satis populares reddidit truculentia quaedam uultuum & sermonis. Nec tamen haec omnia ad Stoicorum normam exigimus, ut eum prudentem quaeramus qui nondum inuentus sit, quasiq; mathematicum quoddam specimen, quod nondum natura ediderit: id est, quod intelligentia percipi, non oculis uideri possit: & cui uel Ligurino Momo, ut est in prouerbio, Satis facere uideatur. Est enim, est quatenus uenia praestantissimis animis dari possit, si (ut sunt humana) uitio aliquid naturae obrepserit. Nec rursus ex quolibet ligno, ut aiunt, Mercurius fingitur. Hunc igitur esse uolumus, in quem bonorum suorum sinum natura mira benignitate effuderit: qui (ut ita dicam) magistratui, non qui magistratu donatus esse uideatur. cuius uita censura sit (ut inquit Plinius) eaq; perpetua, ad quam caeteri magistratus dirigantur, ad quam ij couertantur quibus non tam imperio opus est, quam exemplo. Cuius tot, tantaeq; sint animi dotes, ut cuius esse plurimae maximeq; uidentur, profectiuae illae quidem & dominicae, quas gratias uulgo uocant, non hominum peculiare. Atqui eum qui heroico quodam animo praestare haec omnia & possit et uelit, pessime de se se mereri necesse est, perpetuumq; sibi amemoris uitae atque omnis hilarioris conuictus exilium consciscere, sola innocentiae conscientiae gloriaq; uirtutis contentum (Quis enim aut quando eo loco positus feruari uoluptarijs rebus possit?) Quod qui sibi facere imperauerit, nae ille in caelum laudibus ferendus est. Neque uero periculum erit (ut arbitror) ne

Mathematici
naturae speci-
men.

Dotes animi.

t tant

Gloria in uirtute.

tanti non esse hoc praeium uideatur uiro ad ueram germanamq; gloriam nato: quae ipsa in sola uirtutis commendatione à sapientibus sita esse creditur. Ea est autem consentiens laus bonorum, incorrupta uox bene iudicantium de eccellente uirtute. Ea uirtuti resonat tanquam imago, ut inquit Marcus Tullius. Hic est enim unus omnium magistratus, cuius res in utranque partem gesta minime in tenebris latere aut quoquo modo abditae esse possint. Quippe qui in luce occidentis, in oculis clarissima omnium prouinciae, id est, Galliae, in auribus tot tantarumq; gentium sit positus, id est, finitimarum nobis, aut etiam ad quas fama nostri peruenit. Est igitur, est plane cur homini ab amoenitatibus uitae & festiuiore uictu non abhorrenti, emigrandum ex ingenio suo sit (ut dicitur) est cur alius, ut ita dicam, induendus homo sit. Qui si se ueluti in medio amplissimi imperij theatro positum, omnibus conspicuum esse secum reputauerit, ad spectaculum coeuntibus non modo indigenis, sed finitimis etiam & ulterioribus, ninurum nullum habitum absurdum, nullum motum inconcinnum, nullum flexum indecorum ediderit. Antigonus Rex cum filium Demetrium cum magnis copijs ad liberandam seruitute Graeciam mitteret, dixisse fertur (autore Plutarcho) gloriam reru egregie gestarum e Graecia, tanquam e specula ignem, per orbem terrarum conspicuam emicare. Haud alio modo famam rerum in aula gestarum, ut e specula praeunentios ignes quoquo uersus latissime pertinere dixerim. Huic porro non modo optimatibus atque sibi, id est, conscientiae inseruiendum est: & si & Musis canendum, ut dicitur, sed etiam populo & scena, id est, multorum existimationi quantum per naturam rerum licet. Arduum sane opus & alioq

alioquin etiam intractabile, seuerum & popularem esse. Supercilium aduersus delicta aulicorum disstringere. Im potentissimis caeptis quorundam opibus atque aulicis factionibus praepollentiu obsistere. Principem ira nonnunquam aut alio uehementiore affectu percitum demittigare, & (ut uerbo Ciceronis utar) molli articulo tractare. caute & circumspecte fortem & intrepidum, cum opus est, ita esse ne fortitudo in neruum erumpat, ut inquit Cornicus. ne si immani illa & Stoica integritate utatur, nec unquam procellis teporu cedendum esse putet, ex templo a gubernaculis deiectus Reipublicae nauem turbinibus factionu auferendam relinquat, ueluti e littore publicu nau fragiu securis oculis inspectaturus, postremo in comitatu Regio Philosophicu animu, integru ac sartu, ut dicitur, & teclum ab insidijs assentatorum, ab obreptionibus uersutorum, a formidine potentioru aulica terricula nonnunquam intentantium, conseruare. Mira enim blandimenta genuit aulici uictus ratio, quibus praestantissima etiã uirtus saepe consopita coniuere uisa est. Adde quod (ut inquit Brutus) durior est conditio spectatae uirtutis quam incognita. Benefacta enim ab ea pro debitis exiguntur: quae aliter eueniunt, ut decepti infesto animo reprehendimus. Vna ad hoc cautio, ut arbitror, si unde surrexerit assidue meminisse, unde casurus sit si sibi ignoscere coeperit, animo praesentiscere possit. Sed ueveor ne qui littus legere scribendo insitueram, interim rerum dulcedine captus, auferri me in altum non sentiam. Cautius enim, ut arbitror, fecissem, si Timanthis nobilis pictoris exemplum secutus essem. Qui, ut Plinius Fabiusq; tradiderunt, cu in tabula Iphigeniae immolatae, Agamemnonis patris dolorẽ exprimere penicillo arbitrato suo nõ posset, uelauit caput eius,

ut quàm maximum mœrorē uniuscuiusq; animo est imandū relinqueret; sic ego fortasse ea quæ stylo assequi nequeo, melius uelo quodam silentij contexissem.

Ex titulo, De officio Præfecti urbis.

Forum suariū.

Et ideo forum suarium. Forum suarium, inquit Varro libro primo de Lingua Latina, in quo sues uenduntur: ut boarium, in quo boues; et piscarium olitorijq; in quo pisces oleraq; sicut forum cupedinis, in quo cupedinarij negotiantur. Quæ omnia, inquit, in unum locum contracta, postquam edificatus est locus, appellantur macellum. Forum cupedinarium Parisijs Cossonaria uocatur, ubi lepuseculi, cuniculi, perdices, phasiani, et alia id genus delicia epularum ueneunt.

Macellum.
Forum cupedi-
narium.

Ex titulo, De officio Quæstoris.

Ex Quæstoribus quidam solebant provincias sortiri. Quæstoris appellatio apud antiquos, latissimè patebat. Tacitus libro undecimo: Isdem Consulibus Publius Dolabella censuit spectaculum gladiatorum per omnes annos celebrandum pecunia eorum, qui Quæsturā adipiscerentur. Apud maiores uirtutis id præmiū fuerat, cumcuiq; ciuium, si bonis artibus fiderent, licitū petere magistraturæ ac ne etas quidem distinguebatur, quin prima iuuetæ Consulatus ac Dictaturas inirent. Sed Quæstores Regibus etiā tum imperatibus instituti sunt, māsitq; Cōsulibus potestas deligēdi, donec eū quoq; honorem populus manderet. creatiq; primū Valerius Posthumius, Aemilius Mamercus, anno L X I I I. post Tarquinius exactos, ut rē militarem comitarentur. Deim gliscētibus negotijs duo additi qui Romæ curarēt. Mox duplicatus numerus stipendiariam Italia, et accedētibus prouinciarū uectigalibus. Post lege Syllæ uiginti creati supplendo Senatui, cui iudicia

trad

tradiderat. Et quanquàm equites iudicia recuperauissent, Quæstura tamen ex dignitate candidatorum, aut facilitate tribuentium gratuito concedebatur, donec sententia Dolabellæ uelut uenundaretur. Ex his uerbis apparet Quæstores uarij generis fuisse. si igitur quos Vlpianus dicit prouincias sortiri solitos, comitandæ rei militari primū creati fuerunt. cum Imperatoribus enim populi Romani mittebantur, id est, cum Consulibus et Prætoribus, ad administrandam rem pecuniariam, et prædam ac manubias in rationes publicas referendas, ut uidere est apud Lium multis locis. Pro ijs habemus hodie thesaurarios bellicos. Propterea magna esse necessitudo putabatur instituto antiquorum Quæstori cum Imperatore suo cum quo communem prouinciam sortitus erat, et discrimina bellica obibat. Cicero in Diuinatione: Sic enim a maioribus nostris accepimus, Prætorem Quæstori suo parentis loco esse oportere: nullam neque grauiorem, neq; iustiorē causam necessitudinis posse reperiri, quàm coniunctionem sortis, quàm prouinciæ, quàm officij, quàm publicam muneris societatem. Quamobrem si iure possis eam accusare, tamen cum tibi parentis numero fuisset, id piè facere non posses. Meminit etiā in libris de Oratore, et Plinius ad Fundanum libro quarto Epistolarum. Quem admodum autem in castris Prætoridum dicebatur. Prætoris tabernaculū: sic etiam Quæstorium Quæstoris. Lium libro x. Itaq; captum Quæstorium, Quæstor que ibi Pansa occisus. Cicero pro Plancio: Thessalonicam me in Quæstorij perduxit. Hi autē Quæstores, licetores et uestem et insignia quæstoria habebant; quod Cicero ibidem ostendit his uerbis: Nā simul ac me Dyrrhachij attigisse audiuit Plancius, statim ad me licitoribus dimissis, in-

Varia genera
Quæstorum.

Necessitudo
Quæstoris pro-
uincialis cum
Prætoꝛe aut
Consule.

Prætorium.

Quæstorium.

signibus abiectis, ueste mutata profectus est. Et paulo post: Vi me inquam Plancius et complexu suo retinui, multosq; menses à capite meo nō discessit, abiecta *Quæstoria* persona comitisq; sumpta. Quibus uerbis exprimitur affectus Plancij exilio Ciceronis amici condolentis. A Sconius in Diuinationem: Hæc erat, inquit, prima Senatoris administratio, *Quæstorem* fieri: et in prouincia curam gerere publicæ pecuniæ in usus diuersos erogandæ. Inde Cicero in Prætura urbana: Ne diutius teneam, inquit, pecunia attributa numerata est: profectus est *Quæstor* in prouinciam: uenit in Galliam expectatus ad exercitum Consularem cum pecunia. Qui autem Urbani *Quæstores* erant, ij ærarium curabant, eiusq; pecuniis expensis, et acceptas referre in tabulas publicas consueuerant. Pro ijs Præfectos ratiociniorum habemus, quos *magistros* computorum dicimus. Valerius libro secundo, capite tertio de lege triumphali loquens: Ceterum ne tam præclara lex cupiditate lauræ obliteraretur legis alterius adiutorio fulta est: quam Lucius Marius et Marcus Cato Tribuni plebis, tulerunt. Pœnâ enim Imperatoribus minatur, qui aut hostium occisorum in prælio, aut amissorâ ciuium falsum numerum literis Senatui ausi essent referre, iubetq; eos cum primum urbem intrassent, apud *Quæstores* Urbanos iurare de utroq; numero uerè ab ijs Senatui esse scriptum. Hi autem *Quæstores* signa ex ærario promebant executibus ad bellum Consulibus aut alijs Imperatoribus, autor Lilius libro septimo: Iis ærarij curam Augustus abstulit. Tranquillus in eodẽ Aug. Autor etiam fuit, ut cura ærarij à *Quæstoribus* urbanis ad Prætorios Prætores uel transiret. Tacitus in x. de Nerone loquens: Deinceps curam tabularum publicarum à *Quæstoribus* ad Præfectos transi-

Quæstores Urbani.
Præfecti ratiociniorum.
Memorabilis lex.

transiit, uariè habita ac sæpe immutata eius rei forma. Nam Augustus permisit Senatui deligere Præfectos. Deinde ambitu suffragiorum suspecto, forte ducebantur ex numero Prætorum qui præessent: neque id diu mansit, quia fors decerrabat ad paru idoneos. Tunc Claudius *Quæstores* rursus imposuit: ijsq; ne metu offensionum segnius consulere, extra ordinem honores permisit. Sed de erat robur ætatis cum primum magistratum capeissentibus. Igitur Nero Præfectura perfunctos, et experientia probatos delegit. *Quæstores* ærarios hodie uocare possumus eos, quos *mulctarum*, id est, emendarum receptores uocant. unde homines ærarij, de quibus alibi diximus, qui à Græcis *Οφλορες* dicuntur, et *Ἐγκλιμαύροι*. Tacitus lib. decimo tertio: Censuit Piso designatus Consul, ne *mulctam* à Tribuni dictam *Quæstores* ærarij in publicas tabulas ante quatuor menses referrent: medio temporis contradicere liceret: deq; eo Consules statuerent. Apud antiquos *Quæstores* ærarij, qui et *Quæstores* urbani dicebantur, munera multa obibant, pro quibus nunc Præfectos ratiociniorum, ut diximus, et receptores *mulctarios* habemus, diuersissima nunc munera. Erat enim alia prorsus ratio apud eos ærarij administrandi atq; nunc apud nos. Pecunia enim publica uno in loco condita erat, quod ærarium dicebatur, quâ Tribuni ærarij cum opus erat, promebant. Nunc autem priuatim afferuatur, priuatimq; ratio eius constat. quod sit ut ærarium nostrum dispersum in potestate sit paucorum. Hæc autem quæ antea de antiquitate Romana diximus, quæq; posthac dicturi sumus, de tempore aut Reipublicæ Romanæ, aut monarchiæ eius intelligi uolumus, quæ constantinū Principem antecessit. Quæ enim in nouissimis libris Codicis leguntur, nihil ferè antiquitatis redolent: à Græcis enim sumpta sunt,

Quæstores ærarij.
Homines ærarij.

Οφλορες.
Ἐγκλιμαύροι.

Ærarium.

Codicis libri
Græcis, &c.

Referre ratios ad ararium.

Locus apud Ciceronem restitutus.

Aerarium in aede Saturni.

et ob id magna ex parte non intelliguntur autorum eius temporis penuria. Caterum Imperatores exercituum ex provincijs decedentes, rationes suas ad ararium referebant, id est, computos reddebant, ut nunc loquimur. Cicero in Pisonem: Rationem ad ararium retuli continuo Caesar, sicut lex tua iubebat, neq; alia ulla in re legi tue parui. Quas rationes si cognoris, intelliges nemini plus quam mihi literas profuisse. Ita enim sunt perscriptae scite et literate, ut scriba ad ararium qui eas retulit, perscriptis rationibus ipse caput sinistra manu perficans, commurmuratus sit: ratio quidem hercle apparet, argentum decoctum, cœchetæ. Quem locū nos (ut arbitror) primum restitimus. In omnibus enim exemplaribus legitur argentum et edoctū tetechæ. Verba sunt Plauti in Trinummio à Cicer. per Parodian in orationem illam suam traducta, hoc sensu, ratio quidem comparet, sed reliqua non extant ἐχέται cœchetæ, abiit, excessit, non extat. Verba sunt enim Pisonis ex provincia reuersi significantis rationes se optime confecisse, sed reliqua consumpsisse: ita secum rationibus paria facere non posse, ut Columellæ uerbo utar. Erat autem ararium in aede Saturni, ut autor est Macrobius in primo Saturnalium: Cuius rei hanc rationē affert, Aedem uerò, inquit, Saturni Romani ararium esse uoluerunt, quod tempore quo incoluit Italiam, fertur in eius finibus nullum esse furtū commissum: aut quia sub illo nihil erat cuiusquam priuatum, Nec signare solum, aut pariri limite campū Fas erat: in mediū querebant omnia. Meminit et Plutarch. in Probl. Eò autem Senatusconsulta destratur. Tranquillus in Claudio: Collegio Quæstorū prostratura uiarum gladiatorum munus iniunxit, detractaq; Hostiis, et Gallica prouincia curā ararij Saturni reddidit.

dit. quam medio tempore Praetores aut utiq; tunc Praetura fundi, sustinuerant. Aerarium etiā apud Athenienses cella erat post aedem Mineruæ, ob id Opisthodomos dictum, ut apud Demosthenem ὀπισθόδομος. De arario μὲν. ita inquit Plutarch. in Publicola, In Quæstoria etiā lege ferenda maximam est laudem consecutus. Vbi enim opus erat ad bellū pecunias pro facultatibus ciues cōferre, cum neq; ipse id munus obire uellet, et ab eo obeundo amicos deterreret: nec omnino publicas pecunias priuatam in domum inferri equū duceret: ararium Saturni aedem constituit, itaq; hodie manet. Praefectos autē ararij hodie, ut arbitror, uocare possumus quos Generales finantiarum dicunt: qui etiam Quæstores uocitari possunt: quod munus Praetores Praetorijsq; uiri obibāt. Tribunos uerò ararios quos Receptores generales appellant, ut statim ostendemus, Coactores dicebātur, qui nunc receptores particulares, ut apud Tranquillum in Vesp. et Ciceronē pro Cluentio: Et coactio argentaria pro ipso munere cogendi pecunias. Ἀποδευταῖα à Græcis dicuntur. Aeschines, ἡρχοῖ ἃ ποδευταῖα τῶ τῶν ἀποδευτῶν ἀρχῶν. Vtitur et Demosthenes κατὰ Τιμοκράτους. In titulo, de Defensoribus ciuitatū: Codice, Susceptores uocantur, ex imitatione Græci uocabuli. Εο- rum autem obseruatores quos nunc contrarotulatores dicunt, Ἀντιγραφῆς dicebantur à Græcis: atq; eorum Ἀντιγραφῆς, quasi contrascripta. Nos antiagrapharios appellare possumus et custodes. Demosthenes contra Androtionem, ἕκαστος ἃντιγραφῆς ἕμελλεν ἕσεσθαι τῶν ἀστυνομάτων, Vniquisque, inquit, futurus erat antiagraphus eorum, qui in publicum conferebant. Hos Cicero custodes appellat in Oratione pro lege agraria cōtra Rullum, et de redditu suo, et Vlpian. in l. i. i. De administratione tu- torum.

Οπισθόδο-

Præfeci ara-

Quæstores, Tribuni ararij

Coactores.

Ἀποδευταῖα

Sufceptores.

Ἀντιγραφῆς.

ratio.

Antiagrapharij Custodes.

torum, De antigrapho Aristoteles in Polit. $\tau\acute{\alpha}\ \mu\epsilon\lambda\acute{\iota}\ \o\omicron\upsilon\mu\ \mu\acute{\alpha}\ \kappa\lambda\epsilon\pi\tau\epsilon\alpha\ \tau\acute{\alpha}\ \kappa\omicron\iota\nu\acute{\alpha}\ \delta\iota\ \pi\alpha\rho\acute{\alpha}\theta\omicron\sigma\iota\varsigma\ \gamma\iota\nu\epsilon\sigma\theta\omega\ \pi\alpha\rho\acute{\omicron}\nu\tau\omega\ \tau\ \pi\acute{\alpha}\nu\ \tau\omega\mu\ \tau\acute{\omega}\mu\ \omega\lambda\iota\tau\acute{\omega}\mu,\ \kappa\alpha\iota\ \acute{\alpha}\nu\tau\iota\gamma\rho\alpha\phi\alpha\ \kappa\tau\lambda\ \phi\rho\alpha\ \xi\iota\lambda\alpha\ \kappa\alpha\iota\ \phi\upsilon\lambda\alpha\varsigma\ \tau\iota\theta\epsilon\sigma\theta\omega\sigma\alpha\mu,$ Ne igitur interuertatur (inquit Aristoteles) pecunie publicæ, institui oportet ut palam omnibus ciuibus tradantur, antigraphaq; earum fiant per phratras
Phratræ. et tribus singulas, id est, phratratim tributimq;. Sunt autem phratræ apud Aristotelem (ut id obiter dicam) conuentus quidam hominum, aut etiam cõuenticula quasi pagi, propria sibi sacra peculiariaq; cõmuniter habentium, ab eo dictæ phratræ quòd communi puteo utantur, quod
Confratræ. Græcè $\phi\rho\epsilon\tau\alpha\varsigma$ dicitur. Quo nomĩne primũ quas cõfratras hodie dicimus, id est, communem quandam religionẽ, appellatas esse puto, non autẽ ab eo quòd fratres sint illi, inter quos cultus ille sanctorũ quorundam intercedit. Phratres autẽ Græcè dicuntur, id est, eiusdem phratræ ut tribules. hodie epulones coëpulonesq; dici fortasse possunt, ut qui plerunque epulandi magis, quàm cultus diuini gratia conueniant more gentilium epulonum. sed redeundum ex diuerticulo in uiam. Quos hodie Thesaurarios dicimus Franciæ, Præfetti fisci appellari possũt. Differt enim fiscus ab ærario. Ærarium dixerunt pecuniam publicam & imperij; fiscum uerò pecuniam Imperatoris, quam domanium dicimus; quod uerbum à fisci dictum est, id est, sportulis, ut docet Asconius his uerbis: Sportæ, sportule, sportellæ, munerũ sunt receptacula. Sacci, sacculi, sacculi, crumena ex uellere, & scortea, & mãtica, & marsupia. Fisci, fiscina, fiscella, sparteæ, sunt utẽ filia ad maioris summæ pecunias capiendas. Vnde quia maior summa est pecuniæ publicæ quàm priuatæ, factum est ut fiscus pro
Confiscare. pecuniã publicã, & inde Confiscare dicatur. Hactenus ille

Phratræ.
Confratræ.
Phratres.
Epulones.
Coëpulones.
Præfetti fisci.
Fiscus.
Ærarium.
Sportæ.
Sacci.
Fisci.
Confiscare.

ille. Fiscus & Priuata ratio idem sunt, ut satis significat Alexander Augustus in lege Procurator, Codice De eden do: licet Accursius aliter cõseruit. Vlpianus in leg. 1.1. Nequid in loco publico fiat: Res, inquit, fiscales quasi propriæ & priuatæ principis sunt. Fiscus etiã priuatã ratio uocatur in lege 1. De fundis rei priuatæ, libro x.1. Codic. In Pandectis Græcis $\omega\phi\iota\mu\omega\nu\acute{\alpha}\lambda\iota\alpha\ \eta\ \iota\delta\omicron\nu\tau\eta\tau\alpha\ \chi\omega\rho\epsilon\iota\alpha,$ uocatur fundi fiscales, & priuatæ rationis. Variè autem appellatur fundi patrimoniales & rei priuatæ & dominici, pro locorũ fortasse diuersitate, dicitur & ærariũ priuatũ in leg. ult. De locatione prædiorũ ciuiliũ. Strabo de Aegypto prouincia loquẽs sub Augusto: Qui uerò rectorus, inquit, prouinciã mittitur, is uicem principis obtinet: sub eoq; est is qui dicæodotes dicitur: id est, iura reddes, et iurisdictionẽ habes: in cuius potestate sunt iudicia. Est & alius magistratus qui priuatã ratio dicitur, earũ rerũ indagator & explorator, quæ assertorẽ nullũ habet, quasi nullius dominio mancipatæ (à Græcis adespota dicitur) & earũ omnino rerũ, quæ in Cæsarẽ recidunt. $\text{À}\lambda\lambda\ \&\ \delta\iota\ \epsilon\ \tau\iota\mu\ \delta\ \omega\pi\rho\sigma\alpha\gamma\omicron\rho\sigma\upsilon\delta\omicron\mu\epsilon\nu\ \&\ \iota\delta\iota\ \&\ \lambda\omicron\gamma\ \&\ \delta\omicron\varsigma\ \tau\acute{\omega}\mu\ \acute{\alpha}\delta\iota\epsilon\upsilon\sigma\omicron\tau\omega\mu\ \kappa\alpha\iota\ \tau\acute{\omega}\mu\ \acute{\epsilon}\iota\varsigma\ \kappa\alpha\iota\sigma\alpha\rho\alpha\ \omega\iota\ \pi\tau\eta\mu\ \delta\phi\epsilon\lambda\delta\eta\tau\omega\mu\ \epsilon\ \xi\epsilon\tau\alpha\varsigma\ \epsilon\ \tau\iota.$ Fisci hodie Quæstores & coactores pecuniã publicam deserunt, binos fiscos singulis clitellarijs equis imponetes. Cicero in Verre Actione prima: Reperiebam fiscos complures cum pecuniã Siciliensi à quodã Senatore ad equitem Romanũ esse translatos. Ex ijs quasi decem fiscos ad Senatorem illum relictos esse comitorũ nomine. Post tempora autem Ciceronis, fisci nomen ad eam significationem traductum est, qua nunc utimur. Vnde fisci aduocatus dicitur, ab Adriano primũ institutus. Asconius tria pensitationum genera apud antiquos fuisse dicit, canone, tione, oblat

Dicæodotes.
Priuata ratio.
Tria pensitationum genera.

oblationem, indictionem: ut sit hodie Canon, quod Domini-
 num dicitur, ut portoria, uectigalia, & huiusmodi. Obla-
 tio, quae auxilia nunc dicimus, ut octaua uini heminatim
 diuenditi, & uicesima eius quod cuppatim culeatim que
 uenit, reliquarum que mercium, quae que à solidarijs ne-
 gotiatoribus uenduntur, quos grossarios appellant; quaeque
 à minutarijs & uenditoribus, qui & propolae dicun-
 tur, hoc est, non sua uendentes, sed à negotiatoribus em-
 ptitata pluris postea uenditantes. Indictio est quam Ta-
 leam uocamus, antiqui collationem uocabant, Cicero etiam
 collectam dicit, Graeci ἔραρον appellant, & συμβολῶν.
 Hodie igitur coactores canonarios, oblationales, indictio-
 nales, & fiscarios, & ararios, alijsque nominibus appella-
 re licet Latine loquentibus. Sed de ararij fiscique differen-
 tia exemplum est apud Traquillum in Augusto: Tertio,
 inquit, uolumine confecit breuiarium totius imperij, quan-
 tum militum sub signis ubique esset, quantum pecuniae in
 arario, & fiscis, & uectigaliorum residuis. Plinius in
 Panegyrico: At fortasse non eadem seueritate fiscum, qua
 ararium cohibes? imò tantò maiore, quantò plus tibi li-
 cere de tuo, quam de publico credis. Et paulò post: Quae
 praecipua tua gloria est, saepius uincitur fiscus, cuius mala
 causa est nunquam, nisi sub bono Principe. Meminit &
 Spartianus in Adriano. Breuiarium autem in proximo
 Tranquilli exemplo id uolumen est ferme aut libellus, què
 statum generalem uocamus, quo singulis annis Princeps
 tam de ararij pecunia, quam de fiscali statuit, quid eo an-
 no fieri uelit, quam summam instrumento ministerio que
 omni aulico expensam ferri placeat. argentariam nunc &
 officiales domesticos uocant. quam etiam rei militari at-
 tribui, quam stipendijs, quam liberalitatibus, quam uen-
 tico

Solidarij
 Minutarij
 Venditores.

ἔραρον & συμβολῶν.
 Canonarij
 Oblationales
 Indictionales
 Collatio
 Collecta.

Breuiarium
 principale.

Instrumentum
 aulicum.

tico apparatus, quam auitio equitioque, id est, falconaria
 scutariaque, ut uerbis nostris loquar (dici etiam potest ac-
 cipitraria ratio) quam denique in euentus uarios, & ad in-
 certa rerum casuumque (quo nomine praefecti ararij imma-
 nis summas suae potestatis faciunt) in legationes dimitten-
 das admittendasque, atque etiam in lautiam destinari. Sic
 enim appellantur munera & xenia, quae legatis exterarum
 gentium dono mittuntur. Plutarch. in Prob. Romanis,
 ἐκλεῖστο ἡ λαύτεια τὰ ἐμπόρευα τοῖς πρεσβύτοις ξένια.
 Liuius libro octauo secundi belli Punicij: Aedes, libera, loca
 lautiae legatis decreta. Alibi: Libera loca lautiae legatis
 decreta. Et libro uigesimo octauo: Lautia et locus legatis
 praebere iussa. Lautia igitur appellatione continetur ea
 pecunia, quae in legationes suscipiendas quouis modo con-
 sumitur. In eo etiam breuiario Princeps anniuersaria con-
 stituitur stipendia quaedam circuncidi, quaedam expun-
 gi eradique iubet. Vnde erasi appellati à Plinio in Pane-
 gyrico, quos extra statum positos dicimus. Ex quo uelut
 archetypo quini quotannis ueluti traduces ducuntur. quo-
 rum unum praefecti fisci communem inter se sumunt: re-
 liquos praefecti quatuor ararij habent, suum quisque cum
 suo Tribuno communem. Ex quibus rursus secundaria
 quaedam breuiaria coactoribus prouinciae suae faciunt, in
 quibus attributas prouinciae suae pecunias uarijs nomi-
 nibus expensant, ut Plautino uerbo loquar. Nomina nunc
 intelligenda sunt capita breuiarij, id est, rationis argenta-
 riae, tituli que earum rerum & huiusmodi, quas paulò antè
 enumerauimus: quibus expensae pecuniae feruntur. Ex his
 autem ueluti subbreuiarijs fiunt rursus, quae pyctacia bre-
 uiaque dicuntur & breues, uulgo nostri borderellos appel-
 lant, id est, commentariolos summam rerum continentis.

Auitum &
 Equitum.

Lautia.

Λαύτεια.

Erafi.

Secundaria bre-
 uaria.

Nomina.

Pyctacia.
 Breuia.
 Breues.

Cuius

Attributa pecunia.

Assignatio. Tributum.

Aes militare.

Tribuni aerarij.

Lex Aurelia.

Cuius significationis exempla sunt in lege Aduarij, & lege Iubemus, & lege Excellentia, De erogatione militaris annonae, libro duodecimo Codicis. *Πολλὰς ἄρα τρωσὶς* Graeci uocant. Attributa autem pecuniae ab antiquis dicebantur, quas nunc assignationes Latino uerbo dicimus. Varro libro primo De lingua Latina: Tributum, inquit, dictum à tribubus, quòd ea pecunia quae à populo imperata erat, tributim à singulis proportionè cèsus exigebatur. Ab hoc ea quae assignata erat, attributum dictum. Ab eo quoq; quibus attributa erat pecunia, ut militi reddat, Tribuni aerarij dicti. Id quod attributum erat, aes militare dictum. Cicero in Pratura urbana: Ne diutius teneat, pecunia attributa numerata est, profectus est Quaestor in prouinciam. Quae uerba explanans Asconius: Pecunia, inquit, attributa est, quae in stipendium militum de aerario à Tribuni aerarijs adnumerari Quaestori solet. Cicero in Pisonem: Nonne sestertium centies & octogies ex aerario tibi attributum Romae in quaestu reliquisti? Erat igitur proprie attributa pecunia ea, quae Imperatoribus ad prouincias euntibus assignabatur. Sed in quocumq; negotium assignetur, attributum hodie uocari potest. Tribuni igitur aerarij secundum Asconiam ea munera obibant, quae nunc generales receptores obeunt, attributam pecuniam Quaestoribus prouincialibus adnumerantes ex aerario promptam. Secundum Varronem ij erant, qui militibus ipsi protinus adnumerabant, qui nunc Thesaurarij sunt bellici. Haec igitur diuersis temporibus uarie constituta fuerunt. Tribuni autem aerarij lege Aurelia cum Senatoribus Equitibusq; iudicabant, id est, iudicia publica exercebant, ut auctor est Asconius in Diuinationem Ciceronis. Vnde Cicero ad Atticum quadam epistola de Clodia

no iudicio tanquam corruptissimo loquens: Ut primum, inquit, Iudices cõsederunt, ualde diffidere boni coeperunt. non enim unquam turpior in ludo salario confessus fuit. maculosi Senatores, nudi Equites, Tribuni non tam aerarij, quam ut appellantur aerati. Aeratos Tribunos Cicero pro obaeratis dixit, id est, aere alieno obrutis. Gallia uero memoria nostra alterius generis aerarios huiusmodi Tribunos, omnesq; argentaria facitantes semper habuit, id est, bene numeratos. Quaestores etiam orationes epistolasq; Principum in Senatu recitabat. Tranquillus in Nerone, Orationes ad Senatum missas praeterito Quaestoris officio per Consulem plerumque recitabat. Idem in Tito: Ut orationes etiam recitaret Quaestoris uice. Tacitus libro decimo sexto: Oratio Principis in Senatu per Quaestorem eius audita est. Nemine nominatim cõpellato Patres arguebat, quòd publica munia desereret, eorumq; exemplo equites Romani ad segnitiam uertentur. De Quaestoribus candidatis Lampridius in Alexandro: Quaestores, inquit, candidatos ex sua pecunia iussit munera populo dare, sed ut post Quaesturam Praeturas acciperent, & inde prouincias regerent. Aerarios uero instituit, qui de aere fisci ederent munera eaq; parciora. Fuerunt autem & alij, qui candidati Principis aut Caesaris potius diceretur, non Quaestores quidem, sed quicumq; candidati, id est, magistratuū petitores in comitijs. Tranquillus in Augusto: Quoties magistratuū comitijs interesset, tribus cum candidatis suis circuibat, supplicabatq; more solenni. Ferebat Eripse suffragium in tribus, ut unus è populo. Candidatos Augusti Tranquillus appellat eos petitores, quos ipse populo commendabat, & quibuscum singulos ex more ambientium prehensabat, ciuilem personam assumens interim,

Aerati.
Obaerati.
Tribuni aerati.

Quaestores candidati.

Candidati principis.

Et principis deponens; tanquam princeps non esset. Inde iocus ille apud Quintilianum in sexto; Iungitur, inquit, amphibologiae similitudo, ut Augustus Galba, qui pilam negligenter petenti; Sic, inquit, petis tanquam Caesaris candidatus. Nam illud petis ambiguum est, securitas similis. Caesaris autem candidati propterea negligenter petebant, ambibantq; , quod Principum commendationem non frustra futuram confidebant. Nostro tamen seculo Principis candidati, id est, pontificatus, aliaq; primi nominis sacerdotia ambientes, non negligenter petunt. Cum literis enim Principum satis per se imperiosis, legationes etiam undiq; expediendas ad collegia sodalium, quibus legendi ius est, id est, ad comitia sacerdotum curant nonnulli: emissariosq; eblandiendis suffragijs, ac mancipis etiam (si res ita tulerit) redimendis allegant, homines ad unguem factos, dumtaxat quod ad hoc artificium attinet. Quod si haec quoq; frustra sint, sunt qui ad ualidiora machinamenta quasi ad sacram (ut dicitur) anchoram confugiant, literis Principi expalpatis supera infera territantes, intra quas paracletum inuolutum esse, conditumq; homines cauillantur. Quaestor etiam Quaestorq; dicebatur Praetor, qui publicis iudicijs praerat, de quo saepe diximus. Vergilius: Quaestor Minos urnam mouet.

Ex I. Obseruare, De offic. Procons.

Hoc etiam eum obseruare oportet, ut per eam partem provinciam ingrediatur, per quam ingredi moris est, quam Graeci appellant. In annotatiunculis Politiani manus scriptis hunc locum ita legit: Et quas Graeci *ιδριδμίας* appellant, siue *κατάπλους* obseruare. Quae uerba hoc significant, et quas Graeci epidemias appellant, id est, accessus.

Est

Est enim epidemia accessus ad ciuitatem aliquam obseruari plerunq; solitus. Sine cataplum obseruare, id est, portum, ad quem plerunq; Proconsules applicare solent. De maritimo enim terrestriq; accessu Iulianus loquitur. Et paulo post, Rescripsit Proconsuli necessitate impostam per mare Asiam applicare, et primam attingere. Legendum promore Asia applicare. Καὶ τῶν μετροπολέων Εφεσῶν primam attingere, et metropoleon Epheson primam attingere. Plinius ad Traianum, cum ipse in prouinciam iret, Quia confido domine ad tuam curam pertinere, nuntio tibi me Ephesum cum omnibus meis υπὲρ Μαλακῶν nauigasse. Ephesus urbs erat Ioniae clarissima, ut est autor Stephanus de Urbibus. Plinius lib. v. de Asia loquens, Smyrnaeum conuentum magna pars Aeoliae frequentat. Ephesum alterum lumen Asiae remotiores conueniunt Caesarienses, metropolitanae, Cilbiani, inferiores et superiores Mysomacedones. Ephesi igitur conuentus erat, id est, summa iurisisdictionis Ioniae. Metropolis autem dicitur urbs, ex qua coloniae deductae sunt, quales multae Athenis, et ab urbe Romae. Sic enim se habet metropolis ad coloniam, ut mater ad filiam, id quod illo Thucydidis loco manifeste declaratur, ἀποικία ἐὺν ἑλνὸν πᾶσι χῆσα τιμᾶ τῶν μετροπόλεω ἀδικοῦμένη ἢ ἄλλοις βίται, Colonia, inquit, beneficio quidem affecta, honore metropolim suam prosequitur: iniuria autem affecta, ab ea alienatur. Metropoleis (inquit Suda) dicuntur quaecunq; ciuitates colonias deduxerunt. Non igitur metropoleis a mensura dicuntur urbium, ut Gratianus uerbis Isidori dixit dist. x x i. alioqui primam breuem natura haberet, cum habeat longam. Melius igitur illud dictum est distinctione. L X I I. ad episcopi electionem sufficere ecclesiae matricis arbitrium. Matrices enim urbes Latine dicuntur,

u cunctur,

Ortygometra.
Tetigometra.

cuntur, quas Græci metropoleis appellant. Inde Ortygometra, id est, coturnicum matrix, & Tetigometra cicadatum, & similia nomina, quæ legimus apud Pliniū & alios. Tranquillus in August. Ex ea arbore cōtinuo nata soboles adeo paucis diebus adoleuit, ut non equipararet modò matricem, uerùm etiam obtegeret. Matricem arborem dicit ex qua stolones succreuerunt. Fuerunt etiam urbes proprio nomine sic appellata, quas Stephanus enumerauit. Ceterum quod paulò antè in hac lege dicitur, Rectè autem atque ordine faciet, si edictum decessori suo miserit: uerba sunt certa cuiusdam significationis, quibus senatus uti solebat interdum cum absolutè commédare res alicuius gestas uolebat. Cicero Philip. quinta, Quamobrem his uerbis Patres conscripti Senatusconsultū faciendum censeo. Cum D. Brutus imperator Consul designatus prouinciam Galliam in Senatus, populiq; Romano potestate teneat, cumq; exercitum tantum tam breui tempore summo studio municipiorum, coloniarumq; prouinciæ Galliæ optime de Republica merita merentisq; conscripserit: id eum rectè & ordine, exq; republica fecisse. Et rursus undecimo, Quintum Hortensium proconsulè rectè atque ordine exq; republica fecisse. Et itidem in tertia ubique Senatusconsultorum uerba concipiens. Verum quòd successorum in prouincias, decessorūq; è prouincijs officium olim fuerit moribus institutum, ex epistola Ciceronis ad Appium Pulchrum intelligi potest, quæ libro 111. epistolarum eius legitur: cuius initium est, Cum meam factum.

Exl. Solet. s. Quantum ad xenia pertinet.

Legendum Xenia. Politianus autem hunc locum in Miscel

Miscel. ex Pandectis Florentinis ita legit: Vetus prouerbium est, οὔτε ψάρια, οὔτε πᾶντορε, οὔτε παρὰ πάντων. Id est, nec omnia, nec passim, nec ab omnibus. Xenia autè Xenia. dona sunt hospitibus dari solita. Martialis librum alterū distichorum, Xenia inscripsit. Libro etiam Machabeorum 1. x1. cap. enxenia corruptè pro xenia legitur. Hic autem error inualuit à similitudine uerbi encenia, quod Ioannis x. legitur. Apuleius xenium munus hospitale appellat. Demosthenes νεχὶ παραπροβίαις Xenia appellat dona, quæ à Philippo Rege Legatis Atheniensium donabantur. Lautia à Romanis uocabantur, ut paulò antè Lautia. diximus. Volens autem Philippus Legatos Atheniensium corrumpere donis, xenia splendidißima eis mittebat: quòd Demosthenes unus ipse Legatorum cauere uolens, orare cepit Philippum, ut ijs xenijs captiuos Atheniensium redēptos Legatis dono mitteret, οὐ φιλιππου, inquit, ἡξίον ὧν ἡμῶν ἐδίδεξεν ἑστέον τοῦτους λῦσαι, Propterea falsè peruersèq; legationis Aeschinè collegatum instimulans, xeniorum eum obtentu corruptum esse à Philippo donis, ingentibus dicit, ξενία δὲ ἢ πρόφοροις, Xeniorum, inquit color à Philippo quæsitus est. Hoc est autem (ut arbitror) quod Vlpianus significare his uerbis uoluit. Sed xenia producenda sunt ad munerum qualitatem, hoc est, munerum prætèxtu quæsito non sunt aucupanda munera, quæ sumptu onerare prouinciales possint. De xenijs Vitruu. lib. vi. ita inquit, Nam cum fuerunt Græci delicatiorēs & opulentiores à fortuna, hospitibus aduenientibus instruebant triclinia & cubicula, & cum penu cellas, primoq; die ad cœnam inuitabant, postero mittebant pullos, oues, olera, poma, reliquasq; res agrestes. Ideo pictores ea quæ mittebantur hospitibus picturis imitantes Xenia

appellauerunt. Ita patresfamil. in hospitio non uidebantur esse peregre habentes secretam in hospitalibus libertatem. De huiusmodi hospitalibus loquitur Vlpianus in l. Si uero, infra, De ijs qui deiecerunt. Erant autem hospitia priuata apud antiquos, quae magna erat necessitudo, propterea hospitium per sepe pro amicitia ponitur. Fuit autem antiqui moris tessera dari hospitibus dimidiata, quam quicumque attulisset ad hospitem, continuo agnosci posset, et hospitio accipi tanquam amicus et uetus hospes. Hoc autem ius necessitudinis ad posteros transibat. Propterea tesseram hospitalem diligenter obseruabant. Plautus in Poenulo, Deum hospitalem et tesseram mecum fero. Qui autem ius hospitij uiolabat, is tesseram hospitalem confregisse dicebatur. Idem in Cistel. Abi querere ubi tuo iurirando satis sit subsidij: hic apud nos iam fidei confregisti tesseram. Deus autem hospitalis dicitur, quem hospites inuocabant, si quando hospitium uiolaretur, qui Iupiter Xenus dicitur, quemadmodum amici Φιλίον Ιουέ inuocabant, et sodales Εταίριον, et gentiles, id est, cognati Ομόγιον, et qui eiusdem phratris erant Φρατρίον, et foedere coniuncti Εὐφροίον, quasi iuristurandi uindictam. Si quem igitur contracti hospitij poenitisset, renuntiare hospitium solebat, ne hospitij ius uiolaret. Cicero in Verrem, actione III. Itaque iste uehementer Stenio in fessu hospitium ei renuntiat. Et apud Lium libro v. secundi belli Punici, Badus ciuis Campanus Quinto Crispino Romano in conspectu duorum exercituum hospitium renuntiasse solenniter perhibetur, ut cum eo hostili animo congredi posset. Erat autem sanctissima hospitij necessitudo, ut ipse paulo post inquit. Hospitium autem publice interdum contrahabatur, quae Graece proxenia dicitur.

Hospitalia.
Hospitia priuata.

Tessera hospitalis.
Tesseram confringere.

Deus hospitalis.

Iupiter.
Xenus.
Philus.
Hetarius.

Homognus.
Phratrus.
Enhorcus.

Renuntiare hospitium.

Proxenia.

icitur. Lium libro v. de Timasitheo quodam Liparensi, qui legatos Romanorum Delphos persecutus Romanus inde hospites restituit a piratis liberatos: Hospitium, inquit, cum eo Senatusconsulto est factum, donaque publice dacta. Enim uero Consulibus olim in prouincias aduenientibus honoris loco dabatur aduocitium illud donum quod honorarium dicitur: qualia hodie Principibus suas primum urbes ingressis porrigi ueluti bene omninandi gratia solent. Honorarium ob id dictum, quod honoris causa datur, non tanquam debitum exigebatur. Quo modo et honorarium aduocationis patrociniisque gratia praebere solitum, quod tamen hodie priscum nomen prorsus retinere non potest. Non enim iam honorarium, sed arbitrarium iure uocari debet, id quod arbitrato eorum statuitur qui accipiunt, non eorum qui praebent. Proinde Aemilio dabitur quantum petet. Tanti est enim honorarium, quantum est fama cuiusque. Nunc igitur Sallustianum illud uel potius Catonianum succurrit, Iam pridem quidem nos uera uocabula rerum amisimus: ex quo bona aliena largiri liberalitas, malorum rerum audacia fortitudo nocari coepit. De honorario prouinciali ita inquit Cicero in Pisonem, Qui modus tibi fuit frumenti aestimandi, qui honorarij, si quidem potest ui et metu extortum honorarium nominari? Quod cum peraeque omnes, tum Bæotij, Byzantij, Thessalonica sensit. Inde honorarium dictum id quod a Decurionibus pro curiae introitu dari solitum est. Plinius ad Traianum, Superest ergo ut ipse dispicias, an in omnibus ciuitatibus certum aliquid omnes, qui deinde uoluntate leguntur, debeant pro introitu dare. Ad quam epistolam rescribens Traianus, Honorarium, inquit, Decurionatus omnes qui in quaque ciuitate Decuriones sunt, Honorarium Decurionum.

u 3 inferre

inferre, debeāt nec'nc, à me non potest statui. ΒΑΛΗ in ciuitatibus Græciæ & Asiæ dicebatur Senatus & consilium, Βαλεῦται. & Βαλεῦται Senatores & Decuriones. Quod autem hic legitur, ut neq; modose in totum absteineat: legendum puto morose, ut sit quod Græci *δοκίμωσ* dicunt.

Exl. sequenti.

Cum plenissimam autem iurisdictionem Proconsul habeat, omnium partes qui Romæ uel quasi magistratus.) Accursius excipiendum putat Consulem & Præfectum Prætorio, quasi Consul maiorem Romæ potestatem haberet, quàm Proconsul in prouincia, aut etiã præfectus Prætorio: cum tamen nullus magistratus in iussu Senatus intra urbem statuere de capite ciuis Romani, præter Dictatoris posset, à quo non erat prouocatio. Decurie autem iudicum, quæ publica iudicia præside Prætoris exercebāt, inter magistratus non numerabantur. Lex autem de prouocatione ad populum lata est aduersus magistratus à Valerio Publicola, ut docet Lilius libr. II. ab Vrbe condita.

Prouocare ad populum.

Prouocatio ad mille passuum.

Hæc autem prouocatio intra urbem tantum erat, & extra ad mille passuum, quã nunc Banleucam uocamus. Idem libro I I I. Igitur Tribuni ut impediendæ rei nulla spes erat, de proferendo exercitu agere. eò magis quod & augures iussos adesse ad Regillum lacum fama exierat, locumq; inaugurari, ubi auspiciato cum populo agi posset, ut quicquid Romæ uel Tribunitia rogatum esset, id comitijs ibi abrogaretur: omnes id iussuros, quod Consules uelent. Neq; enim prouocationem esse longius ab urbe passuum nulle, & Tribunos si cõueniãt, in alia turba Quiritium subiectos fore Consulari imperio. Terrebant hæc, sed ille maximus terror animos agitabat, quod sepius Quintius dicebat se Consulum comitia non habiturum.

Dis

Dictatore opus esse reipublicæ, ut qui se mouerit ad sollicitandum statum ciuitatis, sentiat sine prouocatione Dictaturam esse. His uerbis significatur terror Tribunorum pleb. qui uerebantur, ne si exercitus extra primum lapidem, id est, extra Banleucam educerentur, Consules in se & alios Quirites animaduertere possent, aut si Dictator intra urbem crearetur. De Dictatura ita idem inquit in secundo, Creato Dictatore primum Romæ posteaquam præferri secures uiderunt, magnus plebem metus incescit, ut intentiones essent ad dicto parendum. Neque enim ut in Cõsulis qui pari potestate essent alterius auxilium, neq; prouocatio erat, neq; ulla usquam nisi in cura parendi auxilium. Cicero tamen decreto Senatus Lentulæ, & alios coniurationis affines per Triuuiros interfecit, ut autor est Sallustius. Multiq; alij itidem perniciosos ciues, prouocationi ipsi non cedentes, supplicio affecerunt. Quod tñ fieri solebat cum Senatusconsulto in hanc formam facta fuerant, Videant Cõsules ne quid Respu. detrimenti capiat. Cicero in Catil. Decreuit quondam Senatus, ut L. Opimius uideret ne quid Respu. detrimenti caperet. nox nulla intercessit, mox interfecit, est propter quasdam seditionum suspiciones Caius Gracchus clarissimo patre natus, auitis moribus. Occisus est cum liberis M. Fuluius Consularis simili Senatusconsulto. Idem pro Milone, Quamquam quis hoc credat Gn. Pompeium iuris publici, moris maiorem, rei denique publicæ peritissimum, cum Senatus ei commiserit, ut uideret ne quid Respu. publicæ detrimenti caperet (quo uno uersiculo satis armati Consules fuerunt etiam nullis armis datis) hunc exercitu, hunc delectu dato iudicio expectaturum fuisse in ciuis consilij uindicandis, quid uel iudicia ipsa tolleret?

Extra primum lapidem:

Dictatura. Interdum prouocationi magistratus non cedebant.

Videant Cõsules ne quid Respu. pub. detrimenti capiat.

Cōsulibus per-
missa respubli-
& commissa.

Tunc autem commissa respublica Consulibus dicebatur, permissa; ut apud eundem Philipp. v. Quapropter ne multa nobis quotidie decernenda sint, Coniuitibus totam rempublicam committendam censeo, ijsq; permittendum, ut Remp. defendant, provideantq; ne quia respublica detrimenti capiat. Idem in Catil. Cato Mario & Lucio Valerio Consulibus permissa est respublica. Num unū diem postea L. Saturninum Tribunum pleb. & Catum Seruiliū Prætorē mors, ac reipublicæ poena remorata est. Ex eo instituto emanauit ut arbitror l. Constitutiones, infra, De appellationibus. Fiebat autē & Senatusconsultū sub alijs uerbis, ut in tumultu urbano: ut apud eundem Ciceronem pro Rabirio, Fit Senatusconsultū, ut C. Marius, L. Valerius Consules adhiberēt Tribunos plebis & Prætores, quos eis uideretur: operamq; darent, ut imperium populi Romani, maiestasq; conseruaretur: adhibent omnes Tribunos plebis præter Saturninum, præter Glauciam, qui rempublicam saluam esse uellent, arma capere, & se sequi iubent. Maximum autem in prouincia Proconsulis imperium fuisse, uel ex hoc uno intelligi potest, quod Principes Romani in auspicando imperio proconsulare ius & imperium, cum Tribunitia potestate assumere solebant, ut se augustiores sacrosanctosq; facerent. Capitolinus in Marco philosopho, qui Antoninus cum Seuero fratre in multis iuris nostri locis uocatur. Post hoc, inquit, Faustina duxit uxorem: & suscepta filia Tribunitia potestate donatus est, ac imperio extra urbē Proconsulari. Lampridius in Alexandro, Accepit imperium Alexander, cum antē Caesar esset à Senatu appellatus: mortuo scilicet Macrino, Augustūq; nomen idem recipit. addito ut & Patris patriæ nomen, & ius Proconsulari.

Proconsulare
imperium.
Ius Proconsu-
lare.

lure, & Tribunitiam potestatem, & ius quintæ relationis dejerente Senatu uno die assumeret. Et rursus Capitolinus in Maximo & Bal. Decretis ergo omnibus imperatoris honoribus atq; insignibus, percepta Tribunitia potestate, iure Proconsulari, Pontificatu maximo, Patris patriæ nomine, meruerunt imperiū. Vopiscus in Probo, Decerno igitur Patres cōscripti uotis omnium concinentibus, nomen Cæsareum, nomen Augustum, addo Proconsulare imperium, Patris patriæ reuerentiam, Pontificatum maximum, ius tertie relationis, tribunitiam potestatem. Neq; uerò mirum est plenissima uocari Proconsulis iurisdictionem: cum Proconsulis sit qui pro Consule, id est, cōsulari imperio in prouincia præerat. De Cōsulibus porro imperio in xii. tab. scriptū erat, Regio imperio duo sunt, ijsq; præeundo, iudicando, consulendo, Prætores, Iudices, Consules appellantur, militia summū ius habent, nemini parento. Cic. in Philip. i. i. i. Hunc si consulem illa prouincia putaret, neq; eum reciperet, magno scelere se obstringeret. Omnes enim sub Consulibus iure & imperio debent esse prouinciæ. Quod dictū Ciceronis intelligendum est, ubi Consul ipse adest. Tunc enim in sua prouincia esse censetur, cum omnes prouinciæ populi sint Romani. Consularis etiam cognitio summa cognitio uocabatur, ut auctor est Quintilianus lib. i. i. i. Hic etiā prætoris sententias rescindere poterat, & Prætori etiā iurisdictionē abrogaret: ut ex Valerio intelligimus lib. vii. ca. vii. ubi de Genutio loquitur. Itaq; Plin. in Panegyrico cōpellans quosdam Principes Romanos, qui aut perpetuos Consulatus gerebāt: aut quotannis nouis ascriptis Cōsularibus, post aliquot menses alios sibi sufficiebāt Consularibus iam delibatis, O miseros, inquit, ambitionis, qui ita Cōsules semper,

Consulis im-
perium.

Consul iussu
Tribunipleb
in carcerē dū-
ei poterat.

Prouincię Con-
sulares & Pro-
consulares.

ut semper Principes erant. Quanquam non ambitio ma-
gis quam liuor & malignitas uideri potest, omnes annos
possidere, summūq; illud purpurę decus non nisi præ-
ceptū præflorumq; transmittere. Summū decus pur-
purę prætextam purpuream appellans, id est, Consula-
rem togam. Omnes autem annos possidere dixit. qui an-
ni consulum nominibus notabantur. Hic tamē tantus, tam
augustus magistratus Tribunipleb. iussu in carcerē duci
poterat. Vnde Cicero pro lege Agraria contra Rullū,
Ego is Consul, qui cōtionem metuam? qui Tribunūpleb.
perhorrescam? sepe & sine causa tumultuer? qui timeam
ne mihi in carcere habitandum, si Tribunūpleb. duci ius-
sisset? ego uestris armis armatus, insignibusq; amplissi-
mis ornatus, imperio, autoritate, nō horreo in hunc locum
progredi posse, nobisq; autoribus improbitati hominis re-
sistere. Verba sunt Ciceronis ad populum cum Consula-
tum agens Tribunopleb. Agrariam legem serēti obfiste-
ret. Porro prouincię quædam Consulares, quædā Pro-
consulares fuerunt. Capitolinus in M. Philosopho, Prou-
incias, inquit, ē Proconsularibus Cōsulares, aut ex Con-
sularibus Proconsulares, aut Prætorias pro belli necessi-
tate fecit. Senatores uerō prouincias sortiri Procōsulares
solebant. Plinius in epistolis libro 11. Firminus inductus
in Senatū respōdit crimini noto. Secuta sunt diuerse sen-
tentię Coss. designatorum. Cornutus censuit ordine mo-
nendum: Nerua in sortitione prouincię rationem eius nō
habendam. quę sententia tanquam mitior uicit, cum sit
alioqui tristior diuorq; & reliqua, quę Plinius prose-
quitur, significans Firminum Prisci Cōsulis Legatum, a
Senatu damnatū, illa irrogata pœna, ut in sortitione qua
uir Senatorij Proconsulari imperio prouincias sortie-
bantur,

bantur, ratio eius non haberetur: id est, nomen eius non
reciperetur in sortibus ducendis. Hoc enim significat hoc
uerbum. Priuatus est igitur facultate tenendi Proconsu-
latus, ut uulgò loquimur: uel ut antiquitas locuta est, abla-
ta est ei potestas capiendi Proconsulatus. Cicero pro lege
Manilia, Quid tam singulare, quam ut ex Senatusconsul-
to legibus solutus Consul ante fieret, quam ullum aliam
magistratum per leges capere licuisset? Propterea Cice-
ro in eadem oratione, Pompeio propter singularem eius
uirtutem a Senatu concessum hoc esse affirmat, ut eques
Romanus, ac nondum Senator proconsulare imperium
acciperet. Quid tam inusitatum, inquit, quam cum duo
Consules clarissimi fortissimiq; essent, ut eques Romanus
ad bellum maximum formidolosissimumq; pro Consule
mitteretur, missus est. Dicebant autem ueteres Procon-
sulem aliquem esse, & pro Consule esse, licet frequen-
tius pro Consule dicerent, id est, Consulari imperio. Ci-
cero in eodem loco, Quo quidem tempore cum esset non
nemo in Senatu qui diceret non oportere mitti hominem
priuatum pro Consule, L. Philippus dixisse dicitur, Non
se illum sua sententia pro Consule, sed pro Consulibus mit-
tere: Tanta in eo Reipublicę bene gerendę spes consti-
tuebatur, ut duorum Consulū munus unius, adolescentis
uirtuti cōmitteretur. Vopiscus in Probo, Accepto igitur
hoc Senatusconsulto permisit Patribus, ut ex magnorum
iudicum appellationibus ipsi cognoscerent, Proconsules
crearent, Legatos Consulibus darent, ius prætorij Præ-
sidiibus darēt. leges quas Probus ederet, Senatusconsultis
proprijs consecrarent. Quis autē fuerit status Procos. in
prouinciā, ex epistolis Ciceronis ad Quint. fratrem libro
primo intelligi potest, quibus cum docet (interim arti-
fic

Rationem ali-
cuius habere.

Capere magi-
stratum.

Pro Consule
esse.

Senatus aucta
potestas.

Status Procon-
sulis in prouin-
cia.

ficiofissimè castigans) quæ sunt Proconsul. partes in regenda
 prouincia sua, quem unicuiq; adire licet, qui hoc plene in-
 telligere concupierit. Quem locum totum utinam memo-
 riter tenerent, qui Præsides à Regibus nostris regendis
 prouincijs mittuntur: quos gubernatores nationum appel-
 lamus. Harmostæ uerbo Græco dici possunt, quasi prouin-
 ciarum constitutores. Licet enim hinc copiose sumere ad-
 ministrandæ prouinciæ præcepta ijs, qui se inculpatores
 prouinciarum rectores esse, atq; uideri uolunt. Quo in lo-
 co summum imperium Proconsulis appellat. Quidā opi-
 nantur Proconsules dici posse eos, quos Balliuos, Senescal-
 losq; uocamus. Ego uerò eos non modò Proconsules, sed
 ne iustos quidem Præsides esse censeo, ut qui summam co-
 gnitionem secundum Principem in suis prouincijs non ha-
 beant (Quamquam eorum ditiones non tam prouincia,
 quam prouinciolæ appellari debeat) Curia enim amplissi-
 ma summam in omnibus ijs ciuitatibus iurisdictionem ha-
 bet (nullo etiam reclamante) quæ ad disceptandas prouin-
 ciationes Parisios conueniunt. Appellatione Præsidis, in-
 quit Martianus, & Proconsules, & Legati Caesaris, id est
 quos locum tenentes Regis dicimus, & omnes prouincias
 regentes continentur. Regere autem prouincias de his di-
 ei non potest, quorum præter iurisdictionem, eamq; obno-
 xiam nulle ferè sunt partes in prouincia. Rectori autem
 munus laxioribus finibus circumscribitur. Tranquillus in
 Augusto, Prouincias ualidiores, & quas annuis magistra-
 tum imperijs regi nec facile, nec tutum erat, ipse suscep-
 tit. Ceteras Proconsulibus sortito permisit. Adde quòd
 Macedonia una prouincia erat, & Syria & Asia & hu-
 iusmodi, ut ex oratione Ciceronis de prouincijs Consula-
 ribus apparet: & Gallia deniq; comata, quæ nunc Fran-
 cia

Harmostæ.

Prouinciolæ.

Legati princi-
pis.Rectores pro-
uinciarum.

cia dicitur, una prouincia erat: quas nunc in plurimas pro-
 uincias in scitis appellatione partiri solemus. Proinde Bal-
 linos & Senescallos nostros præfectos potius appellan-
 dos censuerim, aut etiam iuridicos, quam Præsides aut
 Proconsules: eorumq; ditiones præfecturas potius quam
 prouincias. Præsides uerò non alios esse, quam quos tum
 gubernatores, id est, rectores dicimus, tum locum tenentes,
 id est, legatos Regis: quos & uicarios Regis dicimus,
 id est, uicereges. Hi enim demum omnium magistratuuum
 Romanorum uicè implere uideri possunt, Spartianus in
 Hadriano autor est Hadrianum Imperatorem quatuor Con-
 sulares iudices Italiae regendæ constituisse, quorum Anto-
 ninus Pius unus fuit: ut etiam autor est Capitolinus in An-
 tonino. Itaq; idem de Marco Philosopho loquens, Datis,
 inquit, iuridicis Italiae consuluit, ad id exemplum quo A-
 drianus Consulares uiros reddere iura præceperat. Præfe-
 cturarum autem meminit Cic. in Pisonem, Neq; enim, in-
 quit, regio fuit ulla, neq; municipium, neq; Præfectura,
 aut colonia, ex qua non publicè ad me uenerint gratula-
 tum. Idem in Philip. 11. Horum flagitiorum iste uestigijs
 omnia municipia, præfecturas, colonias, totam deniq; Ita-
 liam impressit. Fuerunt præfecturæ in Aegypto, quæ No-
 marchia dicebantur & Nomi. Plin. libro v. de Aegypto
 loquens, Summa pars contermina Aethiopiæ Thebais uo-
 catur. Diuiditur in Præfecturas oppidorum (quas nomos
 uocant) duodecim. Traianus ad Plinium, epistola v 11,
 quæ uulgò nõ reperitur, Ciuitatem Alexandrinam secun-
 dum institutionem Principum non temere dare proposui.
 sed cum Latraleptæ tuo ciuitatem Romanam impetraue-
 ris, huic quoq; petitioni tuæ negare non sustineo, tu ex
 quo nemo sit, notum mihi facere debebis. Diodorus li-
 bro

Præfeti & iuridici.
Præfecturæ.
Præsides prouinciarum.Nomi & No-
marchia.

bro *ii.* Aegyptum in sex & triginta nomos diuisit: sed interpretis equiuocatione deceptus leges pro praefectura transiulit: cum tamen apud Graecos nomos pro praefectura accentum in posteriore syllaba habeat, pro lege uerò in priore. Nomos Herodotus & satrapias pro eodem posuit, Darij regnum in uiginti satrapias diuidens totidemq; nomos, id est, regiones: unde Nomarchæ, earum regionum praefecti. Diodorus pro regiunculis accepit, quo modo & Plinius praefecturas, & nos nunc accipere possumus, Galliam in triginta plus minus nomarchias diuidentes.

Ex lege, Nec quicquam est.

Vbi decretum necessarium est, per libellū id expedire Proconsul non poterit. A cursus multus est in interpretatione istius uocabuli libellus, quasi in uerbo abstrusissimo: ac ne sic quidem sibi constat, quadruplici expositione uix contentus: cum tamen sensus huius loci Latine scientibus (nisi longè fallor) planus sit ac dilucidus. Libellus est enim quam uulgo requeſtam appellamus. Tranquillus in Augusto, Promiscuis salutationibus admittere & plebè tanta comitate aduentum desideria excipiens, ut quendā ioco corripuerit quòd sic libellum porrigere dubitaret quasi elephanto stipè. Libellū Tranquillus uocauit schedulam supplicè, qua postulata populares Principibus exponere solent. Idem in Domitiano, Stephanus professus conspirationis indicium, & ob hoc admissus legenti traditum à se libellum, & attonito suffodit inguina. Et in Augusto, in diplomatibus libellisq; & epistolis signandis initio sphinge usus est, mox imagine magni Alexandri. Id est, ut nunc dicimus, in respondendis requeſtis. Vnde à libellis dicti ministri, qui Principi in hoc negotio subseru

Ministri a libellis.

seruiunt. Idem, Epaphroditū à libellis capitali poena condemnauit. Lampridius in Alexandro, Postmeridianis horis subscriptioni, & lectioni epistolarū semper dedit operam, ita ut ab epistolis, à libellis, & à memoria semper assisterent, nonnūquam etiam si stare per ualeitudinem non possent, sederent: relegendibus cuncta librarijs, & ijs qui scrinium gerebant: ita ut Alexander sua manu adderet siquid esset addendum, sed ex eius sententia, qui disertior habebatur. Sic autem accipitur in lege Rescriptum, infra, De distractione pignorum, Rescriptum est ab Imperatore libellos agente Papiniano, id est, libellis apud Imperatorem praefecto. Erat autem Seuerus Pertinax, à cuius deinde filio Antonio Caracalla tyrannica sauitia Papinianus contrucidatus est. Non poeniteat igitur, quos hodie magistrōs requeſtarū uocamus, post Papinianum tanti nominis Iurisconsultum, qui iuris asyllum dictus est (ex cuius officina quasi ex equo illo Troiano Ulpianus, Pomponius, Celsus, alijsq; permulti interpretandi iuris proceres prodierūt) praefectos se libellorū uocitari, aut etiam postulationum magistrōs. Qui tamen (ni fallor) aliquando magistri scriniorum appellati sunt. qualis Ulpianus sub Alexandro fuit. qui etiam tutor eius fuerat. Scrinia autē sunt plutei & armaria, quibus commentarij & libelli literaria que monumenta concludi solent. Plinius libro septimo, illa fuit uera & incomparabilis inuidi animi sublimitas, captis apud Pharsaliam Pompeij Magni scrinijs epistolarum, iterumq; apud Tapsam Scipionis, ea optima concremassè fide atque non legisse. Sunt & scrinia unguentorum & rerum quæ in delicijs habentur apud eundem ubi de scrinijs Darij loquitur ab Alexandro captis. Hæc autem duorum sunt generum, quædam

Magistri requeſtarum. Iuris asyllum.

Praefecti libellorum.

Magistri scriniorum. Scrinia.

Scrinia duorum generum fuerunt.

Præfectus scri-
niorum.

Chartophylax

quædam enim sunt scrinia stataria, in Regia uel alibi con-
dita, in quibus monumenta antiqua ad imperiū regnū ue-
pertinentia, & (ut ita dicam) instrumentum imperij re-
gni ue afferuatur: qualia sunt Parisijs in recessu editore
sacelli palatini. Thesaurus chartarum appellatur. Scri-
nariū dici Latine potest, & præfectus scriniorū, qui the-
saurarius chartarum nunc dicitur. quo munere auus olim
meus Draco Budæus, & deinde Ioannes pater, cum alio
maiore munere fundi sunt: nunc uero frates meus nomi-
ne Draco, Regis Secretarius fungitur. Qui etiam uerbo
Græco Chartophylax appellabatur, id est, chartarū prin-
cipalium custos: & locus ipse Chartophylacion. Aliud
autem erat munus chartulariorum in lege tertia, De ca-
none largiti. titul. libro x. Codicis. Huiusmodi scriniorum
exemplum est apud Plinium in epistolis ad Traianum,
his uerbis, Recitabatur autem apud me editū, quod dice-
batur diui Augusti ad Anniam pertinens. recitata & epi-
stola diui Vespasiani ad Lacedæmonios, & diui Titi ad
eosdē & Achæos, & Domitiani ad Auidium Nigrinum
& Armenium Brochum Procōsules: quæ ideo tibi nō mi-
si, quia & parum emendata, & quædam non certæ fidei
uidebantur: & quia uera & emēdata in scriinijs tuis esse
credebam. Altera sunt scrinia uiatoria, quæ in comitatu
principali circumferuntur, in quibus libelli supplices Prin-
cipi à postulantibus porrecti conduntur, quoad subscri-
bantur, id est, quoad Principi uacet libellis & postulan-
tibus operam dare, libellisq; respondere, cuiusmodi ex-
empla superius apposuimus. Hæc autem subscriptio duo-
bus modis fiebat: aut spōte Principis, ut in ijs assolet, quæ
Principes liberalitatis suæ, aut beneficij sui fecerunt, id
est, quæ sui tantum arbitrij esse uoluerunt: aut ex consilij
sententia,

sententia, in ijs quæ disceptationis sunt, quo in loco primæ
erant partes eorum, quos præfectos libellorum, & magi-
stros scriniorum appellatos esse diximus. Libellorum in
hoc significatu, & scriniorum in utroq; fortasse, exem-
pla sunt in titulo, De proximis sacrorum scriniorum, li-
bro x. i. Codicis. Postulationibus etiam uacare dicitur,
pro eo quod expedire requestas dicimus. Plinius in epi-
stolis, Senecio cum explorasset Consules postulationibus
uacatuos, cōuenit me. Adeamus, inquit, Consules, peti-
musq; ne bona dissipari sinant, quorū esse in custodia de-
bent. Inde postulationes iudiciales. Tranquillus in Nero-
ne, In iurisdictione postulationibus nisi sequenti die, ac per
libellos non temere respondit. Antiquitatis autem uesti-
gium, aut certè instar quoddam in antiquis monumētis no-
stris inuenisse mihi uideor. Siquidem anno supra millesti-
mum circiter trecentesimo uicesimo constitutum esse com-
peri, ut quicūque libelli per dies singulos à postulantibus
Principi porrigerentur, qui quidem certè gratiæ ac libe-
ralitatis, aut etiā clementiæ principalis essent (Iuridicia-
les enim primo quoq; tempore disceptari placuit) ad fi-
nem cuiusque mensis reijcerentur, ac tum demū Princeps
ex consilij sententia, si tamen ita ei uideretur, de omnibus
statueret. Moris autem fuit, ut in singulos menses cōsiliū
aulicum cognomēto magnum, in aulam indicaretur: ibiq;
omnis generis postulata recitarentur: atq; ita sententijs
cōsiliij disquisitis, Princeps tamē (ut ferè assolet in regno)
de ijs omnibus ex animi sui sententia statueret, sicq; aut
diplomata & codicillos & rescripta pro rerum uarietate
concederet, aut quouis alio pacto postulantes dimitteret.
In hoc menstruo conuentu, qui per aliquot dies (si res ita
tulisset) instaurabatur, uarijs de rebus referri solitum
fuit

fuit. De ratione atque habitu dispensationis aulicæ, quæ descriptio ministerij, quis modus instrumenti aulici, de rationibus ad fiscum referendis, de residuis, de omni denique apparatu, & instrumento regni, si quid perperam positum, aut institutum esset, id ut ibidem agitatum constitueretur, id est, reformaretur: simul ut huius censuræ metu non modò aulica ministeria in officio retinerentur, sed cuius etiam curæ præfeci accuratius munera sua obirent, diutius fallendi spe præcisa in posterum. usque ad eò frugalitatis studiosi fuimus, antequam hæc quæ nunc est ararij opulentia, luxum incuriamq; peperit, ac fisci (prope dixerim) nomen rationem quæ obliteravit. Eodem etiam tempore constitutum esse comperi, atque etiam antea anno trecentesimo septimo, ut eorum magistratum, qui magistri requæstarum dicuntur, duo omnino à comitatu regio non abnoctarent: quorum alter sacerdos, alter profanus esset: quibus ea cura iniuncta erat, ut quotidie stans horis in loco patenti sederent, audituri ac lecturi, quod quisque postulasset. Quæ in re iurarij Principis haud dubiè fuerunt. Bis enim licebat postulationes admittere, & libellis subscribere, si iuri aut æquitati consentanea uiderentur, atque etiam intercedere, moram quæ eis facere, qui contra constitutiones aliquid impetrassent. Iisdem autem constitutionibus contubernales esse iubentur, id est, eodem hospitio uti, comites quæ habere eodem contubenio totidem Secretarios, quorum collegium sexagenarium fuit ab initio institutum. Hos uerò ius rectæ cenæ habuisse cum singulis affectis inuenio, id est, buccam ad curiam, & præterea sportulas iumentorum nomine: id est, id genus erogationis, quod libertas liberationesq; uocabant. At uerò extra comitatum regium

De magistris
libellorum.

Recta cenæ &
sportulæ.

regium hanc eorum conditionem fuisse nouimus constitutione Philippina, ut quinque semper in loco essent apud quem curia, id est, Parlamentum haberetur: quorum duo profani, tres sacerdotes essent: ij quæ omnes ut matutino ad locum statutum uentitarent, atque eadem hora, qua curia cogeretur, ibi iugi animaduersione postulationibus uacarent, uel ad meridiem usquæ, si quando aut per frequentiam postulantium, aut alio quouis modo citius defungi non possent. Quæ in re administranda notariorum, qui nunc secretarij dicuntur, opera uterentur: qui pro rerum uarietate libellorum argumenta hac aut illa formula in rescripta regia componerent: strenuam in eo operam nauare ipsi quoque obstricti. Hanc autem magistratum Decuriam amplissimæ curiæ appendicem fuisse, atque ad eò tertiam tum classem, cum ex alijs multis, tum ex eo conijcere possumus, quòd si quid maioris difficultatis in eorum munere obeundo accidisset, ad primum illum curiæ confessum, id est, ad magnum tribunal referre antiqua constitutione iubentur: diutaxat à meridie, id est, curia iam dimissa, ne quid interpellarent. Quòd si aut per maiorem rei difficultatem, aut quia res forte ad exemplum pertineret, ne sic quidem explicari id potuisset: tum demum inter medium confessum, atque ijs etiam diebus quibus illud tribunal admissa circumstantis populi corona iura reddere solet, referre de ea re iubentur. Mitto & alia eòdem pertinentia, ut ius ingrediendæ curiæ etiam non accersitis, præter causam prædictam, etià si eorum interesset, aut sui negotij gratia, aut cuiusuis amicorum. Non me latet eo tempore requæstaru magistratos (nisi me antiqua scripta fecerunt) non esse appellatos, sed à requæstis potius, ut apud priuscos à libellis, aut etiam

Animaduersione.

Numerus libellorum Prefectorum.

¶ eto libellorum magistrorum.

Diarium.

Institutum antiquum.

uiri requeſtarum. Sed rara tum erat hæc quæ nunc eſt paſſim honorificentia appellationum. Numerus autem eorum alius atq; alius diuerſis temporibus fuit. Anno ducentefimo octogefimo quinto, paulò ante tempora Philippi Pulchri conſtitutum eſſe comperi, ut duo literati uiri Cancellario aſſiſterent: tres autem iura redderent ad ueſtibulum regie, quos libellorum poſtulationum ue fuiſſe magiſtros propterea exiſtimo, quòd in antiquitatum cõmentario, inter uiros requeſtarum eorum fit mentio. Antea Triumuiros audiendis admittendisq; libellus creatos fuiſſe lego. Anno autem trecentefimo quadragefimo ſecundo numerum eorum ad ſex auctum eſſe, quo tẽpore requeſtarum magiſtros uocitari cepiſſe uideo. Poſtea cõſtitutione Regis Ioannis quatuor ea lege creatos, ut bini in comitatu regio alternis meſibus eſſent. Poſtremo anno quadringefimo ſeptimo, octo (quot nunquã antea) creatos eſſe. Alia deinde cõſtitutione ad eos delata eſt officiorum cognitio, & earum litium diſceptatio, quæ ijs intenderentur qui in comitatu Principis officio aliquo fungerentur. Nunc & in curia & in aulico conſilio honoratiſſimo loco ſententiam dicunt, atque in ordine magiſtratuũ ſecundas partes ac proximè primas obtinere uidentur, ſi modo Cancellariũ in numero exemeris. Verum quandoquidẽ aulici illius cõſilij mentio in ordinem incurrit, hoc etiam addendum, eodem etiam tempore conſtitutum fuiſſe ad antiquitatis (ut uidetur) effigiem, ut earum rerum quæ in conſilio decernerentur, Diarium fieret (Iornale appellabant) in quod acta cuiuſque conſeſſus referrentur, dumtaxat quæ memorabilia uiderentur, adderenturq; eorum nomina qui in eo decreto fuiſſent. Creatus autem primum actuarius Petrus conſilij Prætoriani quidam Barrierius, cui hoc munus iniunctum, ut cõmentarios

arios illos & conficeret & aſſeruaret; quem morem ſi ad hoc æui Principes tenuiſſent, antiquorum ſane Principum acta non uſque adeo ignorarentur: ſcireq; noſtra hæc ætas poſſet quantum quiſq; maiorum noſtrorum de Repub. meritis eſſet. Nunc uero omnia in tenebris latet incuria temporũ, in patriaq; ſua Galli peregrinari uidentur, ſoli prope hominum rerum ſuarum ignari. Itaq; inſtrumentũ regni nullum ne publicũ quidem habemus. quod quidem certe magnopere memorandum ſit. Sed hic eſt perpetuus huius regni genius, rerum geſtarum monumenta ut nihil ad Rempub. pertinere uideantur. Quo enim unquam ſeculo hiſtoriarũ etiam noſtrarũ ſcriptor gregarij militis ſtipendium, aut etiam uenatoris meruiſſe uisus eſt? In diem certe uiuimus, futuri æui ſecuri, nihil per literarum monumenta cõſecrandũ eſſe memoriæ putãtes. Macrobius tamẽ lib. 1. Saturn. Ad Ianũ, inquit, ſolum Italiæ regnũ redactũ eſt, qui creditur geminã faciem prætuliffi, ut quæ ante quæq; poſt tergum eſſent, intueretur. quod procul dubio ad prudentiam Regis ſolertiamq; referendum eſt, qui & præterita noſceret ex annalibus, & futura proſpiceret. Antiqui igitur noſtri illi reges eius inſtituti autores, rerũ à ſe geſtarum, rationem atq; etiam ſuorum temporũ poſteritati conſtare omnino uoluerunt. Fuiſſe autem huiusmodi inſtitutum apud priſcos multis monumentis literarum probatur: quale eſt illud Taciti, Signo ultionis in delatores dato, petit à Caſare Iunius Maricus ut commentariorum principalium poteſtatem Senatui ſaceret, per quos noſceret, quem quiſque accuſandum poſcoſiſſet. Traianus ad Plinium, Dediſſe me ius trium liberorũ Suetonio Tranquillo ea conditione quã aſſueui, referri in commentarios meos iuſi. Dicemus alibi nonnihil de huiusmodi com-

Acta conſilij Prætoriani.

Ianus bifrons.

mentarijs. Non me preterit libellum non unius esse signifi-
ficati, ut γομαμασίον Græcè; sed hoc in loco clara mihi
esse significatio eius uisa est. in l. si publicanus, infra, De
publicanis, pro epistola assertoria accipitur, quam uulgò
certificationem uocamus.

Ex lege, Legatus.

Legatus mandata sibi iurisdictione iudicis dandi ius
non habet.) Politianus in Miscellaneis affirmat negatio-
nem hic non legi in archetypis Florentinis, maleq; hic
additam.

Ex lege, Proconsules.

Procōsules nō amplius quā sex fāsibus utūtur.) Ac-
cursius fāsibus pro mēsis interpretatur, et citat locum
quēdā Pōponij, De orig. iuris. de Dictatura semestri, qua-
si Procōsulatus sit semestris, cū tamē Procōsulatus nō an-
te reuocationē, id est, successoris mīssionē desinat. Fasces
fāsiculi erant uirgarum intra quas uirgas securis obliga-
ta erat, ita ut ferrū in summo fāsce extaret, ut in antiquis
picturis uidemus. Plutarch. in Probl. Διά τῆς ἑρπύλλου
αἰ γὰρ οἱ σὺν δέδεμεναι προσήμυλον τῶν πελίκων ἑ-
ρπύλλαι. Cur Prætorū, inquit, Romanorū uirgæ colligatæ
adnexis securibus ferūtur? nimirū hoc indicium est magistra-
tuum irā promptā ac solutā minimē esse debere, aut certē
ideo id cōstitutū est, ut mora tāti sper magistratū irā fiat,
dū uirgæ dissoluātur: id quod sepe pœnitentiæ occasionem
magistratib. attulit. Enim uero quoniā facinorosi partim
sunt emēdabiles, partim perditissimi, ut uirgæ admonēdis
illis, sic securēs his tollēdis de medio institutæ sunt. Hæte-
nus ille. Επεὶ δὲ Ῥωμαῖοι τὸ μὲν, ἰάσι μὲν ἔστι, τὸ δὲ ἰα-
νέσθω. αἱ γὰρ ῥάβδοι ὑσθέρουσι τὸ μεταθεῖν δυνάμενον αἰ-
Liōres. δὲ πελίκων ἀποκόπτουσι τὸ ἀσθέρησθαι. Εὖς αὐτὲς fāsces li-
stor

flōres magistratibus præferbāt, id est, magistratū uia-
tores, qui ob hoc à Græcis R habduchi dicūtur, id est, uir-
gas tenētes. Linius de Romulo loquēs, Vocatūq; ad cōsi-
liū multitudinē quæ coalescere in populi unius corpus nul-
la re præterquā legibus poterat, iura dedit: quæ ita sancta
generi hominū agresti ratus fore si se ipse uenerabilē in si-
gnibus imperij fecisset, cū cætero habitu se augustiorē,
tū maxime lictoribus xii. sumptis fecit. Idem in ii. de
primis Cōsulis loquēs, Omnia iura, omnia insignia pri-
mi Cōsules retinere, id modō cautum est, ne si ambo fās-
ces haberent, duplicatus terror uideretur. Brutus prior
concedente Collega fāsces habuit. Hactenus Linius. Bini
igitur Cōsules xii. fāsces habebant non duodenos Vnde
ibidem lib. v. i. i. Aemilius, cuius tū fāsces erāt, Collegam
Dictatorē dixit: id est, qui ea die imperiū habebat. Alter-
nis enim diebus imperabāt Cōsules cum ambo aderāt. Ab
huiusmodi fāsibus sumpta est illa locutio, Summittere fās-
ces. Plinius lib. v. i. i. Gn. Pōpeius confecto Mithridatico
bello intraturus Possidonij professionē sapiētiae clari do-
mū fores percuti de more à lictore uetuit, et fāsces lictor-
ios ianue submisit, is cui se oriens occidensq; submiserat.
Cicero in Bruto, Nam mihi Brute in te intuenti crebro in-
mentē uenit uereri quodnam curriculum aliquando sit ha-
bitura tua et natura admirabilis, et exquisita doctrina,
et singularis industria. Cū enim in maximis causis uer-
satus esses, et cū tibi etas nostra iā cederet, fāscesq; sub-
mitteret, subito in ciuitate cū alia ceciderūt, tū etiam ea
ipsa de qua disputare ordimur, eloquētia obmutuit. Est au-
tē fāsces summittere insignia uimq; iperij maiestati uel re-
uerentiæ alicuius submittere, ut Publicola q primus hoc in-
stituit. cū enim posset imperij summi, id est, Cōsulatus iure
x t uti

Summittere fa-
sces.

uti agēdo cum populo: fasces tamē maiestati populi Rom. submisit, hoc est, lictores à se tantisper abire iussit quoad concionatus esset, ut autor est Linius in 11. Et Pompeius laureatos fasces, id est, triumphū expectantes ianua philosophi Posidonij submisit, Nostro tēpore si Princeps ad curiam ueniens stipatores suos & omnem illū regium ac terrificum comitatum subsistere in area palatina iubeat, & ciuiliore habitu assumpto confessus iuridici reuerētia, aut reddere ipse iura, aut etiā audire reddentes sibi iura, aut fisco suo uelit, iustitiæ fasces submittere dici possit, id est, si cum legibus nō teneatur, immodicam illā ac regiam potentiam quam absolutam dicimus, id est, legibus nō obstritam, inhibere in animū induxerit, & iuri aequitatiq; cedere ciuili animo constituerit. Vt ad rē redeamus, Proconsul cum pro Consule præsīt & Consulare imperium habet, sex tamen lictores non duodecim habet, ut meminerit iustum Consulem se non esse.

Ex lege, Diuitis Marcus, De officio Præsidis.

Textus hic diobius in locis uulgō corruptè legitur, Cū forte eo momento, legendū non forte, ex emendationibus libris. & Cum si possit uideri sentire commiserit, legēdū si cum possit. Minutula sunt ista aliaq; huiusmodi, sed que lectorem remorentur, stylumq; Iuriscōsultorū dehonefent, quorum tamen pleraq; coniuuentibus oculis transmissuros nos testamur. Et paulō post, Cum autem ex literis tuis cognouerimus tali eū locō atque ordine esse. Ordo hic ponitur, pro eo quod uulgus statim uocat. Græci tamen Taxis, Tres Romæ ordines. Dixerunt alibi tres fuisse Romæ ordines, Senatorium qui amplissimus dicebatur, equestrem, & plebeium, suis quēq; insignibus distinctos, ut ex Plinio docuimus

Ordo.
Taxis.
Tres Romæ ordines.

cuimus. Vitruuius in præfatione libri secundi, Dinocrates architectus, cum Alexander rerū potiretur profectus à Macedonia ad exercitum Regis, à propinquis & amicis tulit ad primos ordines & purpuratos literas. Cicero in diuinatione, Vobis autem tanta inopia rerum, ut mihi causam præripere conemini potius, quā aliquos à columna Menia uestri ordinis reos reperiatis. Id est, fures & seruos nequam, qui apud Triumuiros capitales puniri solent ad columnam Meniam, ut inquit Asconius. Et in Verrem, actione 11. Homo tamen ordinis sui frugalissimus Petirius hæc eadem Lampfaci cognosse dixit. Id est (ut nunc uulgus loquitur) homo status sui honestissimus, Sic intelligendum illud Apostoli 1. ad Corinth. x. v. de resurrectione generali, Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur; unusquisq; autem in suo ordine, ubi Græce scripsit Apostolus, ὁ ἕκαστος ἐν τῷ ἑαυτοῦ κτήματι. Diximus etiā alibi prouerbiale antiquis fuisse cum furere aliquem significare uolebāt, aut mente captum esse, ut dicerent ad agnatos & gentiles deducēdum esse. honestiores enim furiosi qui gētilitatis ius habebant, suorum custodiae permittebātur. Quo modo iste Helius Priscus; cuius hic meminit Iuriscōsultus, in uilla sua cōtinebatur à necessarijs suis tanquā ordinis honestioris furiosus. Ceterum antiqui cum significare uolebant hominem inter suæ conditionis homines retinendum cōtinendūq; id est (ut uulgō loquimur) suo statu contentum esse cogendū, in ordinem eum redigendū, uel etiam cogendū diſtinebant, hoc est, inter uulgares & gregarios adnumerādum. Plinius ad Falconē, Cōsulis an existimē te in Tribunatu causas agere decere. Plurimū refert quid esse Tribunū putes

Menia colum-
na.

Taxi.

Ad agnatos
& gentiles de-
ducere.

In ordinem re-
digere uel co-
gere.

Inanem umbram & sine honore nomen? an potestatem sa-
 cro sanctam, & quam in ordinem cogi ut à nullo, ita ne à
 se quidem deceat? Idem libro secundo epistol. frugalita-
 tem enim suam ostendere uolens, & in uictu parsimoniam
 eleganter hoc uerbo usus est: Liberti, inquit, mei non
 idem quod ego bibunt, sed idem ego quod liberti, & me-
 hercule si gula temperes, non est onerosum quo uti-
 ris communicare cum pluribus. Illa ergo reprimenda,
 illa quasi in ordinem redigenda est, si sumptibus parcas.
 Id est, de rango aliorum ponenda est, ut uulgus loquitur:
 hoc sensu, Si parsimoniam consecrari uelis, satius est
 te ipsidem cibus potuq; eodem cum quolibet conuiuia uesci
 utique, quam tibi primarium panem uinumq; cum reli-
 quorum contumelia stomachationeq; seponi, quos non
 ipsidem cibus digneris. Bibendum igitur cum quolibet con-
 uiuatio, id est, populari uino utendum. Sunt & exem-
 pla crebra apud Liuium. Huic autem opponitur eximere
 numero. Quintilianus in primo de Criticis loquens, iu-
 dicio quidam ita sunt uti ueteres grammatici, ut non uer-
 sus modò censoria quadam uirgula notare, & libros qui
 falso uiderentur inscripti, tanquam subdititios summonere
 familia permisissent sibi: sed autores alios in ordinem
 redegerint, alios omnino exemerint numero. Eximere
 igitur numero est eximium habere, id est, non inter uul-
 gares connumerare: sed tanquam præcipuum habere.
 Græci eadē ratione ἐξίμιος appellant, & ἐπιπρωτεύων

Eximere nu-
mero.

Εξίμιος in ordinem in numerumq; redactos, quos & ἐπιπρωτεύων
 Επισπρωτεύων dicunt, id est, circulares, hoc est, uiles & uulgares, ut in
 Εγκύκλιος. quit Priscianus. Contra uerò numero exemptos ἐκκεῖται
 Εκκεῖται & ὑποκείται, id est, eximios & præcipuos.
 Ἐπρόκειται.

Ex

Exl. Illicitas, in fine.

Reprehensa exactorum auaritia, Legendū repressa.

Exl. Diem functo. De offic. assess.

Salarium conuictibus residui tēporis quod Legatis præ-
 stitum est, debetur. Accursius præstitum est pro præstan-
 dum intelligi uoluit, pugnante Latine loquentium cōsue-
 tudine. Malim igitur præstitutum legi, ut ad tempus re-
 feratur Legatis præstitutum, id est, præfinitum.

Præstitutum.

Exl. secunda, De in ius uocando.

Sed nec cum qui cum equo publico in causa publica
 trasuehatur. Accursius præconem Theobaldū intelligit.
 Nos transuectionē equitū intelligimus à Fabio Maximo
 institutā. Liu. li. i. x. in fine, Ab eodē Fabio institutū dici-
 tur, ut equites Idibus Quintilibus trasueheretur. Trāquil-
 lus in Augusto, Equitū turmas frequēter recognouit, post
 longam intercapedinem reducto more transuectionis. Sed
 neq; detrahi quenquā in trasuehēdo ab accusatore passus
 est, quod fieri solebat. Valerius lib. i. ca. De instit. anti-
 quis, Trabatos uerò equites Idibus Iulij Q. Fabius tras-
 uehi instituit. Idē, Equestris uero ordinis iuuetus omnibus
 annis bis urbem spectaculo sub magnis autoribus celebra-
 bat die Lupercaliū & equitū probatione. Equitū proba-
 tionē huiusmodi transuectionē appellans. à Græcis ὀχέαις
 δὲ τ' ἀγορᾶς dicebatur. Demosth. Ἐξέγο-
 ρων ἡσθε τῶν ἐπιπρωτεύων, ὀχέαις δὲ τ' ἀγορᾶς τὰς πο-
 πὰς δ' ἀνακλυτοῦ. Hunc, inquit, equitū præfectū crea-
 uis, quine in trasuectione quidē, quæ per forū fieri solet,
 equo uehi potest. Similem autē legem fuisse apud Atheni-
 enses testis est idem Demosthenes in eadem oratione: qui
 etiā eius legis uerba ponit, cuius Euagoram latorē fuisse
 dicit, Ne scilicet in pompa Liberi patris prehēdi aliquem,
 aut

Transuectio.

Οχέαις δὲ
τὰς ἀγορᾶς.

aut pignora capi eius liceret. Transuectionē hodie monstram uocamus, cum equites solenniter recensentur.

Ex eadem l. Iusta uē mortuo facientem.

Funebria iusta Idem Accursius obsequia intelligit, ut lauare corpus, quod pollinctoris officium est: ignorans quid sint funebria iusta. Liuius libro 1. Nec cœlestes modo cœrimonias, sed iusta quoq; funebria, placandosq; manes ut idem Pontifex edoceret. Iusta, sunt exequiæ, id est, sacrificia quæ mortuis impenduntur & funerandi solennitas. Et iusta peragere est funerandi officium implere, quod & parentare dicitur, quo Plinius usus est cap. ultimo libri secundi, & Vlpianus in l. Pro hærede, De acquirenda hæred. à Græcis id sumptum, qui ὄσια appellant τὴν κηδείαν, quasi sanctum iustumq; officium. propterea Cicero soluere iusta dixit, quasi officium debitum exhibere. pro Roscio Amerino, Hunc miserū luctu præditum, qui nondū etiam omnia paterno funeri iusta soluisset, dudum eiecit domo, atq; focis patrijs dijsq; penatibus præcipitē exturbat. Sunt enim iusta, id est, officia quæ Deo, sunt quæ parētibus debentur. Plutarchus, καὶ διαφρόνης τότε πρὸς θεῶν καὶ τὰ πρὸς γονῶν καὶ φίλων διαφύλατται. Id est, Iura siue iusta & officia in deos hominesq; & amicos eximie cōseruās. Cui cōuenit parētandi uocabulum ab antiquis usurpatū. Liuius, Iusta quoq; funebria, placandosq; manes ut idem edoceret.

Iusta facere.

Iusta pagere.

Parentare.

Οσία καὶ ἡ κηδεία.

Iusta.

Parentatio.

Ex l. sed si hac lege. §. primo.

At si uenditor qui manus iniectionem excepit.) De manus iniectione nos alibi satis diximus. Recipere autem manus iniectionem est retinere facultatē reprehendende rei alienatæ, uel ut citra ulla in ius uocationē alienator possit in prædium alienatum, si quid factū aut non factum fuerit

Recipere manus iniectionē.

fuerit rursus ingredi, & in possessionem se se ipse mittere: hoc est, siapte potestate se se ire, ut nostri loquuntur: ut fieri assolet in alienatione prædiorum quæ aut in emphyteusis dantur, aut uectigali imposito emancipantur, ut Cod. Si seruus exportandus ueneat. Hoc autem Accursius non intellexisse uidetur: quemadmodū & suggillare pudorem circa finem legis: quāuis hoc uerbū sæpe in iure legatur, pro quo imperitii sigillare dicunt. Sugillare autem proprie de facie dicitur, cum contusa facies liuidis maculis dehonefata est. Sic enim suggillata in facie dicuntur ut uibices in corpore. Plin. lib. xii. de sale loquens, Vtilis ex istis suffusis cruore oculis, suggillatisq; cum murrhæ ponderere. Inde metaphoricos pro iniusta infamie nota ponitur. ut Plinius lib. vi. de Augusto loquens, iuxta hæc Variana clades, et maiestatis eius foeda suggillatio. Vt in tur Liuius & Valerius sæpe. Tertullianus, Atque ideo præfatus hæc ad suggillandam odi erga nos iniquitatem, iam de causa innocentie consistam. Ad suggillandam, inquit, id est, ad notandam & carpendam gentilium iniquitatem in nomen Christianum. Suggillata Græcis ὑπόπιον ὑπόπιον. dicuntur, ob eam causam, quod sub oculis maximè appareant. hoc autem uerbo μεταφορικῶς Cicero usus est lib. i. ad Atticū, Auli uerò, inquit, filius ita se gerit, ut eius Consulatus Consulatus non sit, sed Magni nostri hypopion. Id est, ita se gerit Aulus in Consulatu, ut Consulatus eius nihil aliud quàm suggillare Pompeij pudorem uideatur, qui eum Consulem interposita autoritate sua fecit. hoc Latine Tertullianus suggillationem dixit. Suggillatio est, inquit, in cælo iustitia uestra. hoc sensu, cum uos Romani legibus uestris in facinorosos homines aduertere soleatis seuerissime, dijs uestris inuidiam facitis, ac notā inuitis infam

sefire suapte iponte.

Suggillare pudorem.

Suggillata. Vibex.

Hypopion.

Suggillatio.

In aulicos qui indignos promouent.

infamiae, utpote qui de hominibus ipsi flagitiosissimis in deos recepti sunt errore antiquorum & consensu tamen gentium. Secundum hæc Ciceronis uerba interiores aulici, id est, aures & oculi Regis, qui primos ordines sanctioris consilij ducunt: qui indignos homines suffragatione sua nonnunquam promouent, & primarijs sacerdotijs & magistratibus, alijsq; uirtutis præmijs ornatos nebulones colendos populo nonnunquam si emente Nemesi præbuerunt: perpetuis notis facië suam inuisisse uidentur, memoriamq; nominis sui multiplici liuore atq; indelebili suggillasse. Quid enim ij in sese admisisse existimantur quibus excutiëda dedit inueni præcordia princeps, si aut studio aut offensione aliqua ducti, præteritis & ingentis meriti & compertæ integritatis uiris, aut inertissimos homines aut indignissimos, atque interdum non tam nobiles quam nothos ad rerum administratione obtrudunt, diris omnibus cumctis hos illosq; prosequentibus? (In quo quidem genere nonnulli pseudocatones perniciosissimi, qui bonis uiris fronte magis quam mente student) Nonne tot suggillata in facie gestare uideri possunt, quot huiusmodi non dico homines promouerunt, aut uirtute præditos facta Principi impostura suppresserunt: sed quot huiusmodi homines indigna facinora ediderunt, quotq; in Repub. errata grauiorum meliorumq; uirorũ inopia contigerunt? Cuius dicli ratio Ciceroni uerbis reddi potest libro 11. de Legibus: Ego autem, inquit, nobilium uita uictuq; mutato mores mutari ciuitatum pinto: quò perniciosus de Repub. merentur uitiosi summi in ciuitatibus uiri, quòd non solum uitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in ciuitatem. Neque solum obsunt, quòd illi ipsi corrumpuntur, sed etiam corrumpunt, plusq; exemplo quam

pecc

peccato nocent. Eorum aulicorum opera factum, ut omnè non modo succum & sanguinem, sed etiam colorem & speciem priscam amitteremus administrandæ reipublicæ, quam tamen propediem instauratum iri speramus, nisi hominum de se expectationem ij qui primos ordines ducunt, quoquo modo destituerint. Ceterum Lucæ xviij. de malo iudice, Et si deum non timeo, nec hominem reueor: tamen quia molesta est mihi hæc uidua, uindicare illam, ne in nouissimo ueniens suggillet me, ὑπωπιάζει με: rectè ab ὑπωπιάζει με interprete uersum, sed perperam à Lyrano enarratum. Oratores Græci hoc uerbo raro utuntur, quãtũ ego meminì, sed pro suggillatione λαβῶ dicunt, & προσηλακισμῶν. Et suggillare ἐφουβέειν, καθυβέειν, λαβᾶσθαι. Huiusmodi tamen multa silentio prætercunda nobis sunt, quæ iam nisi ab indoctioribus ignorari non credimus.

Ex l. ultima, In ius uocati ut eant.

Ex promissione non uidetur eos stitisse. Sic quidem hic & in multis locis titulorum sequentium legitur. Sed stitisse forsasse legendũ. Gellius lib. i. Indocti, inquit, ignorant stitisses uadimonium à Catone dictum, non stitisses: quoniam susteretur uadimonium, non staretur. Apud Ciceronem tamen pro Quintio stitisse ubique legitur, forsasse eodem errore. Si stitisse legamus, uadimonium subintelligendũ est, & homo enim & uadimonium sinitur.

Ex l. ij. Siquis cautionibus.

Si iudex uel alter ex litigatoribus morbo fontico impediatur, lex iubet idem iudicij esse diffusum. Politianus Diffusus dicitur in Miscellan. cap. xli. legendũ existimat diffusum, sicq; in archetypis Florentinis legi affirmat. Diffundi enim nõ diffundi diem dicendum esse contendit Gellius lib. xlii. cap. i. Sed enim ego homines cũ cõsiderabã, alterũ fidei, alterum

alterum probri plenum, spurcissimæq; uitæ ac diffamatis-
sima, nequaquam adduci potui ad absoluendum. Iussi
igitur diem diffundi, atque inde à subellijs pergo ire ad
Phaurinum philosophum. Vbi etiã corruptum esse uer-
bum Politianus contendit. Et apud eundem quod uulgò
legitur, Atque in rerum quidẽ definitionibus comperen-
dinationibusq; & alijs quibusdam legitimis reb; legen-
dum existimat, Atque in rerum quidẽ diffisionibus. Nec
aliud quicquam aut ipse aut alius quispiam, quod equidem
sciam, de hoc uerbo dixit. Ego uerò ne Politiano in totũ
assentiar, eo loco Liuij adducor libri noni ab urbe cond.
Papyrius Dictator Iunium Bubulcum magistrum equi-
tum dixit, atque ei legem Curiatam de imperio ferenti tri-
ste omen diẽ diffudit, quòd Faucia curia fuit principium
duabus insignibus cladibus captæ urbis & Caudina pa-
cis: quod utroque anno eiusdem curiæ fuerat principium.
Macer Licinius tertia etiam clade quæ ad Cremeram ac-
cepta est, abominandam eam curiam facit. Dictator poste-
ro die auspicijs repetitis pertulit legẽ. Ex hoc Liuij loco
& illo Gellij cõijcere facile possumus, diffundere diem id
esse aut olim fuisse, quod nos rem in crastinũ continuatam
dicimus uel remissam. Tria enim erãt apud antiquos pro-
nunciandi genera: aut enim dies diffunde batur, id est, res
in posterum diem reijciebatur: aut comperendinabatur, id
est, in tertium diẽ differebatur: aut iudex nõ liquere pro-
nunciabat, quod & amplius pronunciare dicebatur, unde
ampliatio in publicis iudicijs dicta, de qua ipsa & de com-
perendinatione nos alibi diximus. Gellius igitur cũ diẽ dif-
fundi iussisset, ut eo die Phaurinũ cõsulere posset, postri-
die ad iudiciũ reuersus iurauit sibi nõ liquere. Erat enim
res eiusmodi, ut neq; absolvere petitione actoris reũ, neq;
damnare

Diffundere diẽ
Tria pronan-
ciandi genera.
Comperendi-
nare.
Amplius pro-
nunciare.
Ampliatio.

damnare commodè posset. Vt absoluerem tamẽ, inquit, in
animum inducere non quiiui: & propterea iurauit mihi nõ
liquere, atq; in iudicatu illo solutus sum. Defunctus est igi-
tur Gellius iudicandi necessitate inter priuatos Iudices à
Prætoribus lectus, iurando sibi nõ liquere de iure litigan-
tũ. Ex quibus uerbis intelligere possumus quid illa signifi-
cet Vlpiani uerba in lege, Si de meis. infra, De receptis
arbitris. Proinde si fortè urgeatur à Prætoze ad sententiã
æquissimũ erit si iuret sibi nondum de causa liquere, spa-
tium ei ad pronuntiandum dari. Augustinus lib. xviii. de
Ciuitate, usus hoc uerbo mihi uidetur: Iudæorũ, inquit, po-
pulus propter Solomonis offensam tempore filij eius Ro-
boam, qui patri successit in regnũ, Deo uindicatẽ diffusus
est. Id est, in Iudã & Israël diductus. In recentioribus ta-
men exemplaribus non diffusus sed diuisus legitur. Dirime-
re tempus et diffundere, uel diffindere diem, cognata sunt
uerba Ciceronis De diuinatione libr. i. Quid enim habet
aruspex cur pulmo incisus etiã in bonis extis, dirimat tem-
pus & proferat diem? Est enim dirimere διακόπτειν, δια-
λαμβάνειν, διαίρειναι, διαλύειν. Sic dirimi auspicia dicuntur,
cũ rata esse nequeunt. Plin. libr. viii. Nam foricum oc-
centu dirimi auspicia annales refertos habemus.

Dirimere tem-
pus.
Διακόπτειν.
Διαλαμβάνειν.
Διαίρειναι.
Διαλύειν.
Dirimi auspici-
cia.

Ex lege prima, De edendo.

Eum quoq; edere Labeo ait qui producit aduersarium
suum ad alium. (Legendum albũ, ut Politianus in Miscel.
adnotauit. Intelligendumq; de albo Prætoris, in quo edita
Prætorũ proponebatur: cuius crebra in iure mentio. Erat
etiam album Iudicum, de quo illud Plinianũ in præfatio-
ne intelligendum: Quid te Iudicem facis? cũ hanc ope-
ram condicerem, non eras in hoc albo. Album uulgò ma-
tricula dicitur, ut album decurionum & similia. A qui-
busd

Album Præto-
ris.
Album Iudicũ.

Matrix. *busdam matrix*, à quibusdam recentiorum pictatium. à
Pictatium. *Græcis leucoma* quasi album, & λευγαρχιδου γραμμα-
Leucoma. *τῆσφ.* Vnde apud Pollucem πορὶ λευγαρχιδου legimus, ἐν
 γεγραμμένοις ἐν τῷ λευκώματι.

**Inl. Cùm ἢ quibus. §. Sed & personarum,
 De transactionibus.**

Vtrū fugi vitæ sint quæ aliàs sufficere sibi possunt: an
Sequior. *obsequioris, qui de alimentis pœdeat.* Legi potest sequio-
ris, pro deterioris: qua distione aliqui recentiorū usi sunt,
fit enim à secus, sequior. Hermolaus Barba. in Themist.
Nequam, & *usius est. Vel legendum nequioris. Nequitia enim frugali-*
nequitia. *tati opponitur apud Ciceronem, & nequam fugi.*

**Exl. Veluti eodem in titulo,
 De cendo.**

Hæc vox iterū duas res significat. Altera est qua demō
stratur tēpus secundum, quod Græci dicūt. Legendū ex
διῆρορ. *uestigijs antiquorū exemplariū, quod Græci δὲ διῆρορ di-*
cūt, id est, secūdo, hoc est, secūda editione. Et paulo pōst:
Altera qua ad sequentia quoq; tēpora pertinet, quæ Gre
πάλιν. *cæ.) Legendū quæ Græcè dicitur πάλιν, hoc est, rursus.*
Hoc sensu edicti iterū edi iubebo, hoc est, altera editione,
& iterū, hoc est, rursus, quod significat iterum iterumq;

Exl. prima, De ἴσ qui notan. infa.

Qui pro socio, tutelæ, mādati.) Huc pertinere videtur
Inviolatores *Ciceronis illud dictum pro Roscio Amerino: In primatis*
mandati & so- *rebus si qui rem mandatam non modò malitiosius gessis-*
cietatis. *set sui quæstus aut commodi causa, uerum etiam negligenti-*
us: cū maiores summum admisisse dedecus existimabāt.
Mandati iudi- *Itaq; mandati constitutum est iudicium non minus tur-*
cium. *pè quam furti. Credo propterea quòd quibus in rebus ipsi*
interesse non possumus, in ijs operæ nostræ uicaria fides

amic

amicorum supponitur: quam qui ledit, oppugnat omne
cōmune præsidium, & quātum in ipso est, disturbat uitæ
societate. Non enim possumus omnia per nos agere: alius
est in alia re magis utilis. Idcirco anicitia comparantur,
ut cōmune commodum mutuis officijs gubernetur. Ergo
idcirco turpis hæc culpa est, qd̄ duas res sanctissimas uio-
lat, anicitiam & fidem: nā neq; mandat quisquā ferè nisi
anico, neq; credit ei nisi quē fidelem putat. Et paulo pōst
In rebus minorib; sociū fallere turpissimū est, æqueq; tur-
pe atq; illud de quo antè dixi, neq; iniuria: propterea qd̄
auxilium sibi se putat adiunxisse, qui cū altero rem com-
municauit. Ad cuius igitur fidē confugiet, cū per eius
fidem leditur cui se cōmiserit? Atq; ea sunt animaduerten-
da peccata maxime quæ difficillimè præcauentur. Tecti
esse ad alienos possumus, intimi multa apertiora uideant
neceesse est: socium cauere qui possumus? quem etiam si me-
tuimus, ius officij ledimus. Rectè igitur maiores eū qui
socium fessellisset, in uirorū bonorū numero haberi nolue-
runt. Idem pro Rosc. Com. Si qua enim sunt priuata iudi-
cia summæ existimationis & penè dicā capitis, tria hæc
sunt, fiducia, tutela, societatis. Aequè enim perfidiosum
& nefarium est fidem frangere, quæ cōtinet uitam; et pu-
pillum fraudare, qui in tutelam peruenit: & sociū fallere
qui se in negotio coniūxit. De fiducia nos alibi diximus.

Ex lege secunda.

Sed etsi eū exautorauerit, id est, insignia militaria de-
traxerit, infamē efficit.) Autorare obligare est: & auto-
rati milites, ac sacramento astricti, & quasi obærat, hoc
est, ere stipediario obstricti ac iam non sui arbitrij. Cuius
exēpla multa apud Linn. et alios. Vnde autoramētū. Cic.
in l. offic. Illiberales autē et sordidi quæstus mercenario

Autorare & au-
torati.

Autoramentū.

Exautorare.

Ἀπειμύλοι.
Ἄπειωσμί-
νοι.

rum omnium quorum opera nō quorum artes emuntur. Est enim in illis ipsa merces autoramentum seruitutis. Tranquillus in Tyberio: Munus gladiatorum dedit primum in foro, secundum in amphitheatro rudiarijs quibusdam reuocatis autoramento centum milium. Inde exautorare, autoratum & astridū dimittere, & abire sinere, & suo arbitrio reddere. Id quod citra ignominiam fieri potest, & fit hodie; quod quietare sacramentum dicimus lingua uernacula. Lilius lib. v i i i. Sine cōmeatu milites in pacato, in hostico errēt; immemores sacramēti licētia sola ubi uelint exaurorentur. Infrequentia deserantur signa, neq; conueniatur ad editum. Idem libr. vi. de bello Maced. Postero die concione aduocati de rebus ad se gestis cūm differuisse, milites autoratos dimisit. Hi Græcè ἀπειμύλοι ab Aristot. in tertio Polit. dicuntur; ab alijs ἀπειωσμίνοι ἢ ἄπειωσμίνοι; & aliter Ἄπειωσμίνοι, id est, discincti. Herodot. τὸ τε Σεβίρα Ἐπιδεγμα, ὃς τὸς Περσῶνα ἀποκτείνωντας ἀπέωσεν, εἰσὶνα ἀνδρῶν. i. Exēplum q; Seneri subit eorū in mentē, qui eos exautorauit. qui Pertinacē interemerant. Ignominiose autem exautorationis exemplum est apud Lāprid. in Alexādro: Seueritatis autē, inquit, tanta fuit in milites, ut legiones integras exautorauerit, ex militibus Quirites appellās. Idem de exautorata legione apud Antiochiam, cum nibiloninus fremerēt, exclamauit: Quirites, discedite atq; arma deponite. Mirando exēplo depositis armis, depositis etiā sagulis militibus, omnes nō ad castra, sed ad diuersoria uaria recesserunt. Simile illud Lucani in v. Vadite, me q; meis ad bella relinquite fatus: Inueniēt hæc arma manus. Et paulō post: Vos defecta senes exhaustaq; sanguine turba Cernetis nostros, iam plebs Romana, triūphos. i. iam pagani et Quirites

rites ex militibus facti. Et rursus: Iam certē mihi bella geram, discedite castris, Tradite nostra uiris ignaui signa Quirites. Est etiam apud Herodianum in secundo circa finem, exautoratorum Prætorianorū exemplum. Tranquillus in Augusto: Legiones immodestē in sitionē postulantes, circa cōmoda emeritorum præmiorum exautorauit. Quanta autem fuerit seueritas castrensis apud Romanos, ex his uerbis Ciceronis pro Cluētio intelligi potest: Statuerunt enim ita maiores nostri, ut si à multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animaduerteteretur, ut metus uidelicet ad omneis, pœna ad paucos perueniret. Quibus uerbis Cicero morē antiquū significat, quo more in decimum quēq; militem sortitō animaduertebatur capitaliter: unde decimatas legiones legimus. Caterum quos quassatos nunc dicimus, antiqui ære dirutos uocabant. Festus: Ære dirutum, inquit, militem dicebant, cui stipendiam ignominie causa non est datum, quod æs diruebatur in fiscum, non in militis sacculum. Hoc uerbo Cicero facetissime in Verrem usus est Actione sexta: Dij faciant, ut rei militaris, ut belli mentionem facere audeas. Cognoscerentur enim omnia istius æra illa uetera, ut non solum in imperio, uerum etiam in stipendijs qualis fuerit, intelligatis. Renouabitur prima illa milita, quum iste ē foro abduci, nō (ut ipse prædicat) perducī solebat. Aleatoris Placentini castra commemorabuntur, in quibus cūm frequens fuisset, tamen ære dirutus est. Id est, quamuis non esset emansor, sed frequens in castris aleatorijs, tamen ære dirutus est, id est, stipendia perdidit, alea scilicet omnia absumente. Idem in Antoniana x i i i. Fraudator creditorum Trebellius, homo dirutus diruptusq; Quintus Cælius. Id est, tum her-

Seueritas ca-
strensis.

Decimatae le-
giones.
Sortitō in mili-
tes animaduer-
tebatur.
Quassati.
Ære diruti.

Diruptus, her-
nionius.

Ad manticam
res redijt.
Ad incitos re-
ductus.

niosus, tum dissipato patrimonio expeculatus, atq; omni
ære exhaustus. Lusit enim Cicero per paranomasiā di-
rupti, id est, herniosi & diruti. Siquidem ære diruti mili-
tes æra nō merebant, & quasi sine ære erāt. Tales autem
sunt quibus nihil reliqui esse dicimus, id est, quibus ad mā-
ticā res redijisse vulgari prouerbio dicitur. antiqui ad in-
citas redactos dicebant, uel etiā ad incitos si Isidoro cre-
dimus, id est, ad ultimū inopiæ. Quod prouerbium à cal-
culis lusorijis deductum est, qui loco cieri nequeunt.

Ex lege, Athletas.

Sullanur.
Sullaturire.

Polupofus.

Ludicrorum
genera.

Gymnici.
Scenici.

Dionysiaci ar-
tiffices.

Hypocritæ.
Hypocritis.

Neq; themelici neq; xustici.) Thymelici et xustici le-
gendum nemo nō nouit. Quamquam ego xustici ab Vl-
piano scriptum esse censeo, ut Sullanus dicitur, quo Cice-
ro ad Atticum utitur: & sullaturit, à Solla deducta uoca-
bula, & polupofus in lege, Qui clauum, infra, de Aedili-
tio edicto. (Sic enim habent uetustissima exemplaria) et
pyrrhicharius pro pyrrhicharius in lege, Aut damnū, de
pœnis. Verūm ut locus iste melius intelligatur, & quedā
alia etiam iuris loca, complectenda semel compedio quo-
dam genera ludicrorum duxi, quibus antiqui Græci ac
Romani sunt usi. Theatricorum igitur artificum partim
gymnici, partim scenici fuerunt: nam gladiaturam &
agitatōriā satis erit perstringere, Scenici sunt, qui sceni-
cos agonas exercent, qui & Musici agones & Dionysia-
ci dicuntur, quasi Libero patri dicati. Quare & homines
ipsi scenici uno uerbo à Græcis Dionysiaci artifices di-
cuntur, autore Aristotele & Gellio lib. x. In his sunt co-
mœdi, & tragœdi, id est, fabularum actores, mimi, pan-
tomimi, archimimi, ethologi, ethopœi: omnes uno nomine
hypocrita, id est, alienæ personæ simulatores dicitur eorū
actio hypocrisis, id est, alienæ personæ simulatio. La-
tine

tine histriones ludionesq; aut etiam ludij dicuntur. Mimi
imitatores sunt. Pantomimi, omnium personarum imitato-
res effectoresq;. Plinius in Panegyrico: Idē ergo populus
ille scenici Imperatoris spectator & applausor, nunc in
pantomimis quoq; aduersatur, & damnat effœminat as ar-
tes & indecora studio secula. Trāquillus in Caligula: Ne-
storem pantomimum etiam inter spectacula osculabatur.
Archimimi, principes sunt histrionū. Tranquillus in Ve-
spasiano: Fauo archimimus personam eius ferens, susti-
nensq; (ut est mos) facta ac dicta uiri, interrogantis palam
procuratoribus quanti finus et pōpa constaret, ut auduit
sestertium centies, exclamauit centū sibi sestertia darē,
ac se uel in Tyberim proiecerēt. Verba sunt histrionis si-
gnificātis extremā Principis parsimoniam. Ethologi, morū
sunt effectores affectuumq; cuiuscunq; personæ. Cic. lib. ii.
de Orat. Mimorū est enim ethologorum, si nimia est imi-
tatio, sicut obscenitas. Quibus uerbis Cic. nimiam in Ora-
tore imitationem reprehendit, quasi mimicam non orato-
riā. Hæc est enim huius generis, inquit, ut ita facta demon-
stres, ut mores eius de quo narres, ut sermo, ut uultus om-
nes exprimantur, ut his qui audiūt tum geri illa fieriq; ui-
deatur. Ethologos Sudas inter theatristas enumerat. Sūt
et Ethopœi ijdē, ut opinor, atq; ethologi, id est, histriones
qui mores imitantur eius personæ quam sustinent, autore
Suda. Vnde Ethopœia Quint. li. ix. id est, morum alieno-
rum imitatio, cuius exempla licet apud eundē uidere. Me-
minit & Prisc. in Præexercitamentis. Ethos autē, inquit
Quint. uno uerbo Latine dici non potest, hoc enim omnes
mentis habitus continentur, à quo pictores quidam statua-
rijq; Ethici dicti sunt, ut Polygnotus & alij nonnulli, in
quorum operibus mores & sensus expressi cernebantur.

Histriones.
Ludiones.
Ludij.
Mimi.
Pantomimi.

Archimimi.

Ethologi.

Ethopœi.

Ethopœia.

Ethos.
Ethici statua-
rij.
Iconici picto-
res.

Iconicæ imagines. Huiusmodi enim artifices non modò iconicas imagines effingunt, id est, omnibus liniamentis ad exemplar expressas: sed etiã ethicas, id est, sensibus expressis propemodù spirantes. Sunt & inter scenicos thymelici, saltatores, chironomi. Thymelici sunt citharædi, citharistæ, psalteri, lyristæ, tibicines. Citharædi qui & fidicines dicuntur, citharæ accinunt. Citharistæ citharam tantum pulsant, nõ etiã accinunt. Thymelici in orchestra actiones suas peragebant: Comici autem & Tragici actores (qui propriè scenici dicuntur) in scena, ut autor est Vitruuius. Propterea, inquit, apud Græcos thymelici à scenicis separantur. Erat enim in scena profœcium, id est, locus ante scenam porrectus, ubi pulpitem excitatum erat quò actores fabularum prodirent, ita ut scena altior esset pulpito, pulpiti autem altius orchestra: quæ ipsa locus erat saltantium, ob id orchestra dicta quasi saltatorium. Eodem errore thymelici apud Augustinum libro septimo de Ciuitate circa finè legitur, glossularijs ipsis ita lectitãtibus. Cõfirmationem uerò theatri ac omnium partium eius descriptionem scire cupientibus, Vitruuius ad eundem est lib. quinto de Architectura: tametsi non cuiusuis est hominis adire Corinthiũ, ut est in prouerbio, Ὁ παῖς ἀνδρὸς ἐς νόεον οὐκ ἔδωκεν. Chironomi sunt gesticulatores, et Chironomia saltatio gesticulatrix: qualis est quam Mauricam uocamus. Maurica. Lueda. Iuuenalis: Chironomõ Ledã molli saltate Batillo, Tuscia uestica non imperat. Leda autẽ Chironomica erat saltatio. Chironomia. Alioqui chironomia lex gestus à Quintiliano dicitur in primo: Ab heroicis ipsa tẽporibus orta, & à summis Græciæ uiris atq; ab ipso etiã Socrate probata, à Platone quoq; in numero ciuiliũ posita uirtutum, à Chryssippo in præceptis de liberorum educatione compositis non omiſsa.

omissa. Quã artem Oratori necessariam esse ipse idem late in undecimo docet. Hæc etiã Palestra uocatur, & qui eam docent Palestrici dicti sunt. Ab his enim præceptoribus motus gestusq; formantur, ut recta sint brachia, ne indoctæ rusticæ ue manus, ne status indecorus, ne qua in proferendis pedibus inficitia, ne caput oculiq; ab alia corporis parte dissideant. Quæ omnia antiqui ingenuis pueris & liberaliter educatis necessaria cognitu existimauerunt. Nostrate uulgus uno uerbo continentia hæc omnia significat. De hac intellexit Cicero primo de Oratore his uerbis: Sic censeo, neminem esse in Oratorum numero habendum, qui non sit omnibus his artibus, quæ sunt libro dignæ perpolitus: quibus ipsis si in dicendo non utimur, tamen apparet atq; extat utrum simus earum rudes, an didicerimus. Ut qui pila ludunt, non utuntur in ipsa lusione artificio proprio palestræ, sed ipse motus indicat didicerint, ne palestrã an nesciant. Et in Oratore perfecto: Ut enim, inquit, athletas nec multò secus gladiatores uidemus nihil nec uitando facere caute, nec petendo uehementer, in quo non motus hic habeat palestram quandam: ut quicquid in his rebus fiat uiriliter ad pugnam, idem ad aspectum etiã sit uenustum: sic oratio nec plagam grauem facit, nisi petitio fuit apta: nec satis rectè declinat impetum, nisi etiam in cedendo quid deceat, intelligit. Propterea idem in Bruto de Phalereo loquens: Sed non tam armis, inquit, institutus quàm palestra, itaq; delectabat magis Athenienses quam inflammabat. Quinquã hoc in loco palestram pro luctatorum certamine accipi puto: hoc sensu, circo magis ac ludicris certaminibus Phalereum, quàm iusto ac uero prælio ac certamini uulnifico aptum fuisse: hoc est, concionibus magis & epididico dicendi genere ualuisse, quàm

quàm forenſi & concitatore, ut ex ſequentibus apparebit. Palæſtra igitur decentiam illam ſignificat, qua ſtatus, motus, flexusq; corporis, ac omnes omnino habitus uenustatem quandam leporemq; præ ſe ferunt: quàm qui non didicerunt, ij apalæſtri ab antiquis dicti ſunt: ut apud eundem Ciceronem in Oratore perfectio: Ita q; qualis eorum motus quos apalæſtros Græci uocant, talis eorum mihi uidetur oratio, qui non claudunt numeris ſententias. Itaque Quintilianus in nono ſignificare uolens orationem forenſem, nec planè numerosam eſſe debere, qualis Panegyricus ille eſt nobilis Iſocratis, nec rursus numeris uacare, ita inquit, Sicut enim quos palæſtritas eſſe uolumus, tamen eſſe nolumus eos qui dicuntur apalæſtri, & reliqua. Hodie autem huiusmodi inſtitutores nulli ſunt, id eſt, palæſtrici: quemadmodum nec Phonafcos habemus, id eſt, formandæ uocis magiſtros, quales apud antiquos fuerunt, quorum ars Phonafcia à Theophrasto dicitur. Qui tamen utriq; hodie non inutiles (ut opinor) eſſent ijs qui cauſas in foro agunt, aut quibus in magna hominum celebriſſimate aliquando dicendum eſt. Saltationis antiquæ ſpecies tres fuerunt, Pyrrhicha quæ & enoplia à quibusdam dicitur, id eſt, armata: à quo pyrrhicharij uel purrhicharij dicti, in lege, Aut damnum, De pœnis: ubi corruptè purrhicharij legitur. ſunt enim pyrrhicharij qui à Græcis pyrrhichistæ dicuntur, hoc eſt ſaltatores armati. Cordax ſaltatio eſt obſcœna & comica. Tertium genus ſaltationis Sicinnis appellatur, quæ ſatyrica eſſe dicitur. Plinius libro ſeptimo: Saltationem armatam Curetes docuere, pyrrhichen Pyrrhus. Eſt & alia quæ emmelia dicitur, id eſt pacata ſaltatio. Plato li. i. de Leg. δύο δὴ τῶν ἀρχαίων τῶν καλῶν ἑίδου, τὸ μὲν τὸ ἀμιμνδρ, τὸ ὑπὸ χιτῶν, τὸ δὲ ἄλλω-
κός

Apalæstri.

Phonafci.

Phonafcia.

Saltationis antiquæ species.

Pyrrhicha & enoplia.

Pyrrhicharij.

Cordax.

Sicinnis.

Pyrrhichistæ.

Satyrica.

Emmelia.

κός, ἐμμελίαι ἐπὶ πορόμασται. Duo, inquit, saltationis honestæ genera, unum quidem bellicum, quod pyrrhichen: alterum pacatū, quod emmeliam appellauerunt. De generibus saltationum multa Lucian. in capite τοῦ ἀρχαίου, id eſt, de saltatione. In gymniciſis artificibus ſunt athletæ, qui et pugilæ, id eſt, pugiles dicuntur: quod nomē & ad gallinacos pugnaces translatum eſt: cuius exēpla ſunt apud Columel. lib. i. x. quod genus & apud Græcos frequenter batur, ut idem Columel. & Lucianus dialogo de gymnasijs docēt. Pollux athletarū nomine gymnicos omnes intelligi uoluit. Hi autem ſunt Παλαῖται, id eſt, luctatores: Δρομῆς, id eſt, curreſores: Πυκτῆς, id eſt, pugilles: Δισκοβολοί, qui diſcum in ſublime iaculantur: Ἀλτιμοί, qui ſaltus pernitate contēdunt. Plautus de antiqua puerorum inſtitutione loquens: Ante ſolem, inquit, exorientem niſi in palæſtram ueneras gymnasijs, profectō haud mediocres pœnas penderes. Ibi curſu, luctando, haſta, diſco, pugillatu, ſaliendo ſeſe exercebant magis quàm ſcorto. Quod de inſtitutione Græcorū intelligēdum. Romani enim id genus exercitamentis non utebantur. Gymnici autē agones dicuntur, quia nudi athletæ ijs ludis exercebantur. Plin. in vii. Ludos gymnicos Lycaon in Arcadia primus inuenit. Inde gymnasia dicta, exercitacionis loca, quæ tria Athenis fuerunt, Lyceon, Academia, Cynofarges: quæ tamen ipſa ab exercitacione corporum ad animorū poſtea traducta ſunt. Vnde Academia pro philoſophorū ſchola ponitur. Cic. in Acad. Nam cum Speuſippū ſororis filium Plato philoſophiæ quaſi heredē reliquiſſet: duos itē præſtantiffimos ſtudio atq; doctrina Xenocratē Calcedonium & Ariſtolelem Stagiritē: qui erāt cū Ariſtotele, Peripatetici dicti ſunt, quia diſputabāt in ambulantes in Lyceo: illi aut

Athletæ.
Gymnici.Discoboli.
Haltici.Gymnasia.
Lyceum.
Cynofarges.
Academia.

Peripatetici.

autem qui Platonis instituto in Academia, quod est alterum gymnasium, cœtus erant & sermones habere soliti ex loci uocabulo nomen habuerunt Apud Cynosarges pueri nothi exercebantur, quæ nec à patre nec à matre ciuitatis ius habebat, autore Suda. Luctaturi uerò antiqui ceromate, id est, oleo cerato perfundebantur. unde qui eos ungebant Ceromatistæ dicti. Aphe puluis dicitur, quo post unctiōem inspergebantur, ut corpora ceromate et sudore lubrica mutuas luctantium prehensiones admitterent. Vnde Anoniti. prouerbiū illud natū, Citra pulueris tactū: quod Græci Anoniti dicunt, id est, ἀνωσι ἀγωνίῳ, sine certamine: quod de ijs dicitur qui faciliè aliquid assecuti sunt, et citra sudorē, quod & citra puluerē dici potest. Plinius libro trigesimo quinto: Citra pulueris tactū, quod Græci uocant ἀνωσι. Quidam tamen citra pulueris iactum legunt, quod Græci dicunt ἀμαχεῖ, id est, citra pugnam. Puluis enim à pugnantibus excitari solet. Sed melius tactū legitur. Aphe enim tactus Græcè dicitur: quo nomine puluis ille inspersus significatur: quod Ouidius libro nono Metamorphoseōn expressit his uerbis de lucta Hercules & Acheloilo quens: Ille cauis hausto spargit me puluere palmis, inque uicem fuluæ tactu flauescit arenæ. De ratione autē ac modo huiusmodi institutorum, Lucianus multa dixit in tractatu de gymnasijs. Hoc autē genus luctæ palæstra dicitur, unde palæstritæ dicti qui eius sunt periti, & palæstrici. Quintil. de palæstra illa loquens, de qua paulo ante diximus, cuius pars esse chironomia dicitur: Ne illos quidem, inquit, reprehendendos puto, qui paulum etiā palæstricis uacauerunt. Non de his loquor quibus pars uite in oleo, pars in uino consumitur: qui corporum cura mentem obruerunt. Hos enim abesse ab eo quē instituiuis quādam longissime

Cynosarges.

Ceromate.
Ceromatistæ.
Aphe.

Anoniti.

Citra pulueris
tactum.ἀμαχεῖ.
Aphē.Palæstra.
Palæstritæ.
Palæstrici.

gissimè uelim: sed nomen est idem ijs à quibus gestus motusque formantur. Idem libro duodecimo: Et ut palæstrici doctores illos quos numeros uocant, non idcirco discentibus tradunt, ut ijs omnibus quæ didicerint, in ipso luctandi certamine utantur (Plus enim pondere & firmitate & spiritu agitur) sed ut subsit cōpia illa ex qua unū aut alterum cuius se occasio dederit, efficiant. His uerbis Quintiliani satis apparet quid palæstra athletica à palæstra illa differat, quæ motus & flexus decentiam docet. Palæstra tamen appellatio artem omnem athleticam cōplectitur: ut apud eundem lib. 11. Ut si quis, inquit, palæstræ peritis cum in aliquod gymnasiū uenerit, expertus eorū omni modo corpus animumque, discernat cui quisque certamini præparandus sit. Et rursus: Namque erit alius historiæ magis idoneus, alius cōpositus ad carmen, alius studio iuris, ut nonnulli rus fortasse mittendi. Sic discernet hæc dicēdi magister quo modo palæstricus ille cursorē faciet, aut pugilem, aut luctatorem, aliud uel quid ex ijs quæ sunt sacrorū certaminū. Eodē pertinet illud Ciceronis supra dictum de Demetrio Phalereo. At uerò Pugillatus quem Græci πυγυλῶν appellant cæstibus exercebatur, quales à Verg. libr. v. Aeneid. describuntur: In medium geminos immani corpore cæstus, et reliqua. Qui autem halmate, id est, saltu certabant, hi halteribus utebantur (sic enim uocabant plumbeas pilas massulas uel quibus utraq; manu se librabant, ut certius assilirent.) Iuuen. Et lassata manu ceciderunt brachia massa. Discoboli discum iaculabatur, id est, lapidē rotūdum ac pertusum, ut inquit Ammonius. Quintilianus in secundo: Quid tam distortum & elaboratum, quam est ille discobolos Myronis? Cursores pars Stadiodromi uocati stadium percurrebāt; pars Diaulodromi

Pugillatus.

Halteres.

Discoboli.

Stadiodromi.
Diaulodromi.

Diaulus. dromi dicti, cum ad metam peruenerant stetitētes, eò rur-
sus recurrēbant, unde cursum inierant. Diaulus enim di-
citur huiusmodi circumactūs curriculi, id est, curriculum
duplum. Vitruuius lib. v. In palæstris perystilia quadra-
ta siue oblonga ita sunt faciēda, uti duorum stadiorū ha-
beant ambulationis circuitiōnem, quam Græci uocant di-
aulon. Erant & Dolichodromi qui sexties, ut quidam pu-
tant, stadium curriculo obibant. Dolichus certē longissi-
mus cursus dicebatur. Inter Athletas etiā erant qui Acro-
chiristæ dicebantur, summis inter se manibus depugnan-
tes, nullo cōplexu herentes, ut palæstritæ. Erāt & Pan-
cratiastæ, qui manibus pedibusq; quasi omni ope omni-
busq; (ut dicitur) iungulis conmixti certabant, à Pancratio,
id est, huiusmodi certamine dicti, de quo latius dicendum
cūm locus occurrerit. Autor est Festus pentathlos Græcè
dictos esse & Latine quīquertiones qui generibus quinq;
certarent, id est, lucta, pugillatu, cursu, saltu, & pan-
cratio. Et pentathlon Latine quinquertium dictū, quod cer-
tamina quinq; complectitur. Plinius libr. xxxi. de
Myrone, Fecit & canē discobolon & Mineruam, Del-
phicos, pentathlos, pancratiastas. Xystici à xysto, id est
porticu dicti sunt, in qua per hyemem sub tecto exerce-
bantur. Tranquillus in Augusto: Nec tamen eo minus xy-
sticorum concretiones aut gladiatorum pugnas seue-
rissimè semper exegit. Vitruuius lib. vi. de Græcānicis
ædificijs loquens: Xystos, inquit, Græca appellatione
porticus ampla latitudine dicitur, in qua athletæ per hy-
berna tempora exercentur. Nostri autem hypetras am-
bulationes xysta appellant, quas Græci Παράδοξον
dicunt. Idem libro quinto de palæstrarum ædificatione lo-
quens: Hæc autem porticus ἐβύς & apud Græcos uocita-
tur,

tur, quod athletæ per hyberna tempora tectis stadijs exer-
centur. Idem: Proximè autem xystum & duplicem porti-
cum designentur. hypetræ ambulationes quas Græci pa-
radromidas, nostri Xysta appellant, in quas per hyemem
ex xysto sereno cælo athletæ prodētes exercentur. Xy-
stus igitur & Xystum significatione differunt, cūm tamē
ambo Græcè sint idem, sed aliter Latine usurpati sunt. Pa-
læstræ autē, id est, ædificia exercēdis et corporis et animi
uiribus accommodata, Græcorum consuetudinis erant, Ro-
manorum non erant: apud quos Ephebia non erāt, id est,
loca puberibus exercēdis constructa, ut in illo Plautino
exemplo uidimus; nec etiam Exhedra in quibus Philoso-
phi apud Græcos in palæstra sedentes disputabant, ut do-
cet Vitruuius. Quidam Sciamachos adijciunt. Est autem
sciamachia umbratilis pugna, ut Gellius trāstulit. ad quā
Iuuenalis alludens dixit: Ad pugnam qui Rhetorica de-
scendit ab umbra. Umbratilis autem pugna propterea di-
cebatur, uel quia quasi cum umbra sua, id est, nullo aduer-
sario depugnabant, ut Plato utitur in Apologia Socratis:
uel quia huiusmodi pugnae simulacra sub tecto fieri solita
erant, non ut uera pugna in sole & puluere. Hinc illud à
Cicerone libro tertio, de Legibus μετὰ ποσειδῶν dictū est,
Pōst à Theophrasto Phalerens ille Demetrius mirabili-
ter doctrinā ex umbraculis eruditorū otioq; non modò in
solem atq; in puluerē, sed in ipsum discrimē aciemq; per-
duxit. Nā et mediocriter doctos magnos in Rep. uiros &
doctissimos homines non nūmus in Rep. uersatos multos
cōmemorare possumus. Qui uerò utraq; re excelleret, &
doctrinæ studijs & regēda ciuitate princeps esset, quis fa-
cile præter hunc inueniri potest? Demetrius, inquit Cice-
nō modò cōtentiones illas disputatrices, et philosophicas in
scholis,

Παράδοξον -
xystum.

Ephebia.

Exhedra.

Sciamachia.

Umbratilis pu-
gna.

In solem & pul-
uerem.

Demetrius.

scholis, & sub tecto quasi umbratili praelia exercuit, sed etiam in uerū inustumq; praelium descendit armis illis Philosophici studij instructus, id est, ad concertationes contentionesq; administrandæ Reip. cuiusmodi multæ in Democratia maximè existere solent, qualis erat Atheniensis

Phalereus. Resp. ubi Phalereus uitam egit. Plinius in octauo Epist. Nisi forte uolumus scholasticas tibi atq; (ut ita dicam) umbraticas literas mittere. Sed nihil minus aptum arbitramur, cum arma, cum castra, deniq; cornua, tubas, sudorè, puluerè, soles, cogitamus. Id est, cum ea meditamur, que in Senatu & in luce forensi dicenda nobis sunt. Umbratilis pugna est hodie eorum lanistarum qui digladiandi artem profitentur. Qui cum omnes numeros petendi ceden diq; uulnera inferendi uitandiq; egre gieq; tenere uideantur, aut etiam ubi punctim cæsimq; ferendum, si quando in solem pulueremq; prodeundum sit: id est, ex illa proclusione ad uerum uulnificumq; discrimen ueniendū, animo pleriq; concidere uidetur, nec artis suæ præceptorum meminisse. Enim uero athletæ certo quidam uictu utebantur, & necessariò ad comparandas uires firmitatèq; corporis. Quintilianus libro duodecimo de ijs loquens, qui ignorantia suæ atq; inertia patrocinantes, nullam esse eloquentiam nisi naturalem dicunt, ita inquit: Contenti illi quidem pxomere animi uoluntatem, nihilq; accersiti & elaborati requirentes: quicquid huic sit adiectum, id esse affectationis & ambitiosæ in loquendo iactantiæ, remotum à ueritate, fictumq; ipsorum gratia uerborum, quibus solum natura sit officium tributum seruire sensibus. Sicut athletarum corpora etiam si ualidiora fiant exercitatione & lege quadam ciborum, non tamen esse naturalia, atq; ab illa specie quæ sit concessa hominibus, abhorre-

Phalereus.

Umbratilis pugna.

Athletarum uictus.

Huius

Huiusmodi uictum athleticum Aristoteles ἀνανοφαγία appellat in Politicis, quasi cibi sumendi necessitate. Panis quo utebatur coliphium dicebatur, ἀπὸ τῆς κολῆς καὶ τῆς ἴφι, id est, robore membrorū. Iuuenalis, Luctantur pauca, comedunt coliphia pauca: Vos lanam trahitis. Celsus libro IIII. Si malū, inquit, inueterauit, athletico uictu corpus firmandum est. Athletico pro ualido & ad uires firmandas accommodato dixit. Quintilianus de scribendi exercitatione loquens, Quapropter historiarum nonnunquā ueritas in aliqua exercēdi styli parte ponēda est, & dialogorum libertate gestendū. Ne carmine quidem ludere contrarium fuerit, sicut athletæ remissa quibusdam temporibus ciborum atq; exercitationū certa necessitate, ocio & iucundioribus epulis reficiuntur. Vnde athletica habitudo pro corpulenta & firma dicitur, quam Aristoteles ἀθλητικὴν ἔφη appellat. Inde apud Plautum pugilicè & athleticè ualere, pro optimè & firmissimè. De huiusmodi ananophagia loquens Apostolus prioris ad Corinthios I. κ. ita inquit, πᾶς ὃ δ' ἀγωνίζομαι ὅτι πάντῃ ἐγκρατέστες ἐναίνοι καὶ ἴνα φθαρτὸν σέφαρον λάβωσιν, ὁμᾶς ἢ ἀφθαρτῶν. Qui locus transferri sic potuit, Omnis agone contendens in omnibus abstinens esse didicit. Illi quidē ut corruptibilem coronā accipiant, uos autē ut immarcescibilem. Quo loco Apostolus elegātī metaphora usus est, quā semel susceptam ad extremū pertulit. Εγὼ τοῦ νου οὐτὼ ἴεχω ὡς ἐκ ἀδελφῶν, οὐτὼ πνεύματος ὡς ἐκ ἀδελφῶν, Ego uero sic curro quasi non temere: sic pugillor quasi non inaniter aërem cedens. Αλλ' ὑποπίδτω τὸ σώμα μου καὶ δελεαζομαι, Sed diligenter obseruo corpus meum & seruiliter exerceo: id est, sed in isto corpori meo, & obnoxium mihi reddo acerbè omnia officia exigendo. Sic enim hic locus à Suda

Ananophagia.

Coliphium.

Athletica habitudo.

u Pugilicè aut athleticè ualere.

enarratur.

Locus Aposto-
li enarratus.

enarratur. His autem uerbis Apostolus uitam nostram instituendam esse docet ad exemplar athleticæ: Cum enim paria nobis athleticis certamina obcunda sint, cautione certè pari & obseruatione uictus simili nobis quoq; utendum est. Scilicet ne corpus nostrum continentie & senerioris uitæ lacertos in delicias mutet, atque in imbelliam uanescat licentioris uitæ. Interpretis uerò locum illum parum scitè transtulit, quare enarrator Lyranus non satis intellexit. Agitatores dicti sunt aurigæ in curuli certamine, & ludis Circensibus, quorū factiones erant ruffati, alabati, prasini, ueneti, à colore panni dicti, quibus Domitianus duas addidit. Iuuenalis Satyra x i. Totam hodie Romam circus capit, & fragor aurem Percutit, euentum uiridis quo colligo panni. Plinius libro v i i i. epistol. de Circensibus loquēs, Quò magis miror tot milia uirorum, tam pueriliter identidè cupere currentes equos, insistentes curribus homines uidere. Si tamè aut uelocitate equorum, aut hominum arte traherentur, esset ratio nonnulla: nunc fauent panno, pannum amant, & si in ipso cursu mediòq; certamine hic color illuc, ille huc transferatur, studium fauorq; transibit, & repente agitadores illos, equos illos quos procul noscitant, quorum clamitant nomina, relinquet. Tanta autoritas, tanta gratia in una uilissima tunica. Hæc ille de factionibus agitadorum loquens in ludis Circensibus, quibus quisq; faucebat obtrectabatue pro suo arbitratu. Tranquillus in Calig. Agitatori Cythico comestatione quadam in Apophoretis uicibus sestertium contulit. Erant & Desultores, qui duos equos absque ephippijs agitantes, ex altero in alterum subinde miru pernicitate desiliebant. Lilius, Quibus desultorū in modum binos trahentibus equos in recentem equum ex seculo transf

transsaltare mos erat inter acerrimam pugnam. Hos Aelianus de aciebus instruendis ἀμφιππιος appellat de antistomophalange loquens: Valet autè hoc, inquit, instruendæ aciei genus potissimum contra barbaros, qui loca Histromanni uicina incolunt, quos Amphippos cognominant à Amphippi. mutatione equorum: ex alijs enim in alios transsaltare con-
fuerunt. Ab ijs desultoria leuitas prouerbialiter dicitur. Ioannes Picus, Homo, inquit, uarie ac multiformis & desultoriæ naturæ animal. Desultoriam hominis naturam dixit quasi uersipellem, & subinde sese in aliam, aliamq; formam mutantem, ut Proteum factitasse fabulantur. A Martiano Capella hoc sumptum, qui leuitatem desultoriam dixit, Leuitate, inquit, pernix desultoria gestiebat. Usus est etiam Apulcius in principio Asini sui. Desultores ab alijs dicuntur quos Græci Celetes dicunt, id est, equites non bigis aut quadrigis in certamine utentes, sed equo uno insidentes, cuiusmodi certamen hodie quoque nonnullis in locis celebratur. Tranquillus in Cas. Quadrigas bigasq; & equos desultorios agitauerunt nobilissimi iuuenes. Plin. lib. x x x i i i. Græci κελητας tantum dicebant in sacris uictores: postea uerò & qui bigis uel quadrigis uicissent, unde & nostri currus nati in his qui triumphassent. Eosdem celetas interdum Plinius Celetizontas uocat participio Græco. Varro libro 11. de Re rustica, Equiq; alij sunt idonei ad rem militarem, alij ad uecturam, alij ad admissuram, alij ad cursuram, alij ad prædam: non itidem sunt spectandi atque habendi. Itaque peritus belli alios eligit atque alit, ac docet, aliter quadrigarius ac desultor. Hoc uerbo usus est Papinianus in lege, Apud Labeonem. infra, De præscriptis uerbis. Gladiatorum genera rectorij, sicut

ἀμφιππιος.

Desultoria leuitas.

Celetes.

Equi desultorij.

Celetizontes.

Gladiatorum genera.

secutores, mirmillones, hoplomachi, Thraces; quorū ex-
 pla apud autores crebra sunt. Horum autē magistri atq;
 Lanistæ, institutores Lanistæ dicebantur. Verūm ut ad sensum vi-
 piani prædicta accommodare possimus, adnotandū id quod
 Pollux lib. 11. de uocabulis rerum ad Commodū Cæsare
 scripsit, agonum quosdam Stephanitas & Phyllinas, qui
 Agones Ste- phanitæ & Phyllinæ.
 sacri dicuntur, appellatos: quorum præmia in corona &
 frondibus erāt, quosdā thematicos dictos quasi posuitos,
 Argyrītæ, qui etiam Argyritæ dicebantur ab argēteo pecuniarioq;
 Thematici, præmio. Demosthenes τὸς Δελφῶν, ἔλα μειζῆς δίδοι
 ἐκ τῶν ἄντ' ἢ χροῖς δωρεὰς τοῖς τῶν γυμνικῶν ἀγῶνας
 νικῶσι τῶν σεφανίτας. Quatuor autē in Græcia certamina
 Certamina fa- cra.
 sacra fuerunt, quos agonas appellant, nemeæa, pythia,
 Hieronica, isthmia, olympia. Inde hieronica dicuntur, qui in illis sa-
 Olympionica, criis certaminibus uicerant, quo modo Olympionica, qui
 in olympico. Trāquillus in Nerone, Ac ne cuius ulterius
 hieronicarū memoria, aut uestigiū extaret usquā, subuer-
 ti & unco trahi in latrinas omnīū statuas et imagines im-
 perauit. Qui uerò quatuor hæc obierant & uicerant, pe-
 Periodouictor
 riouictores dicti sunt, autore Festo. Ingentes autem ho-
 nores habitos esse olim hieronicis testis est Vitruuius li-
 bro 1 x. his uerbis, Nobilibus athleticis qui olympia, py-
 thia, isthmia, nemeæa uicissent, Græcorum maiores ita ma-
 gnos honores instituerunt, uti nō modò in conuentu stan-
 tes cum palma & corona ferant laudes, sed etiam cū re-
 uertantur in suas ciuitates cum uictoria, triumphantes
 quadrigis in mœnia, & in patrias inuehantur, eq; Repub.
 perpetua uita constitutis uefigalibus fruatur. Qui locus
 à Vitruuio ex Panegyrico Isocratis sumptus est. Tran-
 quillus in Nerone, Reuersus è Græcia Neapolim albis
 equis introijt disiecta parte muri, ut mos hieronicarū est.
 Plin.

Plinius in lib. v 11. de Pompeio loquens, Postea ad tot ma-
 ria, & deinde solis ortus missus, hos retulit patriæ titu-
 los, more sacris certaminibus uicentium. Neq; enim ipsi
 coronantur, sed patrias suas coronant. Idem lib. x v 1. de
 coronis frondeis loquens, Nouissimè, inquit, & in sacris
 certaminibus usurpate, in quibus hodieq; non uictori
 dant, sed patriam ab eo coronari pronuntiat. Cicero
 pro Flacco, Quid si etiā occisus est à piratis homo nobi-
 lis Acinas olympionices? hoc est apud Græcos (quoniam
 de eorum grauitate dicimus) prope maius & gloriosius
 quàm Romæ triūphasse. Hactenus ille. Oleastri frōdibus
 olympionice coronabantur. Plinius libro x v. Athenæ
 quoq; uictores olea coronant. Græci uerò oleastro olym-
 pie. Lucianus περὶ γυμνασίων autor est hieronicarum
 præmiū fuisse olympiæ coronā ex oleastro: apud Isthmū
 ex pinu: in Nemeæa ex apio: in Pythiis mala ex fano
 Apollinis: Athenis uerò in Panathenæis oleū. Plinius de
 apio lib. x 1 x. Honos ei in Achaia coronare uictores sa-
 cri certaminis Nemeæa. Iuuenalis, Atq; apium Græciæ me-
 ruisse coronæ. Ex supradictis apparet quomodo intelli-
 gēda sit lex unica, De athleticis, libro x. Codicis. Cæterum
 musicis agonibus, id est, scenicis præerant critæ, id est, iu-
 dices, à quibus Critici poematum iudices dicti sunt, qua-
 Critici.
 les Aristarchus & Aristophanes grammatici fuerūt, de
 quibus Fabius libro x. Apollonius, inquit, in ordinem à
 grammaticis datum non uenit, quia Aristarchus atque
 Aristophanes poëtarum iudices neminem sui temporis in
 numerum redegerunt. Et in primo, iudicio quidam ita
 sunt seuerè usi ueteres grammatici, ut non uersus modo
 censoria quadam uirgula notare, & libros qui falsè ui-
 derētur inscripti, tanquam subdititios. summouere familia
 2 3 permi

per miserint sibi: sed autores alios in ordine redegerint, alios omnino exemerint numero. Gymnicis agonibus præerant Brabeutæ, qui & Mastigonomi & Rhabduchi dicuntur à Græcis, autoribus Polluce & Suda: Latine designatores ab Vlpiano dicuntur. Legendū igitur hic, designatores quos Græci brabeutas appellant. sic enim in antiquo exemplari legimus literis pseudogræcis, ut ab imitante exaratis. Tranquillus in Nerone, Luctabatur assidue, nec aliter certamina gymnica Græcia tota spectauerat, quàm brabeutarum more in stadio humi assidens, ac si quæ paria longius recessissent, in mediū manibus suis protrahens. Brabeutæ à uerbo brabeuo dicti sunt, quod cōstitueret & arbitrari significat. Isocrates in Panegyrico, Ἐπι μὲν γὰρ τῆς ἀλμύρας τῆς τῷ χυρὸν βραβευσι, In sortitione enim fortunam omnia arbitrari & constituere. Inde brauium quod & brauiū dicitur, præmiū Hieronicarū hoc est, corona: ut apud Apostolum ad Corinthios, Omnes quidē currunt, unus uerò brabium capit, τῶν τε μὲν βραβύων, εἰς δὲ λαμβάνα τὸ βραβύον. Athlothetæ etiā in gymnicis ludis dicti, ut agonothetæ in musicis, hoc est, curatores constitutoresq; certaminum, iidem scilicet qui brabeutæ. Archadius in lege ultima, De muneribus & honoribus, Mastigophori quoq;, qui agonothetas in sacris certaminibus comitātur. Quo in loco anothetas corrupte in uulgatis exemplaribus legitur. Agonothetæ & athlothetæ Decemviri erant sacris certaminibus præpositi, ut inquit Pollux. Eorum autem uiatores mastigophori dicuntur à flagris quæ gestabant, quasi flagriferi. Videamus cur designatores dicti sint Latine, quos Græci βραβευτὰς appellant, Designare (inquit Donatus in Adel.) est rem nouam Designare. *facere in utranq; partem, id est, & bonam & malam. Et*

designata, recte & prauè facta dicebatur. Inde illud Terentianum, Nam illa quæ facta sunt omitto, modò quid designauit? fores effregit, atque in ædes irruit alienas. Nam & designatores, inquit, dicti qui ludis funebribus præerant: credo ob eam causam, quod in ipsis ludis multa fiant noua & spectanda, ut turba retineatur. Idem, Puto autem designationem, contractionem, conductionemq; populi in unum intelligi. Hoc enim contingit ei, qui aliquo flagitio populi in se oculos, oraq; conuertit, & spectaculo est uulgo: quemadmodum designatores, qui ludis funebribus multitudinē retinent. Apuleius lib. viii. de Asino, In imitatione clamosa confictio mendacio semetipsum incescere atq; criminari, quasi contra fas sanctæ religionis designasset aliquid. insuper iustas poenas noxij facinoris ipse de suis manibus exposcere. Idem libro x. Post dies plusculos ibidem designatum scelestum & nefarium facinus memini. Horatius, Quid non ebrietas designat? operata recludit: Spes iubet esse ratas: ad prælia trudit inermem. designat, τὴν μὲν ἐναυτοῦ καὶ, Designare etiam est ἀποδεικνύειν ἢ παρασκευάζειν ἢ ποιεῖν. Cicero in i. de Natura Deorum, Anaxagoras primus omnium rerū descriptionem & mundum, mētis infinitæ uel ac ratione designari ac cōfici uoluit. Idem alibi, Non intelligēs cœlum mundi esse partē, quā alio loco ipse designauerit Deum. id est, ὅτι ἀπόδειξε ἢ ἐποίησε θεοῦ, & designatio ἀπόδειξις ἢ παρασκευασθῆναι ἢ ποιεῖσθαι. Idem Cicero in eodem, Requiro ministros, machinas, omnē totius orbis designationem atq; apparatū. Et de diuinatione quodā loco, Neque enim ignorāt dii, quæ ab ipsis designata sunt: hoc est, ἀποδεικνύμενα ἢ παρασκευασμένα, uel potius eo in loco προπορευόμενα ponitur, quæ uulgo prædestinata dicuntur.

Magistri cœri-
moniarum.

P. 168. 2. 3.

de signis enim rerum futurarū ibi loquitur. Designati autem consules uel praetores, sunt ἀναδείκνυμαι & ἀποδείκνυμαι. Sunt qui designatores esse putent (recte nostra quidem sententia) eos qui constituenda funebri pompa, aut etiam cuiuscunque praesunt, unicuique incedendi locum, ordinemque praescribentes, simili ferè munere eorum qui Romae magistri cœrimoniarum uocantur. Cuius significationis exemplum inuenimus apud Plantum, qui designatores ludorum scenicarum uocat his uerbis in prologo Pœnili, Nūe licet uerbum aut uirgæ nutiant, neu designator praeteriens obambulet, neu scissum ducat, dum histrio in scena fiet. Propterea Vlpianus brabeutis non iudices, & agonothetas intellexisse uidetur, ut Tranquillus in loco supradicto: sed Mastigonomos & Rhabduchos, qui uirgas gestantes spectatores (ut fit) in officio continent in spectaculis, praesertim cum ipsi inter ministeria nominentur. Sudas tamē rhabduchos, id est, uirgas gestantes, etiā pro iudicibus intelligi uoluit, ut forsasse designatores utriusque munus obire solitos existimare possimus, iudicandi arbitrandique ludorum rationem, & spectatori-
bus moderandi uirgarū terriculo. Verum enim uero quod paulo ante in fine legis secundae dicitur, omnes in scenam propter praemium descendentes famosos esse, mirari quisquam iure possit quomodo intelligendum sit: an quod in scenam ambitiosa ostentatione prodeuntes infames non sint? Augustinus libro 11. de Ciuitate Dei, docet artem omnem scenicam probrosam Romae fuisse, atque etiā omnes scenicis Censoria nota tribu moueri solitos: apud Graecos uerò etiam in honore, nec eo quidem paruo habitos. Lilius tribu moueri solitos esse ait libro VII. ab urbe condita circa principium. Nos certè hunc locum in compendio

pendio iuris ciuili, quod est Romae in bibliotheca Pontificis per indicis seriem ordine alphabeti sermone Graeco compositum, in haec uerba legimus, ὅτι πάντες οἱ διὰ νόμον ἀναδείκνυται κατῴσιν ἀτιμοὶ ἄσι, καὶ οἱ διὰ φιλοτιμίας ἰσὶ σκλήρως ποιοῦντες. καὶ ἐπι τὴν καιρὸν τὴν τελευτὴν ἢ τὴν ἀθλητῶν, καὶ ἄλλως ὑπὸ γένω ἐν τοῖς ἰσποῖς ἀγῶσι, Quod omnes qui questus gratia in certamen descendunt, infames sunt, simul qui in scenam per ambitionem prodeunt. Verum ludicra athletica ars non est, nec eorum qui quouis modo sacris certaminibus subseruiunt. Haec igitur semel de ludis & agonibus antiquorū dicta sint, non modo ad hunc locum pertinentia, sed & alia multa, & Pandectarū, & Codicis Iustiniani. Quibus tamē & alia adde-
mus, si quando locorum interpretandorū ratio id tulerit.

Ex I. Non debet, in titulo,

Dedolo malo.

Sed nec humili aduersus eum qui dignitate excellit debet dari, ut puta plebeio aduersus Consularē praecipue auctoritatis. Praecipue, inquit Accursius, id est, praecipue alijs acceptae. Ego uerò non praecipue sed receptae legendū affirmauerim, ea coniectura ductus, quod nemo unquam Latinus aliter locutus est. Receptum enim id dicitur, quod a plerisque prudentium approbatū est. Fabius in primo, Caedi uerò discipulos quanquam & receptum sit, & Chrysippus non improbet, minimè uelim. Et libro 11. Libera enim uel contra receptas persuasiones rationem sequenti sententia est. Et rursus in undecimo de Chironomia oratoria loquens, Auctore pollice demonstrare aliquid receptum magis puto, quam oratori decorū dicitur. & ab eodem, in mores aliquid receptū esse, pro eo quod Graeci dicunt ἐς τὸν βίον παρασῆχθαι. Inde recipere pro appro-
bare.

Ius moribus
receptum & in
mores.

bare. Idem libro VIII. de Metonymia loquens, Ex eo quod continetur, inquit, usus recepit bene moratis urbes, & poculum epotum, seculum felix. Inde ius moribus receptum, ut alibi diximus.

Ex lege prima, De minoribus.

Et ideo hodie in hanc usque aetatem adolescentes curatorum auxilio reguntur, nec ante rei suae administratio eis committitur. Hunc locum Accursius ita intelligendum putavit, duntaxat ut gestum ab adolescentibus ratum sit, non enim cogi adultos curatorem accipere, ut libro I. Insit. cauetur in titulo, De curato. Ego autem in hoc loco haerere soleo, moueorq; testimonio Capitolini, qui in Marco Philosopho (qui diuus Marcus uocari in iure solet) ita inquit, Praetorem tutelarum primus fecit, cum antea tutores a Consulibus poscerentur. De curatoribus uero cum antea non nisi lege Lectoria, uel propter lasciuam, uel propter dementiam darentur, ita insituit, ut omnes adulti curatores acciperent non redditis causis.

Ex lege tertia, in §. Minorem eodem in titulo, de bifexto.

Nam id biduum pro uno die habetur, & posterior dies Calend. intercalatur. Id est, ut inquit Accursius, de medio tollitur, ut pro die non computetur. Intercalare interserere est, si Macrobio credimus: & mensis Februarius intercalaris ob hoc dicitur, quod ei dies unus interferitur: diesq; ipse insititius intercalaris Latine dicitur, et Graece ἐμβόλιμος, atq; etiam ἐμβολιμῶν eadem ratione, & ἐμβολιμῶν intercalatio. Quanquam apud antiquos praefertim Graecos non eadem ratio intercalationis erat: id quod Libanius docet in argumento orationis Demosthenis, quae κατ' Ἀνδορτίων inscribitur, & apud nos Macrobius

erobius, apud eos enim & dies & menses non intercalares dicti sunt, sed exhaeresimi, id est, exemptiles: propterea sic dicti, quod ex mense eximi solebant, ut annus cum solis ac lunae ratione congrueret. Cicero in Verrem, act. I. I. Consuetudo Siculorum est caterorumq; Graecorum quod suos dies mensesq; congruere uolunt cum solis lunaeq; ratione, ut nonnunquam si quid discrepet, eximant unum aliquem diem, aut summum biduum ex mense quos illi exhaeresimos dies nominant. Intercalare igitur, interponere est & inserere, quod Graeci ἐμβάλλειν dicunt, & παρεμβάλλειν. Unde quod Elianus de aciebus instruendis παρεμβόλιον appellat, Theodorus eius interpres intercalationem dixit. Est autem huiusmodi intercalatio in re militari, cum inferimus per directum interuallis praepositorum militum aliquos ex ijs quos postponi placuerat. Sensus est autem in hoc loco, etiam si bifextili anno & intercalari die natus est minor, id est, sexto Calend. Martij, qui dies est quartus, & uicesimus Februarij, nihilominus maiorem censeri anno quinto & uicesimo eodem die & momento. quippe sextus dies Calendarum pro uno die cedit. Posterior enim dies Calendarum intercalatur, id est, posterior dies bidui (quod biduum pro sexto die Calendarum cedit) intercalari inferiq; fingitur, non prior, sicq; cum priore in unum diem confundi. Male igitur Accursius & inscitè intercalare de medio tollere interpretatus est, cum sit non eximere, sed inserere interponereq;. Proinde nec sensum huius loci satis affectus esse uidetur.

Ex lege Minor, eodem titulo.

Dum ea quae pro causa sunt dicta non allegat. Accursius hunc locum quadrupliciter interpretatur, & in eodem tamè luto, ut aiunt, haerere mihi uidetur. Ego uero inuersum

Exhaeresimi
dies.

ἐμβάλλειν.
Παρεμβάλλειν.

Παρεμβόλιον
& Intercalatio

Intercalare.
Intercalarius
mensis.

Embolimos.

sum textum arbitrator: qui si rectè legatur, dilucidus apparebit, hoc modo. Dū ea quæ pro causa sunt, non dicta allegatur: id est, dum omīssa esse causatur ea quæ causæ cōductura erāt. A cursius uerò quęcumq; textū arripuit, tuēdum ad extremū arbitratur, etiā pugnante loquēdi cōsuetudine, ut cum dicta pro dicēda ab Vlpiano usurpatum esse credi sibi uoluit, & alibi præstitum pro præstandū. Cum interim multa cōmīscēdo tam fæde sese implicet in huiusmodi mendis, quā mus in pice solet, ut Græci in pro-
 Allegare. uerbio dicūt. Ceterū allegare pro in medium afferre, & uoce nūcupare, uerbū est post Ciceronē (ut opinor) receptum. Quintilianus de exordio loquēs, Nā tam dignitas eius allegatur, tum cōmendatur in firmitas. Idē, Sed si laudē eius ad utilitatē nostræ causæ cōiunxerimus, ut allegemus pro honestis dignitatē illi suā, pro humilibus iustitiā. Trāquillus in Aug. Cū Lectorus adolescēs in deprecāda grauiore adulterij pœna, præter ætatē atq; natales patri-
 Proferre. cij generis, hoc quoq; patribus cōscriptis allegaret, se esse possessorem, ac ueluti ædituum soli, quod diuus Augustus nascēs attigisset. Plin. Proculo, Adhibes preces, allegas exemplū. hoc Cicero nō allegare, sed proferre appellat, ut lib. de Inuentione poster. Oportebit eū qui sibi ut ignoscatur, postulabit, maiorū suorū beneficia, si qua extabit, proferre: sua etiā si poterit beneficia commemorare. Idē, Deinde ceteros proferre oportebit, quibus maiora delicta cōcessa sunt. Quod ex more Græcorū trāslatū est, qui
 πορφερον dicunt hoc est, πορφερον, πορβαλλειν, δικαιολογειν. Quare & in iudicio prolata dici possunt τὰ δικαιολογηματα. Et allegare citareq; leges, est Ciceroni proferre, ut in eodem libro, Deinde postulabit ut legem qua lege fecerit, proferat. Et pro Sylla, Multa mea in se,

nonnull

nonnulla etiam sua in me proferebat officia. In Philip. 1. 1. Quid prandiorum apparatus? quid furiosam uinolentiam tuam proficram? Plinius ad Traianum utroq; eodem in loco usus est, de Archippo Philosopho: Ille nihil proferebat, quo restitutum se doceret, allegabat tamē pro restitutione libellū à se Domitiano datum. Prætendere autē, est
 Prætendere. causari, τὸ προκαλεῖσθαι, συνήθει. Cicero in Vati. Tu qui te Pythagoricum soles dicere, & hominis doctissimi nomen tuis immanibus, ac barbaris moribus prætere-
 Quintilianus de falsis Philosophis, Sed uultū et tristitiā, & dissentientē à ceteris habitū pestimis moribus prætere-
 debant. Liuius in 111. Appius decreto præfatus, quā libertati fauerit, eam ipsam legem declarare, quā Virgini-
 nij amici postulationi suæ præterant, hoc est, obtendant.
 Obtendere. Quintilianus, Hi sunt enim qui suæ imbecillitati sanitatis appellationem, quæ est maxime contraria, obtendant, & obtētus τὸ πρόσπις: τὸ πρόσχμα, prætextus, color. Allegare autē Ciceroni est summittere, & deprecatores mittere, ut in Prætu. urbana, Petit à me Rabonius, & amicos alle-
 gat. Facile impetrat. Et allegatio in eadē, Cū sibi omnes
 Allegatio. ad istū allegationes difficiles, omnes aditus arduos, ac potius interclusos uiderent. Id est, amicorum intercessionem τῶν φίλων ὑπερευχέτας. Idē in eundem Verrem. O' dij immortales, quāta iste cupiditate, quibus legationibus illā sibi legationem expugnauit: τοιαύτως παραγγελίας. Multa sunt huiusmodi uerba uocabulaq; , quæ post Ciceronem in usum frequentem recepta sunt, ut quidem ipse arbitrator. Quorum quedam hic enumerabo, quæ in mentem mihi uenerunt. Suggillare, pro pudorē & existima-
 Suggillare. tionem ledere. Vlpianus, Si famosa actio non sit, uel pudorem non suggillet. Et suggillatio maiestatis Plin. lib. v 11:

λωβή

λωβὴν ὑποπλάκισμός. quo etiā uerbo Valerius saepe usus est. Et Liuius lib. 1111. Viros domi militiāq; spectatos, primis annis sugillatos, repulsos, risui patribus fuisse: καθυβεραιμύς, λελωβημύς, ἐφυβεραιμύς, περιεωσμέυς. Cicero ad Atticum libro 1. Aut filius ita se gerit, ut eius consulatus, non cōsulatus sit, sed Magni nostri ὑπόπιος.

Incessere.

Græcè dixit, quod Plinius sugillatum saepe uocat. Incessere, pro laceffere, insectari, molestiam exhibere, conturbare: nunc datiuo, nunc accusatiuo iunētū. Liuius, Tanta cura patres incessit, ut pariter eā susceptā neglectāq; timerēt. Idem timor incessit Liuiū, ne auxiliares circūuenirētur.

Φόβος ἐνέσκηψεν λιβία. Sallustius, Mulieribus insolitus timor incesserat. Vt Vergilius, Regibus incessit regnādi dira libido. Quintilianus de Seneca, Sed potioribus præferri eum non sinebā, quos ille destiterat incessere. Λόγος

Exprobrare.

βάλλειν, ὑποπλάκισαι. Exprobrare ἐλέγχειν, cum re fit exprobratio, nō uerbis, ut Seneca, Nō te foecunditatis tuæ, quæ exprobraret ætatē, puduit, τῆς τῆν ἡλιμίας ἐφέλεγχούσης. Liberi enim grādiore coarguunt matrē non esse iuuenē. Sic Plinius iunior, sic Tacitus, sic Trāquillus usi sunt. Cicero coarguere et arguere id uocat: Pro Sylla, Illū multorū literæ, ac nūtij coarguerāt. Pro Rabyr. Nō intelligis quos uiros mortuos summi sceleris arguas: Dicitur et ab eodē refutare, & refellere ut in lib. de finib. Ita enim uiuūt qdā, ut eorū uita refellatur oratio. Prætexere

Prætexere.

pro obtēdere ὑποπλάκισαι, colorē querere. Verg. Nō tamen Anna nouis prætexere funera sacris Germanā credit.

Prouocare.

Et prætexitū pro obtētū. Prouocare pro uincere. Quintilianus in x. Elegia Græcos quoq; prouocamus. Plin. lib. xx xiiii. Accessit ars picture, & aurū argentumq; calando carius fecimus. Didicit homo naturam prouocare.

Quo

Quo modo intelligi potest illud Lucani in nono, Cogit tantos tolerare labores Summa ducis uirtus, qui nuda suffus arena Excubat, atq; omni fortunā prouocat hora. Facere ad stomachū, & similia. Martialis in Xenijs, Prætereas, si quid non facit ad stomachum. Dioscor. ποιεῖ ἕως ἐπιπλητῆς.

Facere ad stomachum & similia.

Quintilianus in x. Nec uersicolore illam, qua Demetrius utebatur, uestem bene ad forensē puluerem facere: id est, accommodatam esse. Seneca de Tranquil. uite, Quorundam parum idonea est uerecundia rebus ciuilibus, quæ promptam frontem desiderant. Quorundā contumacia non facit ad aulam. Id est, incommoda est & inepta. Auspicari pro incipere & aggredi, utique Plin. Trāquillus, Seneca utuntur, & Liuius ut opinor quodam loco, pro quo Græci κἀρχεσθαι, ὀρμᾶσθαι, ὑπάρχεσθαι, ὑδὲ βάλλεσθαι, ἀρχεσθαι, ὑψίστασθαι dicunt. Nusquam Cicero in ea significatione. Appetere pro instare, aduentare. Liuius, iam nox appetebat, cum Thraces prælio decedunt. Curtius libro 1 x. Et fatum iam, cuius inuicibilis fors est, appetebat. Caesar libro v 1. Gal. Iamq; dies appetebat septimus, quem ad diem ad impedimenta Caesar reuerti statuerat. Nusquam autē Cicero quod meminim usus est. Tolerare pro ἀποσῆναι, & uitam quoquo modo agere, & per inopiam traducere & prorogare Caesar non semel dixit, ut libro 111. de bello ciuili, Libenter etiam ex perfugis agnoscebamus equos eorum tolerari: reliqua uerò iumenta interiisse. Et rursus, Erat summa inopta, adeo ut folijs ex arboribus stricis, & teneris arborum radicibus contusis equos alerent, & cogerentur ijs rationibus equitatum tolerare. Id est, in summa pabuli inopia alere, ἐγγωμείνας ἄρῆσαι. Tacitus, Multos militiā, quosdam exercendis agris tolerare uitam.

Auspicari.

Appetere.

Tolerare.

uitam. Hoc est, *διαναπιδρῆν ἑαυτὸς πονήρας ἀπαλλάτῃς*, Terentius lana ac tela uictum quaritans dixit, *συνδλεγομένη τὸ βίον, τὸ χόνηας τὸ βίον* *περὶ σοφίας, ὅπως δὴ ποτ' ἐπὶ διαζώσας*, uel *τὸ βίον ὑπερσοφίας*. Columella libro VII. Pinguis & cāpestris situs proceras oues tolerat, gracilis & collinus quadratas. *διαναπιδρῆν*, Plinius lib. V II. pro uno spiritu currere dixit, Nunc quidem in circo centum sexaginta passus tolerare nō ignoramus. *ἀπνοσὶ τὸ χεῖρ*, uel quod illi dicunt, *ποδὸς τὸ ἀπόμου κατ' ἄρῃς*, uel *ἐπὶ τῷ τρέχειν κατ' ἄρῃς*. unde & *ἀποκατ' ἄρῃς* dicitur, qui in ediam ad exitum usque tolerant. Quintilian. in VIII. *ἀποκατ' ἄρῃς* luxuriosus simulauit. Vnde ille apocarteros apud Cicer. lib. I. Tuscul. Imputare pro exprobrare & prēmū repossere. Tacitus lib. Vnde uices. Reip. haud dubie intererat Vitellii uincti. Sed imputare perfidiā non possunt, qui Vitellii Vespasiano prodidere, cum à Galba descuissent. Id est, speciosē nō possunt à Vespasiano gratiam repossere perfidiæ suæ. Idem lib. X VII. Non tamen quisquam in modum cōcionis, aut è suggestu locutus: neq; enim erat adhuc cui imputaretur. Spectator flagitij Hordeonius aderat, non compefcere ruentes ausus. Id est, nondum erat quisquā in locum Galbæ designatus aut destinatus imperio, à quo inire gratiā uiderentur ob defētionem à Galba, *ἔπειθ' ὄτρυνε ὑπὸ λέοντι δὴναιτ' ἄρ*. Tranquillus in Tyber. Mirū Agrippinā pandataria relegauit. cōuiciatūq; oculū per Centurionē uerberibus excussit. imputauit etiā quod nō laqueo strangulatū in Gemonias abiecerat. Idē in Nerone, Cum quidā crimē ultro faterētur: nonnulli etiam imputarent, tanquam aliter illi nō possent, nisi morte succurrere, decorato flagitijs omnibus. Plinius lib. undetricies. Stertinius imputauit principib. quod quingenis

Imputare.

genis sestertijs contentus esset, *χαρῖσας ἐφῃ*. Sic Plinius iunior in Panegyrico: Imputauit similis, *ἀπολογίζομενὸν ἑκατὸς*. Breuiare etiam Cicero non utitur, quod memnerim, quo Quintilianus sepe usus est. Figurare uerbo rarissime usus est, eiusq; cōpositis. Renuntiare pro nūtiū renūtere, & salutē ultimū dicere, Cicero nunquam dixit. Quintilianus in decimo: Mea quidem sententia ciuilibus officijs renūtiabit. Imponere pro fallere. Visere pro uidere, quo Liuius & Plinij duo usi sunt, & alij: seu pro ad uidendū adire, uel uidere cupere, ut in Verrem de simulacro Dianæ: Colebatur à ciuibus, ab aduenis uisebatur. Alibi: Propter hoc unum uisuntur Thespiæ. hoc est, *ἰσοποιῶνται*. Et uisendus. Idem: Nihil Syracusis quod magis uidendū putaretur. Subscribere pro fauere, & estipulari & assentiri, Cicero non usus est. Celsus de Aselepiade loquens: Vltioribus diebus cubantis etiam luxuriæ subscripsit, primus uerò tortoris uicē exhibuit. Marcellus in lege: Nō aliter, supra, De adoptionibus. Nō aliter enim uoluntati eius, qui arrogare pupillū uolet, etiam si causam eius ob alia probauerit, subscribendū erit, *συγκαταδέρτοι*. Traianus ad Plinium: Tuo tamen desiderio subscripsi. Columella: Quod si uoto fortuna subscribet, agrū habebimus salubri cælo. Liuius libro decimo ab Urbe: Subscripsit orationi eius Cōsul. Id est, fauit, adiuit. Et subscriptio, approbatio, astipulatio, ut Græcè *ὑπογραφή*. Subscribere uerò cum accusatiuo est causam sententiæ testari & addere. Cic. pro Cluēt. Video igitur Iudices, animaduertisse Cēsores in Iudices quosdā illius iudicij Iunianicum istam ipsam causam subscriberēt. Idē: Nā hæc quidem quæ de iudicio corrupto subscripserūt, quis est qui ab illis satis cognita, & diligēter iudicata arbitret? In Mar

Breuiare.

Renuntiare.

Imponere. Visere.

Visendus. Subscribere.

A cum

Subscriptio. Et subscriptio pro censura. Idem : Ne subscriptio censoria, non minus calamitatis ciuibus, quam proscriptio acerbisima possit afferre. Subscriptores etiam erant aduocati, et adiutores patronorum in causis: qui etiam tanquam custodes patronorum adhibebantur, ne corrupti prauaricarentur. Qui defendit alterum (inquit Asconius) aut patronus dicitur, si Orator est: aut aduocatus, si aut ius suggerit, aut praesentiam suam commodat amico: aut procurator, si negotium suscipit: aut cognitor, si praesentis causam nouit, et sic tuetur ut suam. Cicero in Diuinatione: Ac uenit paratus cum subscriptoribus exercitatus et disertis. Est tamen hoc aliquid, et si non est satis. omnibus enim rebus is, qui princeps in agendo est, ornatisissimus et paratissimus esse debet. Subscribere etiam est iudicium dicere, quasi quae dicam scribere, ut Cicero loquitur. Plin. libro quinto Epistolarum: Post hoc ille cum ceteris subscripsit Centumuirale iudicium, mecum non subscripsit. Appetebat dies iudicij. cohæredes mei componere rem cupiebant. Idem: Scis te non subscripsisse mecum, et iam benium transisse, omniaque me usu cepisse. Despondere animi apud Cicer. (ut opinor) nusquam legitur, pro eo quod Graeci dicunt, ἀπερνωστας ἔχειν, ἀναστῆναι, ἀπονενοήσας τὸς τὸν δίκην δίκην, hoc est, deplorata spe uita esse, et dio lucis affe esse. Plautus in Menæch. Pater eius postquam perdidit puerum, animum de se perdidit. τὸ βίωσιν ἀπένε. ἀλβὸν ἤγεχετο. Idem alibi: Quæso hercle animum ne desponde. Vtuntur Varro, Linius, et Columella. Faceffere pro cedere et abire, quo Terentius et Linius usi sunt.

Subscriptor. et adiutores patronorum in causis: qui etiam tanquam custodes patronorum adhibebantur, ne corrupti prauaricarentur. Qui defendit alterum (inquit Asconius) aut patronus dicitur, si Orator est: aut aduocatus, si aut ius suggerit, aut praesentiam suam commodat amico: aut procurator, si negotium suscipit: aut cognitor, si praesentis causam nouit, et sic tuetur ut suam. Cicero in Diuinatione: Ac uenit paratus cum subscriptoribus exercitatus et disertis. Est tamen hoc aliquid, et si non est satis. omnibus enim rebus is, qui princeps in agendo est, ornatisissimus et paratissimus esse debet. Subscribere etiam est iudicium dicere, quasi quae dicam scribere, ut Cicero loquitur. Plin. libro quinto Epistolarum: Post hoc ille cum ceteris subscripsit Centumuirale iudicium, mecum non subscripsit. Appetebat dies iudicij. cohæredes mei componere rem cupiebant. Idem: Scis te non subscripsisse mecum, et iam benium transisse, omniaque me usu cepisse. Despondere animi apud Cicer. (ut opinor) nusquam legitur, pro eo quod Graeci dicunt, ἀπερνωστας ἔχειν, ἀναστῆναι, ἀπονενοήσας τὸς τὸν δίκην δίκην, hoc est, deplorata spe uita esse, et dio lucis affe esse. Plautus in Menæch. Pater eius postquam perdidit puerum, animum de se perdidit. τὸ βίωσιν ἀπένε. ἀλβὸν ἤγεχετο. Idem alibi: Quæso hercle animum ne desponde. Vtuntur Varro, Linius, et Columella. Faceffere pro cedere et abire, quo Terentius et Linius usi sunt.

Patronus.
Aduocatus.
Procurator.
Cognitor.

Despondere
animum.

Faceffere.

Fragrare. puto Ciceronem non usum, uel rarissimè. Fragrare non meminimus apud eundem me legisse, cum apud Vergilium legatur.

Redol

Redolētque thymo fragrantia mella. Non quiritare aut quiritari pro σκετλιάζειν, et σφινιάζειν, quo et Varro, et Plin. Iunior, et Quintilianus usi sunt. Apud Liu. lib. 1. x. de bello Maced. queritari legitur: Ne uox queritantis au diretur. Et lib. x. Si comploratione nocturna ex citus mihi queritati interuenisset. Cadius apud omnes ferè præter Ciceronem, est qui à Graecis ἀγγώμων, ἐπιφώνος, χριστός, ὕμνος τῶν γλώμων, et ἀρελῆς dicitur. At Cice. Graece maluit dicere ad Atticum scribēs: Illud de histronis gestu tu ecclesie suspicaris: ego ἀρελῆς scripsi. Sunt et per multa quibus uti uel noluit, uel non ausus est, ut refragari uerbo, quo tamē Li. usus est, pro ἀντιπράττειν ἢ ἀντιπολιτεύεσθαι. Et Quintilianus, et Plinius Iunior consummatum pro absoluto omnes præter eum dixerunt. Quintil. in præfatione: Est certè aliquid consummata eloquentia, ἀποτελεσμένη πᾶν τὸ ἀντὶ τὸς τελεία. Præsumere Quintil. et aequales eius dixerunt, quod Cicero et eius atas dixit præcipere, ut præsumere cogitatione, quod nondum usu habeas. Quint. et Plinius Otauius: Ut tandem percipias gaudium, quod ego olim pro te præsumo. Et præsumere spe, τὸ ποικίλῃ πῆσαι. Et præsumptiones Quintil. lib. 1. x. id est, ἀντιλήψεις. Cic. in 1. Offic. Illud etiam ingenij magni est præcipere cogitatione futura: et aliquantò antè constituere, quid accidere possit. Linius: Quamquam fama prius præcepta res erat. Idem: Spem uniuersæ uictoriae, tentato paulatim euentu certaminum præcipere. Caesar in VII. Quoniam hæc usu uentura opinione præceperat, προσλήψας. Grauari pro agro animo aliquid facere uel ferre, cum accusatio Cicero non dixit, ne me fugit. Quintil. in IIII. Præterea in omni partitione est utique aliquid potētissimum, quod cum audiuit Iudex, cætera tanquam superuacua grauari solet,

Quiritari & queritari.

Candidus.

Refragari.

Consummare.

Præsumere. Præcipere.

Grauari.

τ' ἀλλὰ βερούμεαθ' ἔλαθε. Plaut. in Milite: Oro & queso, ut eius mihi sit copia, quod cupiam ne grauetur. Vtitur: Infestare. Verg. infestare, Plinius, Celsus, Tranquillus, & alij dixerunt pro ἐνοχλεῖν, ἐπινοχέειν, κινεσθῆναι, λαμβάνεσθαι, quod apud Ciceronem nō legitur. Boni consulere, quo & Fabius, & Plautus, & Seneca utitur, pro in bonam partē interpretari, & benigne iudicare, Cicero nō videtur nō placuisse. Quintilianus in Prefatione sexti: Boni autē cōsulere nostrū laborem, uel propter hoc cecū est: quod in nullum iam propriū usum perseueramus, ἀλογιστέον μὲν τοι πρὸς τὰ ἡμῶν πεπονημένα ἐχέουσι. Gliscere, apud eundē nō legitur, nisi me sefellit obliuio. Quo Linius & Vergilius pro augeri usi sunt. Quidā ἀντὶ τ' ἀδυνάτων καὶ ἀνμωρῶν utuntur, & πληθύνειν. Idem pro substantia naturam semper dixit, nec essentiam: id est, ἁπλοῦς καὶ ἀθυσωδέστατος. Quo modo & Græci φύσιν pro substantia dicunt: ut Aristoteles in quarto τῶν μετὰ τὰ φυσικά, naturæ significationes exponens, his uerbis significat, μεταφυσικῶς δὲ ἴδεν καὶ ὅλος πᾶσα ἁπλοῦς φύσις λέγεται διὰ ταυτίου, ὅτι καὶ ἡ φύσις ἁπλοῦς τὴν ἑστίν. Non potest naturæ uocabulo id omne exprimi, quod ipse ἁπλοῦς uocat, ut ex eodē libro & sexto apparet eiusdem tractatus. Quare hac dictione substantia lingua Latina carere non potest. Quare Quintilianus non uerecundē usus est. Nam & substare uerbo, Cicero non abstinuit, ut in Topicis: Non esse rursus eadico, quæ tangi demonstrariq; non possunt, cerni tamen animo atq; intelligi possunt, ut si usucapionem, si tutelam, si agnationem definias: quarum nullum substet quasi corpus: hoc est, substantia sit. Vbi in aliquibus exemplaribus subest, legitur. Translatitiū, ἀντὶ τ' ἐπεσφάτῃς, & aliunde sumpto dicere solet, ut editum translatitiuum in Prætura urban

urbana, & translatitiuum caput legis ad Atticum. Recentiores autem translatitiuum dicunt, ἀκρίβος, ἐπιτυχεῖν, ἐγκρίβος, & quasi trinitate, usitatum, obsoletum. Huius etiā nomenclaturæ sunt nouissimus, ciuilitas, id est, πολιτικὴ. Principalis pro primario, uniuersalis, uisibilis, intelligibilis, sensibilis, possibilis, genuinus, id est, ἀσφοδύς, causidicus, legalis. i. νόμιμος. Pullatus pro plebeio, ut pullata turba ἡ δούλευσις ὅχλος καὶ σφοδύδης, quo omnes post eū usi sunt. Deprehēdi pro aestuare dubitatione, cōturbari, labascere, hæerere. Quintil. de patronis, qui causam non satis cognouerūt: Deinde (inquit) deprehenduntur: & causam quam ex suis litigatoribus discere noluerunt, ab aduersarijs discunt, διαπορούται. Idem: Vt parua quædam animalia in angustijs mobilia, in cāpo deprehendūtur. Id est, ἀπορούται. & non habent quod confugiant, inopia præsi dii anguntur. Significat etiā ex tempore, et nec opinatō aliquid cogi agere. Plinius Arriano, libro sexto Epistolarum: Quid enim iucundius, quā sub alterius inuidia, quantum uelis; et in alieno auditorio quasi deprehensum dicere? κατὰ πρὸς τὸν ἀποσχεδῆσθαι λέλθῃ. Quintilianus in decimo: Scribendum ergo quoties licebit: si id nōn dabitur, cogitandū, ab utroq; exclusi, debēt tamen uincere, ut neq; deprehensus Orator, neq; litigator destitutus esse uideatur. Ab eodē deprehensi testes dicuntur, titubantes in testimonio dicendo, quos uariare uocamus. In quinto, Turbantur enim (inquit) & à patronis aduersæ partis deducuntur in laqueum, plusq; deprehensi nocent, quā firmi & interriti profuissent. Exemplum pro pœna & supplicio. Tacitus de Christianis: Vnde quanquam aduersus fontes, & nouissima exempla meritos, miseratio oriebatur. Linius: Omnia belli exēpla habita in se cædibus, rutil

Deprehēdi, Deprehēdi.

Exemplum:

nis, incendijs, direptione urbis. Sic Aristides πᾶσι τὰ ἔοχα ἔειπε ἀπὸ τῆς πόλεως. Cur id in usum uenerit apud antiquos docet Gell. lib. vi. Quibusdam uerbis idē Cicero rarissime usus est: ac uix iterum fortasse. ut in Tusculanis, Apud quos autem uenandi & equitandi laus uiget, qui hanc gloriam petessunt, nullum fugiunt dolorem, τῆς δόξης τὰ ἄδύνατα ἐπιπύται. Plaut. Vltro amas, ultro expetesis. Alibi: Quāquam illum multa sibi expetessunt. In tertio de Legibus: Domū cum laude repedandum, οὐκ ἀδὲ ἀξιοπείστων ἀναποδοξίτων. Et in tertio Tuscul. Non est enim in nostra potestate fuditibus ijs rebus, quas malas esse opinemur, dissimulatio. uel obliuio. lacerant, uexant stimulos admonēt, ἀγὰρ ἔστιν ἐφ' ἡμῶν τὸ μὴ προποιεῖσθαι ἢ ἀμνημονεῖν νοσήσωντων. ὡς εἶναι δὲ ἄζορον κακὰ. Refractarius ad Atticum: Fuit enim mihi commodū, quod in ijs orationibus, quae Philippicæ nominatur, enituerit ille tuus Demosthenes. Et quod se ab hoc refractariolo iudiciali dicēdi genere abiūxerat, ut σεμνότῃρος τις ἢ πολυμῶτος ὄντων uideretur. Refractarium σκληρόν, χαλεπὸν, ἀντίτυπον, ἀπεμπαύον. Iniuriū ἀδίκον in tertio de Offi. Si tabulā de naufragio stultus arripuerit, extorquebit ne sapiēs si potuerit: negat, quia est iniurium. Terentius: Tu nunc tibi id laudi ducis, quod scis tibi inopia: iniuriū est. Cic. pro Corn. In socios uerō ipsos iniuriosum & contumeliosum est. Indulgere pro additū esse, uehementius studere & propensē incumbere. ut, Indulge ordinibus, apud Vergiliū. Cicero in Lælio: Vide re licet eos prosperis rebus immutari: sperni ab ijs amicitias ueteres: indulgeri nouis. Quintilianus: Non multum indulgere eloquentiæ Stoici ueteres, ἐν ἄλλῳ ποσὶ ἔθεντο. Valere. Valere p. posse cū infinitiuo usus est libētius: ut pro Cluentio: Nec Metellus, nec Popilius clarissimi uiri uim tribum

tiam

tiam sustinere ualuerunt. Et de Senectute: Nemo adhuc cōuenire me ualuit, quin fuerim occupatus. In Lælio: Amicos quot haberet, dicere nō ualeret. Culpare in Sallustii Culpare. iterū dixit. Plaut. Hoc etiam ipsi culpabunt mali, κακῶσι. Prædictus pro supradicto nō adeo frequenter legitur, ut in Academicis: Quæq; ab ijs dicuntur, sic psequamur, ut nihil in prædictis relinquamus. Et pro domo sua: Si omnia solemnibus uerbis, ueteribus & prædictis institutis acta esse dicere. Liuius, Quintilianus, Plinius, Columella, & alij frequētius usi sunt. Munerare, pro Deiot. Munerari in præfatione posteriore, de Inuentione: Sanequā, ad Quintū fratrem, Et Brutus ad Cic. & Sulpitius. Cicero: Nam quod de pompeio Caninius agit, sanequam refrixit. Sulpitius ad Ciceronem: Sanequam pro eo ac debui, gr. miter molestæq; tuli. Brutus: Sanequam sum gauisus. Temere pro fratre, contra quam Valla censuit. Ad Quintū fratrem: Id maiores nō in beneficij loco, sed in laboris ac muneris non temere, nisi libertis suis deferebant. Liuius: Non temere incerta casuum reputat, quæ fortuna iniquane decepit. Minus autē in epistolis religiosus fuit: ut ad eundem Quintum: Ego me in Cumano & Pompeiano, præterquā quod sine te, cæterum satis cōmodè oblectabā. Id est, alioqui. Et ad Atticum libro septimo: Cū sit necesse persuaderi Cæsari, ut tradat prouinciam atq; exercitum. Aut si id ei nō persuadeatur, haberi comitia sine illius ratione, illo patiente atq; obtinente prouinciam. Aut si per Trib. pleb. non patiat, tamē quiescat rem adduci ad interregnum, quiescat pro sinat dixit. Plautus in Mercatore: Quiesce, inquit, istanc rem: ego recte uidero. Multijugis pro multiplici. Ad Atticum libro xiiii. Verum tamen de Republica multa cognoui ex tuis literis, quas quidem

A 4 multijug

Culpare.

Munerare. Sanequam.

Temere.

Cæterum.

Quiescere. Multijugis.

Dignatio. multijuges accepi uno tempore. Dignationem pro dignitate, & maiestate, hoc est, τὸ ἀξιωματικόν, semel ad Atticū dixit: Plin. Tranquillus, Tacitus. Calculus pro ratione consilij capiendi. Idem ad eundē libro octavo: Quare nunc saltē ad illos calculos reuertamur, quos tum abieci-
Calculus. mus: ut nō solum gloriosis cōsilijs utamur, sed etiam paulō salubrioribus. Plin. in epistol. Sed planē an sit recitandum examina tecum; omnesq; quos ego moui in utraque parte calculos pone, idq; elige in quo uicerit ratio. Ab eadem libertate est illud, tricatus est ad eundem libro decimo quarto: Publius tecum tricatus est. Et libro sequenti: Ve Aetenum accusat. Tricatur scilicet. Punitus est pro Milone, pro puniuit, Quintilianus figuratū esse ait. Et punitus sit, in secundo Rhetoricorum: Leges quoq; & iudicia demonstranda sunt, per quae potuerit id peccatū, quod sponte sua reus punitus sit, moribus & iudicio uindictari, ἐπιμαρτυροῦσα. Citat & punitur pro punit Nonius in primo
Tricari.
Punitus est.
Suppeditatus. Officiorum: Suppeditatus es, pro suppeditasti. Ad Atticum libro decimo quarto: De Petulciano nomine quod mihi suppeditatus es, gratissimum est: & simile tuorum omnium. Antiquarij etiam hominis illud esse uidetur in Pisonem, ut caput sinistra manu perficans, commurmuratus sit: ratio quidem hercle apparet, argētum decoctum, διχέται. Eiusdem generis est Faxint, in Verrem: & Cuius res, culum periculū, in frumentaria, Apronius certorem facit istū cuius res erat, quid rei esset. Sunt etiam quaedam ipsius Ciceronis, quae admodum placuisse posteris non uidentur. ut inualetudo, insanitas, inscientia, infinitio, immoderatio, taedio, inuidencia, confusio, fidentia. ut in
Sermocinor. Tusculanis: Fidentia est firma animi confusio. De sermocinari uerbo Quintilianus dubitasse uidetur, ut in tertio

tertiam

tertiam adiecit τὸ σομιλιτικόν quam sanē nobis permit-
 tamus dicere sermocinatricem. Idem: Sermones hominum dicere ἀολόγως malunt. quōd Latinorum quidam dixerant sermocinationem. Cicero in Prætura urbana, Respondit illa ut meretrix non inhumanē, libenter ait se facturam; & se cum isto diligenter sermocinaturam. Et in secundo Rhetoricorum: Cum quibus in rebus homines in consuetudine scribendi aut sermocinandi uti eo uerbo soleant, considerabitur. Infatiabili nouo more, pro non sa-
Infatiabilis.
 turante dixit. In secundo de Natura Deorum: Quorum omnium incredibilis multitudo infatiabili uarietate distinguitur. Idē de Sole & sideribus: Hæc enim quanquam ad mundi coherētiam pertinent, tamen & spectaculū hominibus præbent. Nulla est enim infatibilior species: nulla pulchrior, ὁ δὲ μακρὰ ὁ δὲ τις ἤ τῶν κορετικῶν. Contra autē intolerantem pro intolerabili dicere solitus est, ut in 11. de
Intolerans.
 Oratore: Sed etiā superioribus inuidetur sæpe uehementer. Et eo magis si intolerātius se iactant. Et in Vatiniū: Quoniam pecuniam aliorum despicias, de tuis diuitijs intolerantissimē gloriaris. Et intolerantiam pro intemperantia, insolentia. De lege Agraria: Per spicite quanta potestas permittitur. Non priuatorum insaniam, sed Regū intolerantiam esse dicetis. Quod imitatus est Tranquillus in Tyberio: Protulit Augusti codicillos de acerbitate et intolerantia morū eius. A quo haud ita multū abest, quod
Intolerantia.
 Linius intolerantē pro impotente dixit. Et loquimur (inquit) de Alexandro nōdum merso rebus secundis, quarū nemo intolerantior fuit. Tacitus libro x11. Clementiam ac iustitiam, quantò ignorantiora barbaris, tantò tolerantiora capefferet, id est, tolerabiliora.

Ex I. Succurritur. Ex quibus
causis maiores.

Nam etiam inclusus ueluti latumijs uinculorum numero haberi placet: quia nihil interfit, parietibus, & c.)

Latumiz. Nam etiam inclusos ueluti latumijs, uinculorum numero, & reliqua. Latumiz, inquit Aſconius, lapidiciz dicitur, & loca caſis lapidibus exacta, & carcer Syracuſanus. Cicero in Prætura urbana, Lucius Suetus homo omnibus ornamenti præditus, iuratus apud uos dixit, multos ciues Romanos in Latumijs iſtius imperio crudeliſſimè per uim morte eſſe multatos. Idè in eundem, Aſtione ultima: Latumiz Syracuſanus omnes audiſtis: pleriq; noſtis. Opus eſt ingens, magnificum Regum ac tyrannorū, ex ſaxo in miradam altitudine depreſſum, & multorum operis penitus exciſum. Nihil tam ſeptū undiq; nihil tantutū ad cuſtodias, nec fieri nec cogitari poteſt. Sed ubiq; lautumiz pro latumiz legitur. Erat & carcer Romæ ſic dictus, cuius meminit Liuius. Sic autem appellari poſſunt

Latumiz. omnia hypogæa, quæ in ſaxo incifa ſunt. Sunt, alioqui Latumiz uel latomiz lapidiciz, uel potius, ut Plautus protulit, lapidiciz, id eſt, metalla ſaxaria, & ueluti ſaxifodinæ, cuiuſmodi ſunt ad urbem Pariſienſem. Et latomi artifices ipſi, id eſt, lapidicæ, quo uerbo Liuius utitur.

Philoxenus. Philoxenus Poëta in latumiz Syracuſanus Dionyſij tyranni iuſſu detrufus eſt ob egregium, & memorabile ſcinus huiuſmodi. Dionyſius in Poëtica laude præter modum ambitioſus, tragœdiam quandam parum eméditam cōpoſuerat: quam cum ab omnibus laudari uellet & obtinuiffet, nomiſſimè Philoxeno nobili Poëtæ, egregijq; ſpîritus uiro emendandâ tradidit. Homo aſſentationis imperitus tragœdiam protinus totam à fronte ad calcem, ut dicit

dicitur, una litura circūduxit. Sic enim inquit Plutarchus
 οἱ ἢ ἀνάπαιρ Διονύσι οὐ τὸν ποιητὴν Φιλόξενον εἰς τὰς λατομίας ἐμβάλλων, ὅτι τὸν τραγωδῶν ἀπὸ τοῦ διορθώ- Περὶ γράφῃ
 σ. κελουσθεῖς, ἀπὸ τῶν ἀρχῶν δὴ λω μέχρι τῶν κορον- λατομίας.
 οὐ πὸν ἐργασίαν. Ferunt eū cum aliquanto poſt ex tenebris illis extractus à Dionyſio interrogaretur, quale ſibi uideretur poëma quoddā eius (exiſtimabat enim ferociā illā ſpîrituū Philoxeni in carcere perdomitā) confeſſim exclamaſſe, Πέμψον εἰς τὰς λατομίας, id eſt, Mitte me in latumiz. Videlicet ſignificās nullū carceris teterrimū cruciatū uiro ceſſi animi tā grauè eſſe, q̄ ad laudes indigniſſimas cogi, more aſſentatorum. Si duos Philoxenos atas noſtra in comitatu regio, uel in aula potius interiore habuiſſet, quingenariā illam cohortē aſſentatorū, quæ moribus noſtris, ne digitū quidem tranſuerſum diſcedere ab ijs ſolet, qui primos ordines aulicæ autoritatis ducunt, ingenti omnium approbatione exautoratā ignominioſè uideremus. Modò Diuorū aliquis præſtiſſet, ut ne quouis aulico machinamētō (ut aſſolet) deturbari inde præcipites poſſent, & (ut ita dicam) excuriari, ſed rara hæc felicitas: quæ ut omnibus ſeculis exoptanda, ſic paucis ſperanda eſt.

Ex I. Ab eſſe, eodem titulo.

Qui ad ærarium delati aut in commentariū Principis delati ſunt.) Hanc legem Accuſius prorfus non intellexiſſe uidetur. Nos igitur alibi multa de ærario diximus, in queis & illud ex Cicerone & Traquillo docuimus: Senatuſconſulta ad ærarium deſerri ſolita olim eſſe, legesq; in æreis tabulis incifaſ. In eodem ærario quod erat in æde Saturni, acta quoque publica recondebantur ad memoriam publicam poſteritati prodendam. Commentarius autem liber eſt, quem ſibi quiſque noſtrum priuatim facere conſueuit, quaſi quoddam memoriæ promptuarium eorū

Commentarius.

Diarium.
Ephemeris.
Registrum.
Regestum.

qua agimus, id est, Diarium & Ephemeris actionum nostrarum. Registrum uulgo uocatur, quod Latine Regestum dici potest, cum Quintilianus regerendi uerbo utatur. Huiusmodi autem librum facitasse sibi Principes Romanos multis autoritatibus probari potest. Traquillus in Tyberio: Commentario, inquit, quem de uita sua summam breuiterque composuit, ausus est scribere Seianum se punisse, quod cõperisset furere aduersus Germanici liberos filij sui. Tacitus: Signo ultionis in delatores dato, petit ad Casarem Iunius Maricus, ut commentariorum principalium potestatem Senatui faceret, per quos nosceret quem quisque accusandum poposcisset: de commentarijs Claudij & Neronis loquens. Cicero in prima Antoniana: An in commentariolis, & chirographis, & libellis se uno autore prolatis, acta Casaris firma erunt? quæ ille in æs incidit, in quo populi iussa perpetuasque leges esse uoluit, pro nihilo habebuntur? Quibus uerbis Cicero significat commentarios priuatam esse memoriam, acta autem debere esse memoria publica testata, quæ in ærario esse solebat. Traianus ad Plinium: Dediisse me ius trium liberorum Suetonio Tranquillo ea conditione qua assueui, referri in commentarios meos iussi. Huiusmodi commentarios, aut publicos, aut priuatos Principes nostri, nec a maioribus accipiunt, nec posteris relinquunt. Ita rerum nostrarum eatenus memoriã habemus, quatenus ab auis tantum ad nepotes per manus tradi possunt. Vnde fit ut fabulamẽta multa pro rebus gestis recepta sint, unoquoque auditis aliquid affingente: quibusdam etiam noua atque inaudita (quæ modo commoda uideantur aut plausibilia) comminiscantibus. Commentarius igitur & Commentarium dicitur quicquid ita conficimus, ut memoriæ tantum gratia, non plenæ narrationis

Cõmetarioli.
Acta.

Improbandum
mos Gallorũ.

Commẽtarius
& commentarium.

rationis facere uideamur, in quo scilicet capita tantum, & summas rerum adnotare solemus. A Grecis dicuntur Ἐπομήμνησα. Quo uerbo Cic. ad Att. usus est, de commentario Consulatus sui loquens. Inde commentarij Casaris dicti, in quibus res eius in Gallia, & bello ciuili gestæ non late et plenè enarrantur, sed ueluti perstringuntur: id quod ex Cicerone in Bruto & Traquillo in Casare apparet. Plutarchus, ἰστορικὰ ἢ ἐπομήμνησα. Idem Cicero alibi, Ipsa illa Censoria contra Caium Domitium collegam, non est oratio, sed quasi capita rerum & orationis commentarium paulò plenius. Commentarium paulò plenius appellat id quod uulgo dicunt memorias bene amplas, quales aduocatis dari solent, cum causas acturi sunt, aut ijs qui rescripta regia conficiunt. Inde commentarienses non à commentario carceris loco dicti sunt, ut Accursio diuinare libuit, sed quia in commentarium custodias referebant, & ueluti diarium custodiarum conficiebant. In proposito igitur sensus est, Proconsulares Legatosque eorum & prouinciarum Præsides, Procuratores Principum, Tribunos, Præfectosque militum, eorumque omnium comitatum, non aliter Recip. causa abesse cenferi, quam si in acta ærarij quæ publica sunt, aut in priuatum commentarium Principis referendos se curarint: id est registrãdos, ut uulgo dicimus, ut in cõmentarium relati potius, quam delati legẽdum sit in fine legis. Hoc modo: Qui ad ærariũ aut in commentariũ Principis relati sunt. Similis error inter Iurisperitos inuoluit, cum inter reos delatos dicunt, qui iam in reatu sunt. Hoc est, quorum nomina delata sunt, & in acta iudiciorum relata. Cicer. Philippica secunda: Absentem credo in reos relatum: absentẽ indicta causa iudicatum, ui oppressum et armis. Sic Vlp. infra ad leg. Iuliam, De adult. Ne quis inter

Commentarienses.

inter reos referat eū, qui tūc sine detrectatione Reip. causa aberit. Post delationē enim inter reos, et in reos referre bātur olim. Deferre enim in arariū dicebāt, & referre in commentarios. An autem hunc sensum Accursius uel offecerit tantum, ex glossematis eius intelligere licet.

Deferre in arariū.
Referro in commentarium.

Ex l. sequenti.

Eos qui notis scribunt acta Præsidium, Reip. causa non abesse certum est.) Notis scribere, est compendioso scribendi genere excipiēdo uti. Trāquillus de Tito Principe Romano, E pluribus cōperi notis quoq; excipere uelocif sine solitū, & cum amanuensibus suis per ludum iocumq; certantem, imitari chirographa quaecumq; uidisset. Huiusmodi exceptores sunt hodie in curia Parlamenti miranda solertia omnia propemodum dicta, aduocatorum quoq; nedum iudicum excipiētes. Quales olim etiam in iudicijs fuisse Romanis multis testimonijs constat. Trāquillus in Cesare: Orationes aliquas reliquit, inter quas temere quaedam feruntur, ut pro Q. Metello: quam non immeritō Augustus existimabat magis ab actuarijs exceptam malē subsequētib; uerba dicentis, quam ab ipso editā. Et Pedianus autor est orationē Ciceronis pro Milone exceptā esse, quæ adhuc tēpore suo extaret: & alteram quam nūc habemus à Cicerone scriptā illa multō absolutiorē. Quidam autē oratores (ut Cic. docet in Bruto) orationes suas non edebant, contenti in foro egisse: quidā domi confectas in publicum emittebant. In curia autem nostra aduocati actiones suas ab actuarijs exceptas, otiosē recognoscere solent postridie, aut alio quouis die. Olim uerō in officio actorum, id est, apud actū, erant qui actuarij, qui scriba, qui exceptores, quiq; etiā aliquādo subadiuuē dicti sint, Quæ ministria hodie serē omnia, aut eis similia in officio actor

Notis scribere.
Notis excipere

Exceptores.

Edere.

actorum amplissimæ curiæ esse cernimus. Huiusmodi autem exceptores, quorū hoc in loco meminit Modestinus, prouinciales fuisse crediderim, quin illam solertiā in qualibet prouincia profiterētur, & præsidijs in prouinciā adueniētibus operam nauarent: idēoq; Reipub. causa abesse nō uideri, licet in comitatu præsidis essent. Exceptores ὑπογράφαι à Græcis dicuntur, & ὑπογράφον uerbum.

Ex l. sequenti.

Qui operas in publico, quod uectigaliū causa locatum est dat, Reip. causa non abest.) Publicum non pro Reip. accipitur hic, ut Accursius censuit, sed pro uectigali unde publicani dicti. Cicero ad Quintum fratrem: Hic te ita uersari, ut et publicanis satisfacias præsertim publicis male redemptis, ac socios, perire non sinas, diuinæ cuiusdam uirtutis esse uidetur. id est, tuæ. Trāquillus in Caligula, Additumq; ad caput legis, ut tenerentur publico, & quæ meretricium, & quæ lenocinium fecissent. Tacitus libro decimo tertio, de Publicanis loquens: Ergo edicit Princeps ut leges cuiusq; publici occultæ ad id tēpus proscriberentur: ommissas petitiones non ultra amū peterent. Vlpianus etiam alicubi usus est. Publicū aliquādo pro populi conuersatione & frequētia ponitur, ut cū dicimus prodire in publicum, abstinere publico, uel non credere se publico, quod uulgō dicunt non se monstrare. Trāquillus in Claud. Senatū per præcones proprie conuocauit lacrymisq; & uociferatione miseratus est conditionē suā, cui nihil tuti usquam esset, ac diu publico abstinuit. Et in Nerone: Quare nunquā postea publico se illud horæ sine Tribunis cōmisit procul et occulte subsequētib;. Hoc à Græcis ἐπιδημῆρ dicitur. Demosth. ἔπιδημῆρ, Μυσσοῖς ἐπιδημῆρ & ἐπελάβετο. Dicitur et in mediū pdire.

Publicum.

Publicani.

Prodire in publicum.

Abstinere publico.

Ne credere se publico.

Publico se committere.

Ἐπιδημῆρ.

In mediū prodire.

Ex

Ex l. tertia, De recept. arbit. in fine.

Et quidem arbitru cuiuscunq; dignitatis, coget officio quod susceperit perfuncti, etiam si sit Consularis, nisi forte sit in aliquo magistratu positus Consul forte, & reliqua. Hunc locum Accursius ignorantia uerboru non intellexit, pudendo errore ac sustuario propemodu digno.

Consul
Consularis.

Nemo enim hodie ignorat Consulem tum dici, cum est in Consulatū, hoc est, ὁ πρῶτος ἄρχων, Consulare, cum magistratu abiit, τὸν ὑπὸ πρῶτον ἀρχὸν ἢ πρῶτον ἀρχὸν ἀναλαβόντα. Spartianus in Adriano. Consulares quatuor per omnem Italiam, Iudices constituit. Valerius libro septimo, de Quinto Metello: Fecit ea ut eodē tempore tres filios Consulares, unum etiam Censorium, duos Triumphales, & quartum Prætorium uideret. Cōsul igitur & Prætor & Dictator & Censor & Quæstor, à Consulari, Prætorio, Dictatorio, Censorio, Quæstorio differunt.

Ex lege prima. Nautæ, caup. stabul.

§. Qui sunt igitur.

Mesonauta.
Mediastinus.

Nec enim debet (inquit Pomponius) per remigem aut mesonautā obligari, sed per se, uel per nauis magistros. Mesonauta (ut Hermolaus existimauit) ita in nauis uillis mancipij nomen est, ut mediastinus domi. Est enim mediastinus mancipiū abiectius quod uilissima & sordidissima ministeria obire domi cogitur, domū uerrere, purgamēta efferre, ligna cōgerere, & huiusmodi alia facere. Ipsum ob hoc ita dictum, quod in media domo ad imperia omnium nutusq; excubare soleat. Exēpla sunt apud Columellam libro primo capite nono, & decimotertio. Sunt & apud Ciceronē, & apud Vlpianum in leg. Itē apud, infra, De iniurijs, & in l. Cū de serui. De operis seruorū. Sic dicti sunt mesonautæ qui in media nauis sinuli seruitutis conditione

tione omnibus præsto sunt. Hoc tamen uerbum alibi nusquam legi, ne apud Græcos quidem. Verum in nauis multa sunt ministeria. Proreta, est qui proræ præfectus est, quem admodū Gubernator qui puppi. Plautus in Ruden. Si tu proreta istinauis es, ego gubernator ero, ἐγὼ δὲ πρῶτος ἄρχων. Vfus est Vlpianus hoc uerbo in titulo De publicanis: Græcè Προπῆς & Προπῆς dicitur. Remiges sunt qui scalmishærēt, id est, labro nauis, ubi remi adnexi sunt, à quo Interscalmia spatia inter remiges dicta sunt. Celestes, est qui remiges hortatur, quasi navigationis moderator: qui à Plauto Latine hortator appellatur, quod ea hortamēta faciat, quæ uerbo Græco celeusmata dicuntur etiam à Latinis. Hoc uero celeusma quod et celeuma dicitur, in nauibus classiaris assa uoce interdum, interdum tibia canebatur, ita ut remiges pro modulorum atq; harmoniæ ratione uel concitarent uel inhiberent remos. Pædianus auctor est cani remigibus celeuma per symphonicos seruos solitū olim esse, & per assam uocē, id est, ore prolata, et (ut in Argo nauis) interdū per citharā. Cicero in Diuinatione, Ab hac muliere præfectus Antonij quidā symphonicos seruos abducebat per iniuriā, quibus se in classe uelle dicebat. Quem locū Pædianus enarrās. Possumus, inquit, intelligere ad hoc symphonicos seruos capi sole- re, ut i classe classici pugnātib. canāt, unde ipsi tubæ classis classici nomen est positū. Hieremiæ x x v. cap. Celeuma quasi calcantiū cōrinetur aduersus omnes habitatores terræ. Quo uerbo allegoricōs Propheta significauit hortamentū mutuū populos cōtrucidantiū, quod per celeuma unas calcantiū quasi sanguinē experimentū intelligitur. Sic enim solēt celeuma facere et nautæ et helciarij, id est,

Proreta.

Gubernator.

Πρῶτος ἄρχων.

Προπῆς.

Remiges.

Scalmus & interscalmium.

Celeustes & Hortator.

Assa uox.

Celeusma.

Symphonicaci serui.

Celeuma calcantiū apud Hieremiam.

Helciarij.

B ducunt uel

ducunt ue ad officia inuicem adhortātes : ut uno commixti
 pariter conspirantes, admoliri uniuersis uiribus possint
 quod singulis nequeunt, ut fieri interim uidemus. Et cap.
 duodetricesimo, Nequaquā calcator uue solitiū celeuma
 cantabit. Sūt etiā in nauī qui uestores dicuntur, qui ob hoc
 tantū in nauī sunt ut uebantur, quo modo hoc in titulo
 accipiuntur: qui si milites sunt, Epibates dicuntur uerbo Graeco,
 sed Latinis usitato, Latine Clasiarij uocatur. Quā
 quā epibates et uectore & clasiariū significat apud Demosthenē:
 ac ne uectore quidē modō, sed etiā equitem, qui equo uehitur.
 Grego. Μηδὲ ναύαν ὄρῃ πτοὶ θερμοὶ ἢ δουλοκράτες
 ἢ ἐπιβάται λογισμῶν ἀπορῆσαιτες. Et uerbum
 Ἐπιβάτης in utraq; significatione accipitur apud
 autores magnos Graecorū. Nauicularij nauū sunt domarij
 qui Graecē naucleri dicuntur, meritorias naues habentes,
 quos patronos appellamus. Tacit. Atq; inde decursu in litora
 uim in mercatores aut in nauicularios audebat. Vnde nauiculariā
 facere. Cic. in Ver. act. ult. Quis eos qui hoc audiebāt
 arbitrabares? inanē te nauē esse illā in Italiā ducturū?
 nauiculariā te cū Romā uenisses esse facturū? et nauicutores
 ab eodē dicuntur oratione pro lege Manlii. Vegetius tamen
 lib. III. nauicularios esse dicit, qui in classe singulis nauibus
 praesunt, quos Graeci nauarchos uocāt. Ceterū uerba quaedā
 Graeca hic desunt, quae restitui nisi ab eo qui Florentinas
 Pandectas adierit, nō possunt.

Uectores.

Epibates. Clasiarij.

Ἐπιβάται. Nauicularij. Naucleri.

Nauiculariam facere.

Nauiculariores.

Exl. prima De Iudicijs.

Qui Tribunali praest, uel aliam iurisdictionē habet.)
 Accursius parā constare sibi uidetur in huius uocabuli
 interpretatione. Videndum igitur quid sit tribunal. Asconius
 Pedianus in Diuinationem Ciceronis, Subsellia inquit,
 sunt Tribunalorum, Triumuirorum, Quae storum, et huiusmodi

Subsellia.

huiusmodi minora iudicia exercentiū: qui non in sellis curulibus
 nec tribunalibus, sed in subsellijs considebāt. Erāt Tribunalia.
 & subsellia iudicium, id est, eorum qui publicis iudicijs disceptandis
 operā dabant autore eodem Asconio in quarta in Verrem act.
 Cicero pro Cluentio, Accusabat Tribum pleb. idē in concionibus,
 idem ad subsellia. Ad iudiciū non modō de concione, sed etiam
 cum ipsa concione ueniebat. Idem in Vatinius, Quae ex te
 num quis reus post urbem conditam in tribunal sui quae
 storis ascenderit, eumq; uidetur barit, subsellia dissiparit,
 urnas deleuerit, eas deniq; res in iudicio deturbādo
 cōmiserit, quarū rerū causa iudicia sunt constituta?
 Hoc in loco tribunal Cicero Praetori assignauit, qui
 iudicijs publicis praerat, & Quae stor uocabatur:
 subsellia uerō iudicibus, qui reos sententijs suis
 tabellaribus iudicabant. Itaq; in Verre, actione IIII.
 aram legum tribunal Praetoris & iudiciū subsellia uocat.
 Fabi. lib. XI. Multa ex his quae diximus mutari
 necesse est ab ijs qui dicūt apud tribunalia. Nam & uirtus
 erectior, ut cum apud quē dicitur spectet, & gestus
 ut ad eū tendēs elatior sit necesse est. Tribunal
 Fabius ad differentiā subselliorum significandam
 dixit. Plinius minor, Cū dicturus, inquit, apud
 Centumuiros essem, adeundi mihi locus, nisi a
 tribunali, nisi per ipsos iudices non fuit: tanta
 stipatione cetera tenebantur. Hoc in loco tribunal
 Praetoris intelligo qui Centumuiris praesidebat,
 ut supra dixi. Quae autem forma tribunalis fuerit,
 Vitruuius libro quinto de Architectura docet,
 de basilica Iulia loquens, quam ipse architectatus
 erat. In basilicis enim iura ferē reddebātur.
 In ea basilica aedem Augusti fuisse dicit, & in
 ea tribunal. Verba autem eius haec sunt, Item
 tribunal est in ea aede hemicyclio schematis
 minoris curuaturae

Tribunalis forma.

natura formatum. Eius autem hemicyclij in fronte est interuallum pedes quadraginta sex introrsus curuatura pedes quindecim, uti qui apud magistratus starēt, negotiantes in basilica ne impedirent. Quibus uerbis Vitruuius significat formā illius tribunalis nō semicircularē fuisse, sed arcuatam. Non enim iusti ambitus pleniq; centri hemicyclium illud fuisse, sed ita modulatum ut in fronte, id est (ut mathematici dicūt) in chorda, sex & quadraginta pedes introrsus uerō, id est, in linea perpendiculari, quæ quasi sagitta est in arcu, quindecim pedes pateret. Si enim iustum plenumq; hemicyclium fuisset, linea hæc perpendicularis trium & uiginti pedū esset introrsus, quæ media pars est diametri. Propterea schema uocauit Vitruuius curuatura hemicyclio minore formatū. Ex his dictis apparet magnificum aspectum tribunalis fuisse, nec immerito maioribus iudicibus assignatū. In hunc uerō locū Accursius multa cerebri afflictatione incurrisse uidetur, nec ad extremum etiā intellexisse, quæ tamen nemo post hac uolens, ac nisi obaudiens non intelliget. Erat enim tribunal Consulium, Prætorum, Præfeti urbis, Proconsulium & Præsidium in prouincijs, & Imperatoris in castris quod cespitium dicebatur. Plin. in Panegyri. Decora facies Consulibus, multa post secula tribunal uiridi cespite extructum: nec fascium tantum, sed pilorum signorumq; honore circumdatum. Et ad tribunal igitur & ad subsellia in iudicem litigatoribus cōsentientibus, haud dubie iusta & plena est iurisdictio, quanquam alioquin non futura.

Ex l. secunda in fine, eod. titulo.

His datur multa dicendæ ius, quibus publicè iudicium
 (Multa dicere antiqui tum dicebāt, cum ad populum
 & in comitio multa disceptanda irrogabatur, quod ipsi
 certare

Multam dicere.

certare multa dicebant. Linius lib. v. secūdi belli Punici, Sp. & L. Caruilij cum rem inuisam in famemq; cernerent, ducentū milium æris multā Marco Posthumio dixerūt. Cuius certandæ cum dies aduenisset, conciliumq; frequens plebis adesset, una spes uidebatur esse, si Casca Trib. pleb. qui propinquus erat cognatusq; Posthumio, prius quàm ad suffragium tribus uocaretur, intercessisset. Idem paulò post, Hæc cum ab optimo quoque pro atrocitate rei acta essent, uimq; eam cōtra Remp. pernicioso exēplo factam Senatus decerneret, confestim Caruilij Trib. pleb. ommissa multa certatione rei capitalis diē Posthumio dixerunt, ac ni uades daret, prehendi à uiatore, atq; in carcerē duci iusserunt. His uerbis apparet moris fuisse, ut Trib. plebis multa dicerent, quæ postea populi suffragijs uel irrogaretur uel abrogaretur, uel etiā remitteretur, quo tempore multa certari dicebatur: non enim Tribuni damnare multa poterāt, sed tantum rogare populū, apud quem cum reus non iure multatum se contenderet, illa multatitia disceptabatur. Sic fit hodie cum iudicū edicta gestantes uiatores iubent uentū ue quid fieri, multa dicentes, ni edicto pareatur. Cui si non paruerint, ij ad quos ea res pertinet, diem tum ad iudices dicunt, à quibus edicta manarunt, quo die commissam esse multam pronūtiatione iudicū amplius audituri sint, id est, se incurrisse poenas, ut nūc diximus. Cice. in Antoniana x i. Crassus Consul Pontifex maximus, Flacco collegæ flamine Martiali multa dixit, si à sacris discessisset: quam multa populus Roman. remisit, Pontifici tamen flaminē parere iussit. Plin. in Epistolis, Licinius Nepos Prætor acer & fortis multa etiā dixit Senatori. Egit ille in Senatu causam suam sic ut deprecaretur: emissa est multa. In duodecim

Multam certare.

Tribuni plebis multa dicebant.

Committere multa.

De magistratibus.

autem de magistratuum imperijs ita cautū olim esse legimus. Iusta imperia sunt, ijsq; cuius mode ste ac sine recusatione pareto. Magistratus nec obediēte & nocuū cinem multat, uinculis, uerberibusue coërcento, ni par maiorue potestas prohibesit: ad quos prouocatio esto. Cū magistratus iudicasset irrogassetue, per populū multat, pœne certatio esto, militia ab eo qui imperabit prouocatio ne esto. De hoc uerba Ciceronis hæc sunt in tertio de Legibus. Nec uero solū ut obtemperēt, obediātq; magistratibus, sed etiā ut eos colāt diligantq; præscribimus, ut Charondas in suis legibus facit. Noster uerō Plato Titanum è genere statuit eos, qui ut illi cœlestibus, sic hi aduersantur magistratibus: Plato de magistratibus loquēs in libris de Legibus, ita inquit, *Ἄλλ' ὃ ἄνωγ' ἔξ' ἑτέρας τὸ στυμόριον ἔεις γινέσθαι τοῖς κρῖνοισι, οὐ τὰ δὲ τῶν ἀρχόντων ἔχειν πρὸς τῶν ἀρχομένων.* Quo modo enim stamē ex alia ab licijs lana factuari uidemus, eandē rationē eorum esse oportet qui Rempub. regunt ad eos qui regūtur. Hoc autem dictū ad census differentiæ referendum esse ex Aristotele apparet lib. 2. Politicōn. A Græcis *τιμωμῆτα* dicūtur. Quæadmodum enim Romani Seruij Tullij instituto ex censu in classes quinque distributi erant (id quod docet Linius) sic Solon Athenienses in quatuor timemata distribuisse dicitur, ut autor est Aristoteles. Is autem politia suæ rationem ita moderatus est, ut magistratus omnes & optimatibus ijsq; qui facultatibus excelleret, cōstitueret, qui ex tribus primis censibus constarent; quartam autem classē, quæ meritoriorum ordinem complectitur, à magistratibus summoueret. τὸ θύμιον Græcè dicitur. Propterea Aristotel. in tertio eorundem librorū dubitans, utrum in bene constituta Repub. optimates an populū dominari præstantius

Classes & timemata.

τὸ θύμιον.

tius sit, Solon, inquit, & nonnulli legumlatores creandis magistratibus populū & causæ à magistratibus dicendæ præficiunt; singillatim autem imperium habere nō sinunt. Et enim omnes in unum cōuenientes satis intelligere creduntur, & cum melioribus mixti ciuitatibus usui esse possunt (non aliter quā impurum alimentum cum puro mixtum, uniuersum alimentū utilius pauciore alimentō facit) Singuli autem disceptandis rebus non sufficiunt. Hanc tamen quæstionem ut dubiam Aristoteles copiosè ibidem exequitur. Alibi autē de hoc eodē loquens ita inquit, Solon autem uidetur potestatem maximē necessariam populo tribuisse, ut & magistratus crearet, & eos ad dicendā causam cogeret, id est, ut eos magistratus gessit rationem exposceret. Qui autem populus harum rerum compos non fuerit, eum seruum necesse est esse, & hostili animo in magistratus esse cū. Apud nos uerō cū magistratus creandi potestas ad principem qui populi loco est, delata sit, causæ dicendæ ratio omnino exoleuit, ut

Magistratus causam dicebant finito magistratu.

De imperio legis & hominis.

cratis in Panegyrico, quod etiam in Panathenaeo repetijt ut scite dictum, ἐστὶ γὰρ ψυχὴ πόλις ὁ δὲ πᾶσι ἄλλοι ἢ πολιτεία, τοσαύτῃ ἔχουσα δυνάμει ὅσω πόλις ἐν σώματι φρονήσῃ. Est enim anima Reip. nihil aliud quam politia, tantam in ea vim obtinēs, quantā habet in corpore prudentia. Non omnittēdum autem uidetur bimembre praecipuum Marci Catonis uel oraculum potius ad magistratus perti-
 ΠΟΛΙΤΕΙΑ. nens, quod quidem Plutarchus ita Graecē retulit, τὸν ἄρ χοντα ἢ κεῖτῳ ἔλεγε αἰψὺ μὴ ἢ ὑπὲρ τῶν δικαίων λιπαρῆσθαι, μὴ ἢ ὑπὲρ τῶν ἀδικίων ἐηλιπαρῆσθαι, Magistratum autem, inquit, & iudicem dicitabat, nec de obtinēdo iure orari oportere, nec de iniuria exorari. Quod utinam praecipuum magistratus ac iudices meminisse ita instituisent (mitto nunc alia) ut arumosa ante lucanarū salutationū necessitate litigatores defungerentur, porrigendorumq; supplicum libellorum solenni instituto. Alibi in xii. ita additum fuit, Omnes magistratus auspiciū iudiciumq; habento, ceterisq; ijs Senatus esto. De quo Cicero libro supradicto, Deinceps igitur omnibus magistratibus auspicia & iudicia dātur. Iudicia, ut esset populi potestas ad quā pro-
 Iudicia & auspicia omnibus magistratibus data. Comitatus. uocaretur: Auspicia, ut multos inuites comitatus probabiles impedirent morae. Saepē enim populi impetum iniustum auspicijs dij immortales represserūt. Quo in loco comitatus pro cōuentibus intelligo, hoc sensu, quod saepē comitia populi temere coacta auspicia disturbauerūt. quod fieri solebat obnuntiatione Augurum. De hoc autem iure auguratus loquens in secūdo, ita inquit, Quid enim maius est si de iure querimus, quā posse à summis imperijs & summis potestatibus comitia tollere? & consilia uel instituta dimittere, uel habitā rescindere? quid grauius quāmrē susceptā dirimi si unus Augur aliter dixerit? quid magnific

gnificentius quā posse decernere ut magistratu se abdicent Consules? Idem lib. ii. de magistratuum imperio loquens, ita inquit, Videtis igitur magistratus hāc esse uim ut praesit, praescribat quae repta & utilia & cōiuncta cum legibus. Vt enim magistratibus leges, ita populo praesunt magistratus. Verē dici potest magistratum legem esse loquentem, legem autem mutum magistratum. De multarum generibus & multa dicēda, Gellius satis multa dixit lib. x. Noctium Atticarum.

Ex I. Hæres. §. Si quis tutelam.

Et quasi à uatore emit, uel ab eo qui trāsuehebatur.) In Annotationibus Politiani, & in antiquo exēplari legimus, uel ab eo qui τῶν ἀπέπλεσι, id est, ab eo qui præterna-
 uigabat.

Ex I. Sed et si susceperit. eodem tit. De iudic.

Si libertis suis tesseras frumentarias emi uoluerit.) Tessera frumentaria signa erāt frumentaria quibus exhibitis frumentum à principe dabatur populo Rom. ut hodie quibusdā in locis nummi plūbei uel ærei, uel quid simile quod pro symbolo sit. Ex quo factū est ut tessera pro iure percipiendi frumentum ponatur. Tranq. in Aug. Romani populi cōsum uicatum egit: ac ne plebs frumentationū causa frequentius à negotijs auocaretur, in annum quaternorū mensium tesseras dare destinauit. Sed desiderāti cōsuetudinē ueterem cōcessit rursus ut sui cuiusq; mēsis acciperet. Alibi frumentationes appellat his uerbis, Impetū se cepisse frumentationes publicas in perpetuū abolendi, quod earū fūdita cultura agrorū cessaret. Idē, Frumentū quoq; in anno.e difficultatibus saepē leuissimo, interdū nullo pretio admēsus est; tesserasq; nummarias duplicauit. Et rursus in

Tesserae num-
maria.

Nerone, sparsa est rerum omnium misilia per omnes dies, singula quotidie milia annu cuiuscumque generis, multiplex penus, tesserae frumentariae, vestis, aurum, argentum, gemmae, margaritae, tabulae pictae, mancipia, iumentis, atque etiam fere mansuetae, nouissime naues, insulae, agri. Quibus uerbis intelligimus tesseras argentarias, iumentarias, uectiarias, nauicularias, agrarias, insularias, et huiusmodi alias. Ea autem Romae tantum dari solebant, ut non sit mirum id quod Vlpianus hic censeat, frumentariae tesserae legatum Romae tantum non etiam in provincia deberi. Non admodum distimiles erant tesseras frumentarias quae apud Athenienses omnes dicebantur, id est, annonae, quae bene de Republica meritis dabantur, et ius epulandi publice in Prytaneo. Itaque Socrates in iudicio reus factus interrogatus a iudicibus ex more Atheniensium, quam poenam commersisse se maxime fatebatur: Respondit se meruisse ut amplissimis honoribus et praemijs decoraretur, et ut sibi uictus quotidianus in Prytaneo publice praeberebatur, quae honos apud Graecos maximus habebatur. Cuius in responso sic exarserunt iudices, ut capitis innocentissimum hominem condemnaret. Auctor Cicero lib. 1. de Oratore. Tesserae tamen frumentariae (ut arbitror) a Graecis σιτηρόνια dicitur, id est, τὰ δίδωκεν ἄ τιον ἀστροφῶν, quae Pollux lib. viii. inter honores publicos enumerat.

Σιτηρόνια.

Ex I. Antiqui. Si pars haere. petatur.

Tergemini.

Sed et tres geminos Senatores cunctos uidimus Oratios. Non tres geminos, sed tergeminos legendum censeo, atque etiam affirmo, ne hoc in loco miserè cum Accursio conflite mur. Plinius lib. vii. Ter geminos nasci certum est Oratorum Curtiorumque exemplo. Suprà, inter ostenta adducitur, praeterquam in Aegypto ubi foetifer potus Nilus. Proximè supremis Augusti annis Fausta quaedam è plebe

Ostia

Ostiae, duos mares totidem foeminas enixa fime quae secuta est portendit. Idem, in Aegypto septenos utero si mulgigni auctor est Trogus. Liuius lib. 1. de Romanis et Albanis loquens, Fortè, inquit, in duobus tum exercitibus erant tergemini fratres, nec etate nec uiribus dispares. Oratios Curtiosque fuisse satis constat, nec fere antiqua res est alia nobilior. tamè in re tam clara nonnumquam error manet, utrius populi Oratij, utrius Curtij fuerint, auctores utroque trahunt; plures tamen inuenio qui Romanos Oratios uocent: Cum tergemini agunt reges, ut pro sua quisque patria dimicet ferro: ibi imperium fore unde uictoria fuerit. Apud Solinum tamè Fausta quaedam ex plebe quatuor geminos edidisse legitur, corruptè (ut arbitror) pro quater geminos. Idem Solinus, Trogus auctor, inquit, affirmat in Aegypto septenos simul gigni: quod ibi minus mirum cum foetifero potu Nilus non tantum terrarum, sed etiam hominum materna arua foecundet. Sensus igitur est Pauli, sed et nos ter geminos Oratios uidimus, in ordine omnes senatorio. Quod de alijs Oratijs quibusdam intelligendum, quam quorum Liuius Pliniusque meminèrunt, quam uerbum cunctos suspectum mihi uidetur, Verum quandoquidem Paulus hic superfœtationis meminit (Sic enim uocatur secundarius conceptus praegnantis, quam superimprægnatione uulgus appellat, ut hic eius mulieris Alexandrinae quae post quadragesimum diem quintum edidisse dicitur) pauca hic Aristotelis uerba eò pertinentia subiicienda putauimus, ex lib. 1111. de generatione animalium, in quo libro Aristoteles de ratione conceptuum copiosissime differuit. Homo autem, inquit, cum omnibus generibus ambigit. Nam et uniparum, et pauciparum, et multiparum interdum est (animal subaudiendum) sed maxime sua natura unip

Superfœtatio.

uniparum est. Humore profecto caloreq; corporis multiparum est: feminis enim natura humida & calida est. Sed suae magnitudinis ratione pauciparum atque uniparum est. Hinc tempus etiã uteri ferendi enorme unum hoc animal sortitum est. Ceteris enim unũ est tempus, homini uerò plura sunt. Quippe cum & septimo mense & decimo nascatur, atq; etiam inter septimũ & decimũ positus. Qui enim octauo mense nascuntur, et si minus, tamẽ uiuere possunt. Οἱ δὲ ἀνθρώπων ἔπαμφότεραι τῶν οἰσ γένεσι. ἢ μὴ μολογονεῖ, καὶ πολὺ ὄκου, καὶ ὀλιγόκου πῶς. μάστιγα ἢ μοροτόκου τὴν φύσιν ἔχει διὰ τὸ πλὴν ὑγρότητα ἢ σώματι ἔχει θερμότητα, πολὺ ὄκου, ἢ ἢ σπέρματι ἢ φύσιν ὑγρὰ καὶ θερμὰ. διὰ ἢ τὸ μέγεθος, ὀλιγόκου, διὰ ἢ τῆτος καὶ τὸς ἀκρίτως χρόνος μόνω ἢ ἴσως ἀωμάτως εἶναι συμβέβηκε.

Ambigere. Ambigere autẽ cum omnibus generibus, Theodorus Aristotelis in ijs libris interpres pro eo accepit, quod est ancipitẽ naturã habere ad omnia animalium genera, uerbo non minus apto, ut uideatur quam Aristoteles usus. Cuius uerba ideo huc trãstulimus, quod ille optimus Græcorũ interpres fuisse à doctissimis existimatur. Idẽ de urtica pisce,

ἢ ἢ ἀκακίῃν ἔπαμφότεραι τῶν φύσιν καὶ ἴσως. Vrtica autẽ, inquit, est ambigēs & plãtã et animalis: id est, mediũ quiddã inter animal et plantã. Cuiusmodi sunt quæ mediã naturã

Zoophyta- Plantanimantes. inter sensibilia et uegetabilia habet, ob hoc Zoophyta dicta (nos fortasse plãtanimãtes dicere possumus uel plantanimalia) ut ostrea, spongiã, & similia inter animalia &

Marci locus. stirpes ambigua. Nõ aliã ob causam illud Marci cap. ult. dictũ esse affirmãt, πορσθητες εἰς τὸ κόσμον ἔπειτα, κερύξαι τὸ ἀναγγέλιον πάση τῇ κτίσει, Euntes in mĩdũ uniuersum prædicare euangeliũ omni creaturã. Homini enim

Omnis creatura. cum plãtis anima uegetabilis, cũ brutis sensus, cũ naturis intel

intelligibilibus, id est, cum angelis mens & ratio cõuenit: propterea omnis creaturæ appellatione significatur. Idẽ Aristot. de superfœtatione loquẽs, Animalium uerò inquit, alia nunquã superfœtãt, alia superfœtãt. Quæ autẽ ex ijs magnitudine prædita sunt ut homo, si alter coitus proximẽ ab altero accessit, enutrire quod superfœtatũ est, possunt (iam enim id euenisse uisum est.) Sed si iam aucto cõceptu coitus adhibetur, superfœtari quidem potest, sed raro: quoniã uterus magna ex parte ad partũ usq; se cõpimit. Si tamẽ aliquãdo accidit ut superfœtetur (iã enim id euenisse cõstat) perfici nõ potest, sed cõceptus abigũtur similes ijs quos abortus uocamus. Et paulò post, Sola, inquit, animalium mulier & equa, grauida coitũ patiuntur. Homo enim sua natura præfœcundum animal est. Aliquid etiã in utero tum spatij tum excrementi superest, quãquam nõ tantũ ut uel alterũ possit alere. Mulier itaq; ob eã causam coitum recipit. E qua autem soliditate suæ naturæ, & quod aliquid spatij in utero super sit, amplius quidẽ quàm ut ab uno occupetur, sed arctius quàm ut alterũ perfectẽ possit superfœtari. Μόνα γὰρ τῶν ὄκων ὀχέων ἰδιόχων καὶ κενῶν, γυνὴ καὶ ἵππος, διὰ τὸ τῶν ἀνθρώπων φύσιν πολὺ ὄκου εἶναι, καὶ περιεῖναι τε τῶν μεγέθων ὑπεραὶ καὶ περιεῖναι τῶματι, καὶ μὴ μόντοι τοσούτων ὥστε εὐβίβειν. Et rursus, sũt autẽ nõnulla superfœtãtia, quæ longo etiã interposito tẽpore coũdari possint enutrire conceptũ quem superfœtãrint, uidelicet ea quorũ genus semine genitali, & magnitudine corporis caret, & multa generat. Ita enim corpus eorũ principio cõstitutũ est. Quale corpus leporũ est, hoc enim animal superfœtãt, uteri enim eorũ nõ se cõpimũt, quoniam excrementũ purgationis superest, quod mulieribus quoq; euenit: fit enim grauidis nonnullis purgatio, & interd

interdū quæ ad finē usq; perseceret. Sed ijs præter naturā hæc euenit, quamobrē fetus afficitur detrimēto. Hæc nos ex Aristot. pauca de multis trāscripsimus, nō quidē eo ordine quo ab eo scripta sunt: quæ enim sparsim ab eo dicta sunt, nos in unius sententiæ seriē collegimus. Idē lib. vii. de historia animalū. Mulier et equa, inquit, omnīū maximē animalū grauidæ coitū patiūtur. Cætera ubi grauida fuerint, fugiunt mares, ea scilicet quorū natura superfœtare more leporis recusat. Verū e qua nunquā superfœtat, sed magna ex parte unū tātū generat. At uerō in muliere raro quidē euenit ut superfœtetur, sed factū tamē aliquando est. Qui itaq; longo post tēpore cōcepti sunt, nihilo perfici possunt, sed præmaturius dolorē quo & ipsi & primus fetus intereat mouēt. At uerō si proximē à primo cōceptu secūdus sit factus, absolui ediq; potest q; superfœtatur, ut quasi gemini nasci uideātur: quo modo Hercule et Iphiclē creatos esse fabulatur. nā id etiā cōstitit adultera quādā quæ alterū suo marito, alterū adultero similē peperit. Iam & cū geminos quædā ferret, primū uitalē peperit, se cundū quinto mēse elisit, qui statim mortuus est, Μοι χρομὴν γὰρ τις, τὸ ἄ ἐμ τ τένωρ εἰοικὸς τῷ ἀνδρὶ ἔτεκε, τὸ ἦ, τῷ μοι χρομὴν ἦ δὴ ἢ ἢ διδύμα κνυσά τις ἐποιήσε ἴσιον. γομομὴν ἢ χρομὴν τ καθήκουσιν τὰ ἦ, τελεόγονα τῷ χρομὴν ἔτεκε, τὸ ἦ, πρὸ ἀμνηνον, ἢ τστ ἀπέθανεν ἀδύς. Hic Aristotelis uerbis apparet geminos plerosq; uno cōcubitu concipi, nonnullos tamē pluribus. Id quod diuus Augustinus ignorasse uidetur, qui libro v. de Ciuitate, cap. vi. contra Chaldaeos loquens, qui se ex Genesi hominum facta prædicere posse profitentur, sic inquit: At enim, inquit, plurimū uis horoscopi ualet. Hoc quā nihil sit, iam satis differui. Sed quaecumq; sit, in ortu ualere dicunt, nunquid

Gemini.
Hercules &
Iphicles.

An gemini
uno concubitu
concipiantur.

non & in conceptu? ubi & unū cōceptum est manifestum est, & tāta naturæ uis est, ut cū cōceperit foemina, deinde alterū cōcipere omnino nō possit. Vnde necesse est eadem esse in geminis momēta cōceptus. Verū hoc fortasse secutus est Augustinus quod idē Aristoteles lib. iiii. de generatione dixit, Τῆς δὲ οὐρ ἐνθεῖστος ἀπορίας μάλλον ἀπ τῆς θουμάσιον ἐπὶ τῶν πολλῶν οὐδὲν ἴσται, ἐπειδὴ φαίνεται πολλάκις ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς κνυσκόμνα τὰ τοιαῦτα. Huius autem quæstionis, inquit, maximē quis naretur in ijs quæ multa pariunt, quod plerūq; uno intū id genus animalia impleri cernūtur. Plinius lib. vii. naturalis historiæ uelut hæc ab Aristotele li. vii. de historia animalū mutuatus, Præter mulierē, inquit, pauca animalia coitū nouere grauida: unū quidē omnino aut alterū superfœtat. Extat in monumentis etiā medicorū & quibus tali cōsestari curæ fuit, uno abortu duodecim puerperia egesti. Sed ubi paulullū tēporis inter duos conceptus intercessit, uterq; est perfectus, ut in Hercule et Iphicle fratre eius apparuit: et in ea quæ in gemino partu alterū marito similē, alterū adultero genuit. Item Procōnesia ancilla quæ eiusdē diei coitu alterū domino similē, alterū procuratori eius. Et in alia, quæ unum iusto partu, quinq; mensū alterū edidit. Aristoteles, Ἦδὴ ἢ γενομένους διαφθορᾶς, ἢ δίκαια σωθῆναι ἢ δόδεκα ἔμπερᾶν ἐπικνωθῆναι. Idem lib. viii. Lepus omnīū prædæ nascens, solus præter Dasypodem superfœtat, aliud educās, aliud in utero pilis uestitum, aliud implume, aliud inchoatā gerēs partē. Et rursus li. x. Dasypodes omnī mēse pariūt, et superfœtat sicut lepores, à partu statim implētur. In quibus duobus locis Plinius hallucinatus esse creditur, qui dasypodē et leporē diuersa animalia esse putauit, cū idem sit. Theodorus certē dasypodē ubiq; leporem

Dasypodes.

Plinius hallu-
cinatus.

ex Aristotele uertit: & ex Aristotele id satis percipitur, qui in locis supradictis dasypoda non lagon dicit. Duobus id prouerbis ostendi satis putant: uno *ωρότερον χελώνη παράδραμεῖται τὸν δασύποδον*. id est, Prius testudo cursu lepore praeuenterit; quod in rebus, quas usuuenire nō posse contendūt, usurpare solēt. Altero, *δασύπους τεῶν κρείων ἐπιθυμῆι*. quod Terentius trāsfulit, Lepus tute es, & pulpamentum quæris. Si igitur Augustinus & Plinius uiriantī cū opera nobilia conderēt, in rebus tam apertis halucinari potuerūt: ne homūculis nobis dari ueniā cādidis lecloribus par est, eorū quæ nōnunquam inscitius dicta à nobis uidebūt. Quibus uimā ipsis ita hoc opere delectari, atq; nonnunquā adiuuari etiā cōtingat, ut cū primū in manus id sumpserint, nihil præiudicata opinionis in utrauis partē ad eius iudiciū æstimationemq; attulerint. Verū illi officij sui rationē uiderint: nos ad institutum reuertamur. Quod igitur circa finem huius legis dicitur, Quidā ergo prudētissimi iuris autores medietatem quandā secuti sunt, ut quod fieri non raro admodum potest, intuerētur: id est, quia fieri poterat ut ter gemini nascerētur, quartam partem superstiti filio assignauerūt, ut ait Theophrastus. Ego hunc locū ita lego ut post uerbū Assignauerunt, hanc lacunam his uerbis impleam, *τὰ γὰρ δίκαια ἐπ' τοῖς ἐμῶν ὡλεῖσιν καθ' ἑξῆς ἀεὶ, ἢ ἐπ' τοῖς ἐκ παρόδου*, ut ait Theophrastus. Est enim dictum Theophrasti ex libris de Legibus, quorum meminit Cicero lib. v. de Finibus, quod Pōponius retulit suprà, in titulo, De legib. & nos illic ex Pādectis Florētinis restituimus. Sic igitur uertēda Latine hæc uerba sunt, Iura enim cōstitui oportet in ijs quæ plerūq; nō in ijs quæ nec opinato accidunt, ut ait Theophrastus. Quoniam igitur plures quàm ter geminos nasci potentific

tenticū esse solet, ut suprà ex Plinio uidimus, ideo Iurifconsulti rationem eius speciei habendam non putauerūt.

Ex I. Vtique, De rei uendicatione.

Culpa non intelligitur, si nauem petitam tempore nauigationis trans mare misit, licet ea perierit.) Vegetius libro IIII. de mensibus loquēs, qui bus tutius nauigatur, Ex die, inquit. tertio Idūū Nouembris usq; ad diē sextū Idūū Martij maria clauduntur, nā lux minima noxq; proluxa, nubium dēfitas, aëris obscuritas, uentorum, imbrium, uel niuium geminata seuitia, non solum classes à pelago, sed etiam commeantes à terrestri itinere deturbat. Post natalem uero (ut ita dicam) nauigationis, qui solenni certamine publicoq; spectaculo multarum gentium celebratur, plurimorum siderum, ipsiusq; temporis ratione usq; in Idus Maias periculose maria tentantur. His uerbis apparet quod tempus nauigationis Paulus hic intellexerit.

Ex I. Hacenus, De usufructu.

Hacenus tamen ut sartatecta habeat.) Accursius nec hic, nec usquam alibi in iure quid sint sartatecta percepit. Sartē (inquit Festus) ponebant pro integrē: ob quam causam opera publica quæ locatur ut integra præsentur, sartatecta uocantur. Sarcire enim est integrum facere. Hacenus ille. Sartatecta exigēdi cura ad Cēsores spectabat, interdum etiam ad Aediles, raro ad Prætores, nec nisi cū Senatus decreuerat. Cicero in Prætura urbana, Cū L. Octauius, C. Aurelius Consules, ædes sacras locauissent, neq; potuissent omnia sartatecta exigere neq; ipsi neq; ij Prætores quibus erat negotium datum; factum est Senatusconsultum, quibus de sartis rebus cognitum non esset, uti C. Verres, P. Cælius Prætores cognoscerēt & iudicārēt. Idem paulo post, Verres quæsiuit quis ædem Castoris sar

tam tectam deberet tradere. Et rursus, Monumentū illa
 amplitudine, illo opere quamuis sartū tectū integrumq;
 esset, tamen aliquid inuenturum in quo moliri prædariq;
 posset, arbitratur. Ex cuius orationis lectione facile in-
 telligimus quo modo sartatecta locari solerent, exigiq;
 Simile est enim atq; si hodie ædes diuæ Mariæ Parisiensis,
 aut etiā Basilica Palatina tuēda locaretur, ea lege, ut re-
 demptores suo lapide, sua calce, aut sua etiā materia sartā
 tectā præberēt, certo pretio in annos singulos addictam;
 quod fieri Romæ solebat minimo licitātibusc; curaq; exigē-
 dorū huiusmodi operum ad eos quos diximus pertinebat.
 Locandorū uerò cura ad Censores spectabat, ut & uecti-
 galium antequā censura sublata esset. Vnde in XII. tab. de
 Censorio munere ita cautū legimus, Censores populi, cini-
 tatis soboles, familias pecuniasq; censento. Urbis templa,
 uias, aquas, ærarium, uectigalia tuēto. Populiq; partes in
 tribus distribuunt, et reliqua. Quod utinā institutum in
 Præcia hodie esset, ne Basilicæ et Regiæ ædes et magnifi-
 centissima proauorū at auorūq; nostrorū memoriæ monu-
 mēta, uetustati exedēda nostri seculi incuria relinqueren-
 tur. Huiusmodi sartorum tectorū exemplum est in lege II.
 De cōditis in publicis horreis, Cod. Nā si per incuriā offi-
 cij grauitatis tue sartorū tectorū neglecta procuratione,
 aliqua pluuijs infecta perierint, ad damnū tuū referentur.
 Marcel. Ad legē Iuliam repetund. Ne in acceptum seruan-
 tur sartatecta tuēda antequā perfecta, probata, præstita le-
 ge erunt. Et li. III. Regum. Quare sartatecta non instau-
 ratis templis Et rursus, Ut instaurant sartatecta domus, si
 quid necessariū uiderint instauracione. Vbi sartatecta pro-
 faciendis tegēdisq; diuus Hieronymus antiquitatis peri-
 tus posuit, qd̄ interpres Lyranus infectē enarrauit. Itaq;
 idem

idem Hieronymus lib. I. I. Paralipomenō quasi sese inter-
 pretans, Ut instaurēt, inquit templum, & infirma quæq;
 sarciant. Dicitur autē interdum cum coniunctione, sartā
 tectāq;, & sartum et tectum, cum plena est locutio, ut in-
 quit Ascon. quo modo Cicero sæpe usus est. Ex hoc autem
 factum est ut sartum tectum habere, sit integrum & in-
 corruptum seruare, & ut uulgus loquitur, intertenere,
 quod Latine tueri dici debet. in qua significatione hic ac-
 cipitur, & alibi non semel in Pandectis. Utuntur & hac
 locutione antiqui metaphoricōs. Ciccr. ad equites Rom.
 pridie quā iret in exilium, Si igitur aliquo tempore ijs
 hominibus consulistis, quorū animus religione pietatis
 est defunctus, debetis quoque mihi prospicere, qui numi-
 ni deorum consecratum sartum ac tectum ab omni pericu-
 culo conseruauit; & uos ut tutam & tranquillam fortunā
 traheretis, mea perfecit uigilantia. Quo tamen in loco nō
 periculo, ut in omnibus exemplaribus legitur, sed piacu-
 lo lego: hoc sensu, ut Cicero significet animum suum inte-
 grum intactumq; ab omni piaculo conseruasse: id est, indi-
 gno facinore & graui aliqua pœna expiando, ac nihil in
 sese scelestum admisisse. Idem ad Cælium lib. XIII. Epif.
 Si ullam in amicitia mea spem habes, si ea quæ in me offi-
 cia Brundusij contulisti, uis mihi etiam gratiosa efficere,
 quanquā sunt gratissima, si me à tuis omnibus amari ui-
 des, hoc mihi da atq; largire, ut Marcum Curium sartum
 & tectū, ut aiunt, ab omniq; incōmodo, detrimento, mo-
 lestia syncerum integrumq; conserues. ὁπως ἀποβῆτε ἀλο-
 γωποῦντας τὰς ἐπιμαχίας, ἀβλαβῆτε τὰς ἀφ' ἡμῶν. Plaut. in
 Trin. ioculari metaphora usus est hoc uerbo, Sartatecta
 tua præcepta pater usque habui mea modestia. Hoc est,
 exacta & undique constante obedientia præceptis tuis

Sarta tectaq;
 & sartum & te-
 ctum.

Ciceronis lo-
 cus.

parui; nec unū iota (ut uulgò dicitur) præteriuui: qđ Lati-
 nè dicitur omnibus numeris obediētē tibi parui, unguem
 latum aut digitū trāsuerſum à tuis præceptis nō diſceſſi.
 Hæc habui quæ de ſartis teētis in præſentia dicerem, uer-
 boſe fortaſſe, ſed ex his alijsq; quæ dixim⁹ dicemusq; in-
 telligi uolumus q̄ multa uerba in iure aut perperā aut pa-
 rū intelligātur à multis. Quorū nō pauca ſciētes pruden-
 tesq; prætereūda duximus, ne uolumē in imēſum excre-
 ſceret. Cæterum ex inſtituto noſtro etiā hoc addemus, qđ
 ſarta teēta à Græcis ἐπισηκωνία ἢ καλασκωνία τῶν διημο-
 σίων dicitur, Polyb. Πολλῶν ἔργων ὄντων τῶν ἐκδιδομέ-
 νων Ἐπὶ τιμῆν τῶν διὰ τῶν ἰταλίας εἰς τὰς ἐπισηκωνίας
 ἢ καλασκωνίας τῶν διημοσίων. Id eſt, cum multa opera lo-
 cata eſſent à Cēſoribus per omnē Italiā, ad ſarta teēta pu-
 blica. Dicitur Ἐπισηκωνία, Plutarchus, Τῆν πόλιν ἀδὲς εἰς
 ἐπισηκωνίαν ποντήκων τὰ λαοῦ. Demosthenes, Γνωμί-
 ον Ἐπιμελετῆς τὰς τῶν ταχῶν ἐπισηκωνίας.

Exl. Item ſi fundi. §. Seminarior, eodem titulo.

Debet tamē cōſerēdi agri cauſa ſeminariorū paratū ſem-
 per renouare quaſi inſtrumētū agri. Accur. hunc locū de
 frumento ſeminariorū intellexit, ut ex ſcholio uel gloſſula
 eius apparet ſuper uerbo, inſtrumētū, citata per eū lege,
 Quæſitū, infr. i. de fund. inſtruc. ubi et hunc locū allegat.
 Qui etiam quodā in loco Pandectarū, ſeminariorū locū
 eſſe dicit ubi frumentū eleētū ad ſeminanda arua reponi-
 tur. Quod eius dictum quantum à uero aberrauerit, ex ijs
 quæ dicemus apparebit. Seminariorū igitur locus eſt ſub-
 ſtitus in quo ſemina aut uitiorū aut arborū pangūtur, ut cum
 ad certā quātitatē excreuerint, in uinetū uel arbuſtū uel
 pomariū transferātur. Quo tēpore quæ prius ſemina di-

Seminariorū.

ceb

tebantur, Viuiradices uocātur: id eſt, plātula cum ſua ra-
 dice trāſlata in aliud ſolum, Græcè φυτῶν ῥιζῶν dicitur. φυτῶν ῥιζῶν
 De ſeminariorū uituario ἔργῳ arbuſtū. Colum. lib. i. i. Qui
 uinetū uel arbuſtū cōſtituere uolet, ſeminariorū prius facere
 debebit. Sic enim ſciat cuius generis uitem poſiturus ſit.
 Nā quæ prætio parata diſponitur, certā generoſitatis ſi-
 dem nō habet: quoniā dubiū eſt an is qui uēdidit, legēdis
 ſeminibus adhibuerit diligentia. Semina Columel. appel-
 lat nō grana, ſed ſurculos depactos, qui cum radices ege-
 rūt, in uinetū transferuntur. Idē paulò poſt, Optimū eſt
 itaq; eodē agro, quo uitē poſiturus eſt, uel certē uicino fa-
 cere ſeminariorū. Idem lib. v. i. de oleis loquēs, Seminariorū
 oliucto præparetur cælo libero, modo modicē ualido ἔργῳ
 ſuccoſo, neq; dēſo, neq; ſoluto ſolo. Idē de pomario loquēs,
 Semina lege craſſa nō minus q̄ manubriū bidentis, rectā,
 læuia, procerā, ſine ulceribus, integro libro, ea bene ἔργῳ
 celeriter cōprehēdent. Semina huiusmodi aliquando etiā
 plantæ dicuntur, ἔργῳ ſeminariorū plantaria. Plin. lib. x. i. i. i.
 de palmis loquens, Ergo plantaria inſtituunt, anniculasq;
 transferunt, ἔργῳ iterum bimas: gaudēt enim mutatione ſe-
 dis. Et lib. v. At nunc etiam in plantarijs ferūt oleæ, trāſ-
 latarūq; altero anno decerpūtur bacca. Et rurfus libro
 x. v. i. Vulgōq; dotem filiarum antiqui plantaria appel-
 labant. Idem de ſtolonibus loquens ἔργῳ arborum ſobole,
 Omnia ea, inquit, ſtatim opus eſt nutrici dari, atq; in ſemi-
 narijs adoleſcere, iterumq; migrare. Nutricem appellat
 Plinius ſeminariorū in quo tenella adhuc ſemina educāda
 depanguntur deponunturq;. Vnde ipſe alibi, Quā obrem
 ἔργῳ ſeminariorū curam antē conuenit dici quā tranſeatur in
 alia genera. Nā ἔργῳ huic principio eligi ſolū refert, quo-
 niam nutricē indulgentiorē eſſe quā matrē ſæpe conue-

Viuiradices:
 φυτῶν ῥιζῶν

Semina.

Plantaria.
 Plantarium.

Stolones.
 Nutrix.

Arbustiva uitis.

Malleoli. Mergi.

Serendi genera multa. Sperma.

Κλάδος.

Talea.

Ξύλον.

Παρασπός.

Ακρέμιον.

Βλαστός.

nit. Inde illud Vergilij, Mutata ignorēt subito ne semina matrē. Seminarium nec uitariū nec arbutiuū nostrates nūc faciūt, ut q arbutiuas uites nullas habeāt, quæ a Græcis ἀνωδονράδες dicuntur quasi arbores scandētes, institutū ēdīs q; ipsi nouelletis malleolis & mergis utātur. Marquotas Sotellas q; uocantes, quos humi depactos postea nō trāsferūt, ut Itali solebant, quē morem nostrū Colum. nō ignorasse uidetur, qui lib. 1111. de uite ponēda loquēs sic ingt, Sationis autē duo genera malleoli uel uiuiradicis quod uirūq; ab agricolis usurpatur, & in prouincijs magis malleoli, neq; enim seminarijs studēt, nec usum habēt faciēda uiuiradicis. Pomariorū autem seminaria nōnulli nostrorum instituire solent, ut Normāni, quæ pepinaria appellāt, ex quibus uiuiradices adultas in pomaria trāsferunt. Theophrastus in libris de plantis, serendi genera multa tradit. Quædā enim plātæ deposito semine feruntur. i. plātula (σπέρμα etiā Græcè dicitur) unde seminariū quasi surcularium. nam legumina ferē & segetes fusim feri solent. Quædam igitur surculo feruntur, qui Græcè κλάδος dicitur. Quædā talea, quā Theophrastus ξύλον appellat, id est, lignum, ut olea & salix, Plantale uulgus appellat. Quædam auulso ramo ab arbore, παρασπός Græcè dicitur. Quædam prægrandi ramo, qui ακρέμιον dicitur. Quædam ramulo, id est, ἀπό τῶν βλαστῶν. Quædam multipliciter. De quibus idem libr. 1. de causis plantarum ita inquit, ὅσα ἢ πλάκας γονᾶται ἴσθους ἔχει καὶ ἰν αὐτοῖς διὰφορα. τὰ δ' ἀπό παρασπᾶδος καὶ ῥήγους καὶ κλώνος, & πάντως διώκειτ' ἀρ ἢ ἀπό ξύλου ἢ ακρέμιονος. καὶ ἀπό ῥάμπελ & καὶ συκκί, τὰ ἢ πάλιν ἀπό τῶν βλαστῶν, ὅσων ἢ ἑλαία. Quæ autem pluribus exeunt modis, differentiam in ijs quoq; ipsis habere uidentur. Non enim quod

quod auulsiōne & radice et ramulo prouenit, ligno etiā prægrādīq; ramo exurgere potest, ut uitis & uicus. Neque quod contrā his ipsis proueniat, ramulis etiā potest, ut olea. Sunt etiā quædam quæ radice proueniūt, id est, ἀπό τῆς μούχουματ & quales sunt mergi, qui ubi radices egerunt, transferuntur: unde μούχουματ τὰ κλήματα, id est, uiuiradices ex sarmētis efficere. Theophrastus de palma loquens, τὰς τε γὰρ ῥάβδους φασὶ μούχουματ περιβαυλώνα τὰς ἀπαλωτάτας, ἢ ὅταν ἐμβιώσωσι μεταφυτεύσωσι, id est, uirgas etiā tenerrimas Babylonios uiuiradices efficere aiūt, adultasq; trāsferre. Hæc autē omnia Plin. lib. xvii. à Theophrasto, Catone, Varrone, & Columella accepta, copiosè prosequitur. Verumcni uero seminarij significatio eleganti metaphora ad alia trāsferuntur. Cic. in Anton. xiii. Huc accedunt alaudæ, ceteriq; ueterani seminarium iudicum tertiæ Decuriæ: qui suis rebus exhaustis, beneficijs Cæsaris deuoratis, fortunas nostras concupierunt. Alaudarum legio Gallica quædam erat, ex quibus Antonius tertiam iudicum Decuriam fecit: quapropter iudicū seminariū legionem illā appellat. Quemadmodum enim ex seminario pomaria arbustaq; cōferuntur translatis inde stirpibus, sic ex Decuria illa iudicū fonsium numerus supplebatur. Idem in Pisonem, de prouincia Macedonia loquens, quam Piso pro Consule obtinuerat: Ex illo, inquit, fonte & seminario triumphorum cum arida folia laureæ retulisses, cum ea abiecta ad portum reliquisti, tū tu ipse de te uideris fecisse iudiciū. Macedonia Cicero seminarium triumphorum uocat: significans prouinciam bellicosam & identidem rebellem, triumphorum materiam nunquam nō affatim Romanis Imperatoribus suppeditasse, qui quidē strenui ipsi impigriq; essent.

Μούχουματ. Μούχουματ. Τὰ κλήματα.

Alaudæ.

Seminariū triumphorum.

essent. Curt. lib. VII. de cohorte regia apud Macedonas loquens, Hæc cohors, inquit, uelut seminarium ducum prefectorumq; apud Macedonas fuit. Id est, hinc duces prefectiq; sumi solebant. Vnde Alexander Princeps Romanus dicere solebat seminarium Senatorum equestrum ordinem esse, autore Lampridio: Propterea, inquit, libertinos usquam in equestre locum redegit. Et nos alicubi diximus honestiorum causidicorum ordinem Parisijs seminarium amplissimæ curiæ esse. Qui enim & ingenij & facundie & honestatis specimen patrocinijs aduocationibusq; officiosè benignèq; prestandis dederunt, ij popularem fauorè emeriti, coq; apud aulam innotescentes, Principis mox beneficio in curiam asciscuntur. Proinde seminarium (inquit Celsus) quasi instrumentum est agri. Quemadmodum enim instrumentum id dicitur sine quo re aliqua uti comode non possumus, ita sine seminario utile satis arboratori aut uinitori ager esse non potest: ut ex ijs quæ diximus apparet, duntaxat in ijs locis ubi seminaria instituisent: ut hodie apud Normannos.

Exl. sequenti.

Ex sylua cædua pedamenta & ramos.) Accursius hoc uerbum perperã intellexit, quod etsi hodie nemo nisi planè indoctus ignorat, tamen ut hæc res tota innotescat, aliquid ab autoribus rerum rusticarũ repetendum. Columella libro V. Adminiculanda, inquit, uinea melior est ridica palo: neq; ea quælibet. nam est præcipua cumeis fissa olea, quercus & suber. Tertiũ obtinet locum pedamentum teres, Varrõ lib. I. de Re rust. Pedamentum iam fere triũ generum. Vnum robustũ, quod optimũ solet afferri in uineam è quercu ac iunipero; & uocatur ridica. Alterum palus è pertica, melior è dura. Tertiũ quod horũ inopiæ subsidio

Seminarium
curiæ.

Pedamen.
Pedamentum.

Ridica & Pa-
lus.

misit

misit, arundinetum. Pedamentum igitur & adminiculum, aut fissile est, ut ridica, quo hodie plurimum utimur: aut teres, ut palus. Statumen etiam pedamentum dicitur. Columella libr. prædicto, Cum mensum tricesium excessit posita uinea, id est, tertio autumno, uehementioribus statuminibus statim impedanda est. Sic enim lego, non impedanda, ut uulgò impressum est. Vitium quædam pedatæ sunt, ut nostræ: quædam subrectæ, quæ adminiculo non egent, ut Plinius lib. VII. docet, Et multæ sunt huiusmodi in Gallia. Pedatarum autem quædam iugatæ, quædam compluiatæ sunt, quædam neutrum, ut circa Parisios. Sed nihil nunc ad rem. Et ista uix digna sunt quæ attingantur. Quemadmodum & specularia in lege, Sed etsi, hoc eodẽ titulo: quæ Accursius instrumenta domus esse dicit ab infficiendo dicta. Plinius lib. XXVI. Specularis, inquit, lapis facillimè in quamlibet tenues crustas finditur. Idẽ de Phengite lapide, Hoc, inquit, Nero construxerat ædem Fortune, quam Sciani appellatione dicebat à Seruio rege sacratam, aurca domo complexus. Quare etiã foribus opertis interdiu claritas ibi diurna erat haud alio quàm specularium modo, tanquam inclusa luce non transmissa. Ab hoc lapide specularia dicebantur integumenta ex speculari lapide, quibus ambulationes in hortis tectæ erant. Iuuenalis Saty. IIII. Quæ uehitur clauso latis specularibus antro. Hic autem Vlpianus de ijs specularibus intelligi uoluit, quibus fenestrarũ hiatus obstruebantur ad transmittendam lucem: quæ tamen exemptilia erant, ut cum liberet auferrentur. Nunc uitro utimur. Plinius, In Arabia esse lapidem aiunt uitri modo translucidum, quo utuntur pro specularibus. Possumus et de specularibus intelligere quibus pars quædam domus ad uoluptatẽ operiebatur: ua

Adminiculum.

Statumen.

Impedata uitis

Pedata uitis &
subrecta.

Specularia.

C 5 rium

riū enim usum specularia præstabāt. *Martialis*, *Hybernicæ* obiecta notis specularia puros Admittūt soles et sine sece diem. Est etiam exemplū apud *Plin.* lib. xix. ubi de cucumeribus loquitur. Huiusmodi autē specularia hyeme usui erant, æstate eximebātur interaū. Simile est illud in *L. M. lū* infra, De uerborū significationibus, Structurā loci alicuius ex tabulis factā, quæ æstate tollerētur, hyeme ponerentur, adiū esse ait *Labeo*, quoniā perpetuo usui parata essent. Neq; ad rem pertinere, q; interim tollerētur. Et in eadē paulō superius, *Plūbū*, quod p tegulis poneretur, adiificij esse *Labeo* ait. Sed id quod in ripa theij tegēdi causa poneretur cōtra esse. Vbi in antiquo exemplari legitur hypæthrij tegēdi, neutro bi rectē. Itaq; locus ille sic à nobis restitutus est, Sed id quod hypæthrij tegēdi causa poneretur. Ac enim diphthongus in secūda syllaba ab ignavis in duas syllabas diuisa est. Sūt autē hypætria hypæthra; loca sub diō exposita, id est, cælo patente. *Vitruu.* lib. i. Ioui, Fulguri & cælo & Soli & Lunæ ædificia hypæthra constituitur. horū enim deorum & species & effectus in aperto mundo, atq; lucenti perlucetes uidemus. Idem li. v. Media uerò spatia quæ erūt sub diuo inter porticūs ad ornāda uiridibus uidētur, quodā hypæthrae ambulationes habēt magnam salubritatem. Latine subdialia dicūtur & subdualia. unde subdualia deambulationes *Plinius* lib. xvii. & subdialia pauimenta. lib. xxxvi. huiusmodi sunt loca quas terracias uocamus. Quod igitur ad obtegenda huiusmodi loca comparatū est, siue uelum, siue aliud integumentū, tabolenus ædificio nō accedere censuit. Quo in loco *Accursius* hoc uerbum se nō intelligere fassus est.

Ex l. Aequissimū. s. Si ædium, eod. tit.

Nerua scribit nec obstruere eū posse, id est, claudere lūmina

Locus ex quinquagesimo Digestorum libro restitutus.

Hypæthron.
Hypæthron.

Subdialia.
Subdualia.

mina, inquit, *Accursius*. Obstruere luminibus uerbū est antiquū iuris. *Cicer.* pro domo sua ad Pontifices, *Habitare*, inquit, laxè et magnificè uoluit, duasq; magnas et nobiles domos coniungere, ac seuerè contendit, ut *Quintus Vestius* sibi domū uenderet. Cum ille negaret, primo se luminibus eius obstruaturū minabatur, & reliqua. Idem in *Bruto* per metaphorā usus est. Nam ut *Philisti*, inquit, et *Thucydides* cōcisis sentētijis: interdū etiā non satis opertis officit *Theopōpus* elatione atq; altitudine orationis suæ (quod idem *Lysia* *Demosthenes*) sic *Catonis* luminibus obstruxit hæc posteriorum quasi exaggerata altius oratio. Qui locus *Ciceronis* corruptè impressus est. Quæadmodū enim, inquit, claritati antiqui nominis *Thucydides* tanquā luminibus *Theopōpus* officit historicus grādiloquentia *Styli* tanquā altitudine ædificij, & *Demosthenes* orator *Lysia*: sic fusciore illum splendore orationis *Catonianæ* recentiores oratores sublimiore ac florido dicendi genere quasi præumbrantes obscurauerūt. Proinde proprietatis dominus obstruere luminibus usufructuarij non potest. Propterea in l. Si is qui bina, infra eodem titulo, non obscurare luminibus, ut ubiq; legitur, sed obstruere legendum contēderim. Hoc in *Pandectis* Græcis ἐπιπροσθῆσαι τὴν ἀπόψιν dicitur. Elegantius tamen ἐπιπροσθῆσαι à *Gregorio* dicitur, οἷς ὁ ἴδιος οὐτος ἐπιπροσθῆσαι τὴν ἀπόψιν καὶ ἀπόψιν. Alibi, ἐπιπροσθῆσαι τὸν ὄψιν φιλόσοφου, ἐπιπροσθῆσαι τὸν ὄψιν τὸν κελύπιν τὴν ἀπόψιν. Dicitur & ἐπιπροσθῆσαι, quasi præumbrare: & ἀποκρύπτειν. Cum accus. obstruere etiā significat contrastruere, quasi obædificare: qđ Græci τῶν ἀποκρύπτειν uocant. quod etiā ἐπιπροσθῆσαι significare potest, & hoc in loco obstruere.

Ciceronis locus.

Ex §. proximo.

Nec per coenacula diuidere domū. At qui locare potest,

sed oportebit quasi domum locare.) Hunc locū hand dubiè Accursus nō intellexisse affirmare ausim. Cœnacula, loca sunt altiora domus, ad quæ scalis aut cochleis ascēditur. Hæc autem incolebant tenuiores & inquilini, ut in uenalis Satyr. x. docuit, Lateranorū obsidet ædes Toti cohors, rarus uenit in cœnacula miles: id est, ad inquilinos & pauperes, qui in conducto habitant. Cœnatio uero potentiorum erat, ut apud eundem, Et argentē rapiat cœnatio solem. Tertij Regum cap. v. i. Et per cochleam ascendeabant in medium cœnaculum. Cic. de lege Agrar. Romam in mōtibus positam & cœnaculis sublatam atq; suspensam, non optimis uijs, angustissimis semitis, præ sua Capua Planissimo in loco explicata, ac præ illius semitis irridebunt ac contemnent. Quibus uerbis Cicero indecoram urbis Romæ formam fuisse significat propter cœnaculorum frequentiam, qualē Parisijs uidemus. quod etiā Virruuius li. i. i. Architecturæ dicit his uerbis, Cum enim quæto mirum in modum Romano populo necesse fuisset in cœnaculis habitari (Nam antea cum per urbis laxitatem licebat, unius tantum cōtignationis erāt ædificia) ad ædificiorum altitudines deuentum & ædium frequentiā.

Cœnacularius Inde Cœnacularius Vlpiano, infrā De pignor. act. in l. Solutum: Videtur, inquit, tacitè & cum domino ædium hoc conuenisse, ut non pactio cœnacularij proficiat domino, sed sua propria. Quo in loco Accursus modestè obmutuit. Propterea cœnaculariā facere dicebātur, qui domus totas cōductas, per singula cœnacilla inquilinis locabāt, ut inde quæstum facerēt pluris in summā locādo, quomodo accipitur in l. Si uero, infrā, De ijs qui deiecer. Ita enim cœnaculariā facere dicitur, ut argētariam & furnariam apud Cicer. & Tranquillum. Cœnaculum à Gra-

eis ἐπιώρορ dicitur, uel ut Marci ultimo ἀνώρορ. Ipse uero his demonstrabit cœnaculū grande stratū, illic parate nobis, ἀνώρορ μέγα, ἐσρωλωρορ, ἐτοιμορ, ἐκεί ἐτοιμάσατε. Sic autē uerti debuit, uel etiā uersum est, sed postea corruptum, ut quædā alia loca, Cœnaculū grāde, stratū, paratū, illic parate. Et paulò antè. Vbi est refectio mea, ubi pasca manducem? Diuersorium non refectio uerti debuit, Τὸ κατὰ λυμα. Sed & totum illud caput oscitanter uersum est. In proposito autem sensus est, usufructuarium ut locare posse uniuersam domū, ita distrahere diuelleretq; locationibus cœnaculatim cubiculatimq; non posse: quod sine incommodo domus fieri non potest, quæ à domus uniuersæ formæ ad cœnacula transfertur.

Ex I. V usufructuaris, eodem titulo.

Quia tametsi meliorē excolēdo ædificium domini causam facturum esset, nō tamē è iure suo facere potest. Meo iure, tuo iure, suo iure, uerba sunt apud doctos frequentissima, sed certæ cuiusdam significationis. Est enim meo iure aliquid agere facere uel idē quod mea facultate uel auctoritate, uel concessa mihi omnium consensu libertate & potestate. Cic. in i. i. de Orat. Duo illa quæ facilima uidentur (quoniam quæ difficiliora sunt non possunt) mihi pro meo iure sumo. Idem pro Roscio, Tametsi meo iure possum, si quid in hac parte mihi non placeat, uituperare. Non enim uereor ne quisquam alienū me animū habuisse à causa nobilitatis existimet. Id est, quāquā ego is sim cui maxime omnium id facere licet citra reprehensionē. Et illud Terentianū in Adelph. Do, prætermitto, non necesse habeo omnia pro meo iure agere. Verba sunt patris indulgentissimi. Ius est (inquit Donat.) quod omnia recta & inflexibilia exigat. Acquitas est quæ de iure multū renuntit.

Υπερώρορ.
Ανώρορ.
Marci locus.

Κατὰ λυμα.

Meo iure, tuo iure, suo iure.

tit. Nō necesse est ergo scire patrē, tametsi potest suo iure. Cic. pro Caelio. Certe in armis militum uirtus, locorum opportunitas, auxilia sociorū, classes, cōmeatus multum iuuant, maximā uerō partē quasi suo iure fortuna sibi nē dicat: & quicquid est prospere gestū, id penē omne ducit suum: ac si diceret nemo unquā fortunā in bello non primas detulit partes. Vnde illud Satyr. Plus etenim fuit ualeat hora benigni, Quam si te Veneris commēdet epistola Marti. Inde iure suo decedere dicitur, qui non omnia pro iure suo agit. Idem pro Roscio Amerino, Esto, causam proferre non potes, tametsi statim uicisse debeo, tamen de meo iure decedam, & ibi qđ in alia causa nō concederē, in hac cōcedā, fretus huius innocētia. Liu. lib. 111. Caius Iulius Decēuir diē Sextio dixit, & accusator ad populū extitit, cuius rei iudex legitimus erat, decessit q; iure suo ut demptum de ui magistratus populū libertati adijceret. Ἐπίεσθι τῶν ἀδικῶν τῶν ἰδίων dicitur: uel τῶν ἐμαυτῶν, Plutarch. Καὶ τὰυτὰ λέγω τῶν ἀδικῶν τῶν ἐμαυτῶν ὅφιν μὲν & Potest & multis alijs modis dici. Vulgō dicunt praterire ius: uel, hæc est iuris prateritio, quam ego concedo. Cui opponitur iure suo agere, uel pro iure suo agere: quod etiā summo iure agere dicitur, id est, rigorē tenere, ut alibi docuimus. Hoc uerbo Diuus Augustinus libro XIIII. de Ciuit. usus est perelegāter: de mēbro enim genitili loquens, Merito, inquit, huius libidinis maximē pudet, merito & ipsa membra quæ suo quodam (ut ita dixerim) iure nō omni modo ad arbitrium nostrū mouentur, aut non mouētur, pudenda dicuntur, qualia ante peccatū hominis nō fuerunt. Quinetiam ius pro potestate ponitur interdū. Liu. Quæ ex ijs habere uictori, qbus mulctari eos uelit: ipsius ius atq; arbitrium esse. Plinius lib. 1. 1. natural

Decedere suo iure.

Suo iure agere.

Ius.

turalis hist. Imperfecta uerō in homine naturæ præcipua solatia, ne Deum quidem posse omnia, nullumq; habere in præterita ius præterquam obliuionis. Idē de interticula uite loquens lib. XIIII. Carbunculari hæc negatur, magna dote, si uerū est, aliqua in uite, cœlo nō esse ius. Quid sit autem carbunculatio, nos alibi dicemus. Matthæi V 11. Et admirabantur turbæ super doctrinam eius. Erat enim docens sicut potestatem habens, & non sicut Scribæ & Pharisei, ἢ ἡ διδασκαλῶν ὡς ἔξουσιαι ἔχουσιν. Nisi ad uerbum transferretur, transferri fortasse sic significantius potuit, Erat enim ueluti iure suo docēs. Vnde Marci 1. & Lucæ III. ὅτι ἦν ἔξουσιαι ἢ ὁ λόγος αὐτοῦ. Et stupebant in doctrina eius, quia in potestate erat sermo eius. Admirabantur enim omnes Christum differentem, & merito, utpote qui de diuinis iure suo differeret, quæ ipse unus omnium hominum perfectē nosset. Ius etiam pro conditione ponitur. Cicero de lege agr. Optimo enim iure ea sunt profecto prædia, quæ optima cōditione sunt. Libera meliore iure sunt quàm serua. Paulo post causam pro iure dixit, Soluta meliore in causa sunt quàm obligata. Immunia meliore cōditione sunt, quā illa quæ pensitant. Idem in Verr. Quæ est ista cōditio Siciliæ? Cur quæ optimo iure propter uetustatē, fidelitatē, propinquitatē esse debet, huic præcipua lex iniuriæ defuit? Ius etiā uocatur, qđ uim habet sanctionis & legis. Idē de legibus, citās uerba XII. tab. Quod is qui bellum gerat, imperaſsit, ius ratūq; esto. Sic Vlp. De legibus, Nō ambigitur Senatū ius facere posse. Id est, Senatus consulta omnes tenere, qui imperio Romano parēt.

Ex 1. Quid ergo, eodem titulo.

Interim tamē quādiu summittatur et suppleatur capita quæ demortua sunt, et reliqua. Juriscōsultus hic proprio uerbo usus est. Est enim submittere, propagandæ sōbolis

Matt. locus. Eξουσία. Lucæ locus.

Submittere.

gratia matricibus supponere, atq; alēdos præbere factum. Colum. lib. viii. de ouibus loquens, Hoc qui faciet, seruire debet, ne minori quadrimæ, ne ue ei quæ excessit annos octo, prolem submittat. neutra enim etas ad educandū est idonea. Idem de bobus, Sed non est dubium ubi pabuli sit letitia, posse omnibus annis partum educari, at ubi penuria est, alternis submitti. Idem, Summitti tamen et in uicina urbis quoq; oportebit, cum præsertim boni pastoris uel cura prima sit omnibus annis in demortuarum uitiofarum, uel ouium locum, totidem uel etiam plura capita substituere. Vergil. in iii. Georg. Tu modo quos in spem statuis submittere gentis. Et in Tityro, Pascite ut ante boves pueri, submittite tauros. Quod uerbum etiam ad uices transfertur. Colum. lib. v. At e contrario ad meridiem plures palmites submittantur, qui laborantem matrem feruoribus æstiuis opacent. Idem. Itaq; una tantum materia iugo proxima, et unus infra eam custos submitteendus, qui uitam mox in annum renouet.

Exl. Quidam Hyberus, De ferui. præ. ur.

Non licet autem tribulos habere admotos.) Sic quædam in multis libris legitur: sed in emēdatis tubulos legimus. Tubi et tubuli, id est, σωλήνες, canales sunt fictiles uarijs usibus accommodati. Tribuli uerò uel ut Græcè dicitur τριβύλοι, machinile sunt ferreæ, dolosæ, trigona aut tetragona forma, que in quacūq; partē incubuerint, unū aut plures aculeos infestos protēdūt. Plutarchus in Apoph. Κατασπύρει τριβύλλας σιδηρῆς, ὅπως μὴ διαμύχοντες οἱ πολέμοι προσμάχωνται τοῖς χόμασι, Spargere tribulos ferreos, ne hostes aggeribus insistentes pugna illinc cicere possent. Polit. in Herodiano li. iiii. Stimulata fuga tribulos, aliāq; ferram

ferramēta acuminata projiciebant. Latine murices dicuntur. Curtius lib. iiii. Bion quidā transfuga nuntiat Regi murices ferreos in terrā defōuisse Dariū, quā hostē equitem emissurū esse credebat. Valer. lib. iiii. de Scipione Aemiliano loquēs: Suadētibus quibusdā ut circa moenia urbis quam obsideret, ferreos murices spargeret, ne subita eruptione hostes impetū in præsidia nostra facere possent, et reliqua. Hinc muricati gressus Fulgētio, id est, formidolosi et pauendi: Intue mur, inquit, arua quibus adhuc impressæ bellantiū plantæ muricatos, quod aiunt, sigilla uerunt gressus. Et formidine mēti nondum extersa hostes in uestigijs ponebamus: terrorē enim pro sui memoria miles hostis heredem reliquerat. Tribulorū meminit Vegetius lib. iiii. Lingua uernacula calciatrappæ uocantur. A cuius similitudine eodē nomine herba spinosa uocatur utraq; lingua. Matth. vii. μήτι συλλέξουσιν ἀπὸ τῆς τριβύλλου σῆκα; Matth. locus. Nunquid colligunt de tribulis ficus? Hanc lingua uernacula, eodē etiam nomine, quo decipulam ferream appellat.

Exl. Arborem. eodem titulo.

Si uerò Heliocamino uel solarario.) Heliocaminus ad uerbum solaris fornax dici potest. Est autē solare uaporariū in aprico loco situm ad calorē solis excipiendū, quo antiqui utebantur. Plin. in Epist. lib. 2. de Dieta quadā loquens: In hāc heliocaminus quidā aliā xystum, aliā mare, utraq; solē prospicit. Id est, utraq; parte soli opposita est. Solarium autē præter alia significata locum significat, in quo horæ ad solem denotātur, ueruto umbrā faciente, uel pinula, cuius rei inuentionem et rationem gnomonici profitentur. Cicero pro Quintio: Non ad solarium, non in campo, non in cōuiujs uersatus est. Id est, in foro Romano ubi erat solarium. Solaria etiam sunt ipsa horoscopa uasa.

Exl. Qui in sella, De seruitut.
rust. præd.

Qui in sella aut lectica uehitur, ire nõ agere dicitur.)
Accursius malè de equo intellexit. Sella enim curulis intel-
ligèda est, ut sella qua magistratus Romæ uehi solebāt. In
uenalis: Vis ne saluari sicut Scianus, habere Tantundè,
atq; illis sellas donare curules, illam exercitibus præpone-
re? Sella enim curulis uectabulū erat, quo sedentes magi-
stratus gestabantur quod gestatoriu etia dicitur, et gesta-
toria sella. Tranquillus in Nerone: Interdium quoq; clā ge-
statoria sella delatus in theatrum. Et gestationes, loca ge-
standis hominibus apta, quod sanitatis causa faclitabāt, ea
forma qua cœnationes ambulationesq; dicuntur. Plinius in
Epistolis: Ortum et cœnationē uidet, qua ortus includi-
tur gestatio buxo, aut roremarino, ubi defuit buxus, am-
bitur. Idē: Adiacet gestatio in interiore circuitu uinea te-
nera et umbrosa. Sicq; illud intelligi debet in lege, Ae-
quisimū, supra, De usufructu, Viridaria uel gestatiōes ar-
boribus instructuosas opacas. Gestari autē ἔστραδωπὸν à Gre-
cis dicitur, et ἀφροπόπιδιον. Ephippium autem de equo
dicitur, non sella: unde ephippiarij equi dicuntur, ut clitel-
larij et doruarij, qui et dossuarij dicuntur. et iugales,
et qui desultorij uocantur, id est, quibus equites sine ephip-
pijs insident, ut supra diximus.

Exl. Lucius, eodem titulo.

Et dono tibi digitum in domum tuam, quæ in hysiotho-
mo est.) Digitus hic modū aquarum significat, cuius dia-
metros digitalis est. Omnis autem modulus aquarius (in-
quit Frōtinus) colligitur aut diametro, aut perimetro. Di-
gitus igitur pro fistula digitaria intelligendus, aut etiam
unciaria. Vnciæ enim modulus habet diametri digitum

unum,

unum, et digiti trientē. Verum de modulus alibi fortasse
uidendum erit. Accursius nescio quid nugatur hic diuina-
citer (ut solet) de digitis et rostris statuaria. Hysiothomū
autem terrā inter duo maria interpretatur, quod si est, nõ
hysiothomum, sed isthmum legendum. Isthmus autem pro-
prie collum significat, à cuius similitudine terra oblonga
et angusta inter duo maria isthmus etia dicitur. Cui por-
thmos, id est, fretum etia opponitur, maris scilicet inter
duos cōtinentes angustia. Vnde per antonomasiam isth-
mus Peloponnesi dicitur inter Aegæum et Ionium mare
quinq; millium passuum intervallo, cuius fauces Corin-
thus obsidet. Plinius de Peloponneso loquens: Angustia,
inquit, unde procedit, Isthmos appellatur. Et paulò post:
Angusta ceruice Peloponnesum contingit Hellas: Corin-
thiacus hinc, illinc Saronicus appellatus sinus. Quibus
uerbis Plinius significationem Isthmi expressit. Sic enim
Isthmus à latiore terra protinus gracilescit, ut ceruix à
corporis compage deductior eminent. Vnde Paristhmia
partes quaedam in homine dicuntur à medicis circum fau-
ces, quæ Latine Tonsillæ dicuntur.

Isthmus.

Portmos.

Paristhmia.
Tonsillæ.

Exl. Proprium, in titulo, Com-
munia prædiorum.

Seruitutē recipere nisi sibi nemo potest. Et paulò post,
Ita ut tota seruitus ad eū qui receperit, pertineat.) Aliās
excipere, inquit Accursius: uidelicet id cōmētus, quia uer-
bū hoc non intelligebat. Recipere, inquit Nonius, est ex-
ceptum facere. Plautus in Trinummio: Vbi nunc adolescēs
habet? posticulum hoc recepit, cum ades uenderet. Quo
in loco habet pro habitat intelligendum. Est autē reci-
pere antiquum uerbum iuris. Cato Voconiam legem sua-
dēs uerbis hysce usus esse dicitur, Principio nobis mulier,

Recipere.

D 2 cūm

Sella curulis.
Gestatorium.

Gestationes.

Ephippium.
Genera equo-
rum.

Digitus.
Modulus aqua-
rius.

cum magnam dotem attulit, tamen magnam pecuniã recipit: quã in uiri potestate nõ committit, eam pecuniam mutuatam dat uiro: postea ubi irata facta est, seruũ receptitiũ sectari, atq; flagitare uirũ iubet. Gellius: *Quãdo mulier, inquit, dotẽ marito dabat, tũ quæ ex suis bonis retinebat, neq; ad uirũ transmittibat, ea recipere dicebatur.* Sicuti nunc quoq; in uẽditionibus quæ excipiuntur, neq; uenit.

Receptitius seruus.

Receptitiuus ergo seruus mulieris est proprius, quẽ cũ pecunia reliqua mulier receperat, neq; dixerat doti, sed retinuerat. Græcè ἐξαιρητὸν dicitur. Recipere etiã repromittere significat, & in sese suscipere Marcus Tull. in 1. de Oratore: *Quo quidẽ in genere Marcus Bucculeius homo neq; meo iudicio stultus, & suo ualde sapiẽs, & à iuris studio non abhorrens, simili quodam modo nuper errauit. Nã cum ædes L. Fufio uenderet, in mæcipio lumina uti tũ essent, ita recepit. Fufius uerò simul atq; adificari coeptum est in quadã urbis parte, quæ modò ex illis adibus cõspici posset, egit statim cũ Bucculeio, quod cuiuscunq; particule cœli officeretur, illa quamuis esset procul, mutari lumina credebat. Recipere ergo est præstaturum se promitte-*

Ἀναδέχεται. τὸ ἐφ' ἑαυτῷ ἀδέχεται.

EXI. Venditor. eodem titulo.

Legem dederat ne contra cũ piscatio tignaria exerceretur. Sic quidem Accursius legit, & nescio quid de huiusmodi piscatione dicit. Nos uerò nõ tignaria, sed thymnaria legendum arbitramur, haud dubia cõiectura. Thymnaria enim pisces sunt prægrandes, à quibus Thymnoscopi dicti homines è littore editiore thymnos speculari soliti. Latine thynnarij thunnarij que dicuntur: quo uerbo Theodorus Aristotelis interpret in libris de Animalibus usus est. Est & uerbũ apud Græcos θυνοσκοπῶ, id est, thunnos capto obser-

Thymnaria Thymnoscopi.

Thynnarij θυνοσκοπῶ.

obseruõq; Aristophanes ἰπποδῶσι de Cleone Atheniẽsi demagogo loquens, id est homine populariter factioso, quasi quodam plebicola. Sic enim apud Athenienses uocabatur duces quidam uulgi popularẽ aurã concionibus aucupantes, κατὰ τὸ πῆρῶν ἀναδερ τὸς πόρος θυνοσκοπῶν: id est peruigili speculatione obseruas. Siquidem, ut inquit enarrator, thunnarij in editiore rupe stantes, subeuntes retia thymnos tanquã è specula despectãt. Propterea factũ est, ut Thymnoscopia pro accurata, & incõnienti obseruatione accipiatur. Synes. ἀπὸ θυνοσκοπῆς ἐπὶ τῶν ἰγυμορικῶν ἀλάμων, è piscatore dux designatus. Thymnos autem simulatq; in retia insinuasse uidebãt, suscinis eos cõficere adoriebãtur, unde thynnizo uerbum, & thynnazo apud Græcos pro lancino & cõfigo. Vtuntur & hodie in Hispania huiuscemodi piscatione, ut ex Hispanis hominibus audiui.

Demagogi. Διμάγογοι.

Thymnoscopia.

θυνοσκοπῶ.

θυνοσκοπῶ.

Ex lege Sicuti, Si seruus uendicetur.

Supraq; cũ parietẽ columnas structiles imponere, quæ tecũ porticus ambulatoriæ sustineãt. Columnæ structiles sunt, quæ aut lapide quadrato, aut laterculis extractæ sunt, quæ pile etiã dicuntur. Est enim hæc differentia inter columnas, quæ à Græcis κίονες, et pilas, quæ στῆλαι ab illis dicuntur. Columnæ uno scapo cõstãt, id est, lapide oblongo perpetuo. Pile structura cõstant aut lapidea, aut cementitia, aut lateritia. Propterea hinc ab Ulpiano structiles columnæ dicuntur. Nostrates pilaria uocat. Plinius Græcè stelas uocat lib. vi. cap. xxviii. & xxxix. Stela autẽ sunt propriè lapideæ pile surrectæ, in quibus fœdera inscribi solebãt, ut oibus innotescerent, et in quibus etiã homines proscrisbi solebãt. Isocrates in Panegyrico cir ca finẽ utitur, et Demosthenes idẽtidẽ. Hodie stela propriè uocari possunt

Columnæ & pilæ.

Κίονες. Στῆλαι.

Stela.

sunt lapideæ cruces, uel huiusmodi monumēta quæ in mili-
 taribus uijs extructa uidemus, literis interdū insculptis
 Cippi. ad memoriā alicuius rei prodendā. Latine Cippi dicuntur,
 quales super sepulcra extruuntur. Pausa. ἡδὲ δὲ τὰ παρὰ
 σῆλαι τὰ ὀνόματα τὰ ἀποθανόντων ἔχουσι. Persius: Assense-
 re uiri: nunc nō cinis ille Poëta Felix? nunc leuior cippus
 nō imprimit ossa? Et apud Horatium in 1. Serm. Mille in
 frōte pedes: trecetos cippus in agrū Hic dabat, heredes
 monumētū ne sequerētur. Ἐ σὺ λῆτις apud Demosthenē
 ἀτιμῶς ἐπὶ σῆλαι ἀνακαταφείσ. unde σὺ λῆτις ἀτιμῶς λόγος,
 orationes infamates, et programmata ignominiosa. Columnæ
 Colinae partes paries sunt, scapus quasi columna corpus. supra scapum
 capitulum, infra scapū spira, quæ basis sæpe appellari so-
 let, infraq; spirā stylobates. Autor Vitruuius lib. III. Stru-
 ctilis igitur à structura dicitur. Idem lib. V. de hypethris
 Stru-
 ctilibus. ambulationibus loquēs: Fodiuntur Ἐ exinaniantur quàm
 altissimè, Ἐ dextra ac sinistra strucliles cloacæ fiāt. Idē
 libro octauo: Ductus autem aquæ fiunt generibus tribus:
 riuus per canales strucliles, aut fistulis plumbeis, seu tubu-
 lis fistilibus. Strucliles canales appellat, structura et fabri-
 ca cōstantes, quales hodie Romæ semirutū uisuntur. Idem
 libro secundo: Itaq; pilis lapideis, strucluris testaceis, pa-
 rietibus cæmentitijs extructæ, cōtignationibus crebris co-
 axatæ, cœnaculorum ad summas utilitates perficiūt despe-
 ctationes. Structura etiā à contignatione differt. Idē lib.
 quinto: Cōcameratiōes uerò si ex structura factæ fuerint,
 erūt utiliores: sin autē contignationes fuerint, figulinum
 opus subiiciatur. Eodē pertinent uerba eiusdē Vlpiani in
 lege, Si fortē. §. Modus, supra hoc eodem titulo: Fortē ut
 Lapis quadra-
 tus. reficiat lapide quadrato, uel lapide struclili, uel quoli-
 bet alio opere. Structuræ enim genera tria sunt. Quidam
 enim

enim lapides quadrati uocantur, id est, orthogoni, Ἐ ad
 normam respondentes, quos uulgò casos uocamus. Sunt
 alterius generis lapides rudes Ἐ informes, quæ cæmenta. Cæmenta.
 uocantur, quibus ad faciendas operum utuntur inter pila-
 res, uel quadratas eductiones, quas artifices gambas ap-
 pellant. Utuntur Ἐ his lapidibus ad parietes uillaticos
 extruendos. Hoc genus structuræ incertū est Ἐ sine ue-
 nustate, quasi lapide temere in uento constructum. Est Ἐ
 tertium genus inter hoc Ἐ illud medium, ex lapide ordi-
 nario, nec temere congestum, nec ad perpendicularum re-
 spondens, sed tamen ordine coagmentatum. Vitruuius li-
 bro secundo: Itaq; non est contemnenda Græcorum stru-
 ctura. Non enim utuntur è molli cemento polita: sed cum
 decesserunt à quadrato, ponunt de silice, ceu de lapide du-
 ro ordinaria. Idem de hiantibus structuris loquens, Ἐ ui-
 tiosis: Quod si quis noluerit in id uitium incidere, medio
 cauo seruato secundum orthostatatis intrinsecus ex rubro
 saxo quadrato, aut ex testa Ἐ silicibus ordinarijs firuat
 bipedales parietes. Ordinarios appellat non incertos, sed
 Ordinarij sil-
 ces. eiusdem formæ Ἐ ordinis, Ἐ inter se similes. Struclilem
 autem lapidem Vlpianus, aut ordinarium, aut incertum
 intelligi uoluit. Hæc tamen magis lapidis genera, quàm
 structuræ dici possunt. Propterea Plinius lib. XXXVI.
 capite uicesimo secundo, structuræ genera quatuor ponit,
 isodomon, pseudisodomon ab æquabili inæquabiliq; stru-
 ctura dicta emplecton, dictyotheton. Quæ si quis intelli-
 gere cupit, adeat Plinium: satis est enim nobis locum no-
 tasse, quod ad hunc locum attinet. Structura autem exa-
 cta qualis esse debeat, idem Plinius his uerbis docet: Stru-
 cturam ad normam Ἐ libellam fieri, Ἐ ad perpendicu-
 lum respondere oportet, Normā nostrī quadrā uocant, Norma.
 lib

Libella.
Perpendiculū.

libellam niuellum, perpendiculum plumbum. Vitruvius lib. v. de tectorio opere loquens: Longitudines ad regulam & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam respondentes exigantur.

Exl. Qua actione, Ad leg. Aquil.

Si quis in colluctatione uel Pancratio. Diximus alibi multa de exercitamentis antiquis, pancratium autē dicendum huc reiecimus. Est igitur pancration, certaminis genus, ex eo dictum (ut uidetur) quod aduocatis omnibus corporis uiribus, omniumq; neruorum contentione transigitur. Calcibus enim etiā & cubitis non modò pugnis pancratia stae utebantur, omniq; petendi emulū prehendendiq; modo. Lucianus *ωελ γυμνασίου*, id est, de gymnasijs, Anacharsin Scythen his propemodum uerbis Solonem de institutis Atheniensiu rogitantē ut admirandum inducit: *Quam tandē ob rem ò Solon iuuenes uestri hæc faciunt? Quidam enim eorū mutuò se supplantant: quidā obstricta gula strangulant: nonnulli inter se ui fleantur, & in cæno more suū uolutati mutuò se conspergūt, iamprimum positis uestimentis pingui alter alterum affricantes placidissime, mox nescio qua ui impulsū obtrudūt inuicē sese nutu obuersario, frontesq; oblidunt pecudū more inter se obarietantes. & ecce tibi cruribus hic illum tollens, humiliidēs, mox in eū sese librans erigi ultra nō finit in cæno proculcatū, cruribusq; comprehensum cubitis in uentrem connixus foedissime miserū angit. & reliqua, quæ ille de exercitamentis Græcorū luculentissime prosequitur. Ex quibus apparet huiusmodi colluctationes in cæno, et arena exerceri nudis corporib. solitas esse. Et paulò inferius, in persona Solonis: Huiusmodi autē, inquit, exercitamentorum id quod in cæno exercetur pale (id est lucta) uocatur*

catur. Qui uerò in puluere exercetur, ipsi quoq; luctantur. Cum uerò ferūt uicissim cōcertatione arrectaria, pancration dicitur. Το ὃ πάρι ἀλλήλων ὀρθοσάδην, *παγκρατία* λέγομεν. Et rursus, οἱ ὃ ὀρθοσάδην κενονιμῶνται ἢ ἴψοι πάρι ἀλλήλων προσεσόντες ἢ λακίσιςσιν. Qui autē, inquit arrecti puluere obsiti sunt, ferūt et ipsi alter alterū petētes procurso calcitratuq;. Quinti. lib. ii. de Instit. orat. Si uerò liberalior natura cōtigerit, et in qua merito ad spē oratoris sinus aggressi, nulla dicēdi uirtus omitterēda est: sicut ille exercēdi corpora peritus, nō si docēdū pancratia sten suscepit, pugno ferire uel calce tantū, aut nexus modò, atq; in ijs certos aliquos docebit, sed oia quæ sunt eius certaminis. Sunt qui pancratia stas pro pēta Pentathli. thlis intelligi uelint, id est, ijs qui quinq; illa antiqua certamina Græciæ obierūt et uicerūt, *παγκρατία* ὅσας πάντων κέραι ἴσας intelligi uolētes, id est, omnium uictores, idq; Hermolaus lib. trigésimo quarto emendationū suarū scripsit. Quod unde acceptū sit nescio. Sudas certē pācratia Pancratiastæ. sten manibus pedibusq; pugnantē interpretatur. Plin. lib. trigésimo quarto: Fecit & Satyrum admirantē tibias, & Mineruā, Delphicos pentathlos, pancratia stas. Gell. lib. duodecimo, Panætij sententiam quandā referens: Vita autem, inquit, hominū qui a tatem in medio rerum agunt, ac sibi suisq; esse usui uolūt, pericula negotiaq; ex improviso assidua, & propē quotidiana fert. Ad ea cauēda atq; declinanda perinde esse oportet animo semper prompto atq; intento, ut sunt athletarū, qui pancratia stae uocātur. Nam sicut illi ad certandū uocati, proiectis antē brachijs consistunt, caputq; & os suum manibus oppositis quasi uallo præmuniunt, membraq; eorum omnia priusquam pugna mota est, aut ad uitandos ictus cauta sunt, aut ad faciendos parati:

parata: ita animus atq; mens uiri prudentis, consilia cogitationesq; contra fortuna uerbera, contraq; insidias iniquorum quasi manus & brachia pretendens. Alioquin tamen apud Græcos πυγμαίον πρῶτον interpretatur, id est, pancratiū pentathlon, nempe πυγμαίον, id est, pugillatum, δρόμον cursum, δίαλμα saltū, δίσκον discum, & ἄλλω λυγνῶν, quos Hermolauus secutus est.

Ex eodem loco.

Committere. Nisi domino committente hoc factum sit.) Committere, est ad contentionē & concertationē exhibere. Vnde committi gladiatorū paria dicebantur in spectaculis & athletarum certaminibus, id est, ad digladiandū copulari, comparariq;. Similiter & Poëtæ & Oratores cōmitti dicebantur, id est, bini ad ingeniorū ostentationem exhiberi.

Cōmissiones. Inde q; cōmissiones dicte scenicæ scilicet & Poëticæ & etiam ludicræ, quas Prætores ludis præsidentes faciebant. Tranquillus in Claudio: Circenses etiā frequenter in Vaticano commisit, nōnunquam interiecta per quinos missus uenatione. Idem in Augusto: Componi tamē aliquid de se nisi & serio, & à præstantissimis offendebar. admonēbatq; Prætores, ne paterentur nomen suum cōmissionibus obsoleferi. Inde illud Satyricum, Cōmittit uates, & comparat inde Maronem. Ex hoc autē factum ut committere pro iritare ponatur, & ad iram accendere. Tranquillus in Caligula: Non cessauit ex eo criminari alterum alteri,

συγκρῆναι. & inter se committere. Hoc Græci dicunt συγκρῆναι. Isocrates, Τοῦτ' ἔστι δόμιον συγκρῆναι τὴν ἑτέραν πρῶτον ἀπὸ τοῦ ἑαυτοῦ. Inde apud Liniū bellum commissum legimus, id est (ut uulgò dicunt) guerram apertam esse, cum aliqua iniuria lacescente bellum inter duos populos irritatur, quasiq; res ipsa indicitur.

Commissum bellum.

Ex

Ex I. Si seruus. §. Si fornicarius.

Lego fornicarius à fornace.) Erat autē fornacarius ser Fornacarius. nus idem, qui pistrinarius uel pistor. Fornacalia (inquit Festus) feruæ sunt institutæ farris torrendi gratia, quòd ad fornacem quæ in pistrinis erat, sacrificium fieri solebat. Idem alibi: Fornacalia sacra erant, cum far in fornaculis torrebāt. Seruius autem Gramaticus autor est apud priscos molarum usum non fuisse. fruges enim torrebant, & deinde in pilis pinsebant: & hoc erat molendi genus, quod & suo tempore adhuc facilitatū esse ait, Ex quo more illud Vergilianum esse in 1. Aeneidos: Et torrere parant flammis, & frangere saxo. Mole autē postea inuenta sunt asinariæ quædam, trusatiles, id est, hominum opera uersatiles. Gellius libro tertio de Plauto comico loquēs: Sed enim Saturionem & Addictum & terriam quandā comœdiam, cuius nunc mihi nomen non suppetit, in pistrino cum scripsisse Varro, & pleriq; alij memoriæ tradiderunt, cum pecunia omni, quam in operis artificum scenicorum pepererat, in mercationibus perditā, inops Roman rediisset, & ob querendum uictum ad circūagendas molas, quæ trusatiles appellantur, operā pistori locasset. Hoc autem non sine ingenti labore, ac fatigatione uirum fiebat: propter quod factum est ut pistrinum pro loco fatigationis pleno, & pro negotio operoso ac molesto, uiresq; conficiente ponatur. Hieronymus in præfatione Danielis: Deniq; ego adolescentulus post Quintiliani & Tullij lectionem, cum me in linguæ Chaldaicæ pistrinum reclusissem, & multò labore uix cœpissē anhelantia fridentiaq; uerba resonare, & quasi per cryptam ambulans rarum desuper lumen aspicerē, in pegi nouissimē in Daniele. Pistrinū pro ærūna dixit studiij difficillimi.

Mole asinariæ & trusatiles.

Pistrinum.

Μολῶν

Μυλῶν ἢ Græcis dicitur. Lucianus de uili mancipio, τῶν μολῶν ὡς πρὸ ἀνακτορῶν, προσκινῶν. Aquariarum autem molarum loca quibus nūc utimur, moletrinas. ut arbor, appellare possumus, ut ex Nonio colligo.

Ex eadem paulo post.

Cum eo planè qui uinum spurcauit uel effudit.) Spurcū Nonio tradēte multa habet significata, sed tamē ex Festo enarrādum hīc uidetur. Spurcum, inquit, uinum dicebāt, aut aqua mixtum, aut igne calefactum, aut mustum ante. Spurcare. quam deseruefecat. Vt sit spurcare uinum, aqua infusa uti. Tamen si Græcorū uina legimus perfundi aqua sole re ad lenitatē excitandā, sed marina & salsa, ut autor est Plinius lib. xiiii. In Italia autem condiri musta mos erat. Prouerbiū est apud Græcos, ἀπώλεσας τὸν οἶνον ἐπιχέας ὕδωρ, Perdidisti uinum aqua infusa. De ijs dictum qui beneficia commodè collocata, importunè cōmemorātes, eorum gratiam perdūt: aut qui res præclarè gestas paruulo aliquo errato dehonestant. Dicit etiam potest de ijs qui liberalitates alioqui cōmendabiles illiberali detractumcula delibātes ueluti præfloratas mittūt, nec synceras, nec meracas conferentes. Cuiusmodi eorum est factum, qui sibi ius aliquod in res donatas recipiunt, aut ius reposcēdi si quādo pœnituerit eos benignitatis, aut huiusmodi aliquid nec candidi, nec ingenui cōsiliij comminiscuntur. Propterea Isocrates ad Demonicon scribēs inter prudentiæ præcepta & hoc addidit, μὴ ἢ τὰς χάριτας ἀχρηστῶς χρεῖσθαι. Ac si dicas ad uerbū: Nec gratias ingrātè gratificari. Quod multi, inquit, faciunt, qui cum benefici quidem re uera sint, iniucundos tamen amicis opitulatores sese præstant. Nostra autem ætate inspurcare uinum dici possunt, qui erogationes & benignitates in-

gentes

gentes ab ambitiosa pietate profectas, gentilitijs insignibus, alijsq; commentis deprædicātes, quasi aquula in uinū infusa deperdere uidentur. eas enim non magis religioni, ut opinor, quā ambitioni expēsas ferre possunt. sicq; recipiunt mercedem suam, inquit Dominus.

Ex eadem, paulo inferius.

Si mulier pugno, uel equa ictu à te percussa eiecerit.) Eijcere. Eijcere uerbū, est ad immaturū partū accommodatū. Vnde eieci partus dicūtur, pro abacti, quo uerbo Plinius libro duodetricesimo usus est. & eiecitia uulua, quæ à Græcis ἐμβόλας dicitur, à Plinio li. xi. A quorū imitatione hæc locutio tracta. Apud eos enim ecbolimi eieci eiecitijq; et abortiui dicūtur. Et ἐμβόλια, medicamenta, quibus medici utūtur, abigēdis in fantibus in utero enectis, quæ & φθόεα dicūtur. Verba sunt crebra apud Dioscoridē. Latine eiectoria, & eiectrices medicinae dici possunt. Plin. libro decimoquarto: Thasiā uuā Aegyptus uocat apud se prædulcem, quæ soluit aluum. Est cōtra in Lycia, quæ solutam firmat. Aegyptus & ecbolimā habet abortiuos faciētem. Vbi in quibusdam libris ecbolada legitur, utrobiq; rectè. Idē de Scæmonite uino, Hoc uinū, inquit, phthoriā uocat, quoniā abortus facit. Sic enim in antiquis exemplaribus legitur manu scriptis, licet in impressis ectrinatiū legatur uerbū subditiuū. Ea autē medicamenta quæ sterilitatē afferunt, & conceptum adimūt, hoc est, uim concipiendi, Atocia dicuntur, Dioscorides de cedria loquēs, περιχρησθῆσα ἢ ἀβολῶ πρὸ ἄσωςτοίας, ἀτρονίον ἐστίν, Circūlita, inquit, gentili ante coitū atocij uim habet. Aristot. li. vii. de Animalibus, ἐκρῶσας, i. effluxiōes uocari tradit eas cōceptas corruptiones, quæ intra septimū diē fiūt. Abortiones uerò ἐκρῶσας ἴσθι ad quadragesimū uocitari. Cuius dicti

Aquulam in uinū infundere.

ἐμβόλας.

Eiecitius.

Ecbolia.

Phthoria.

Plinij locus.

Atocia.

Εκρῶσας.

Effluxio.

Abortio.

Εκτρῶμοι.

dicti

Partus imma-
turus.
Partus uitalis.

dicti causam Cēforinus explicat in libro De die natali A
quadragesimo igitur die partus immaturi dicuntur, eorum
partim uicales, id est, ζωσιμοι καὶ βιωσιμοι, partim nō ui-
tales, ut quinto, sexto, octauoq; mense.

Ex eadem I. Si calicem diatretum.

Calices diatre-
zi.
Toreumata.

In antiquo emendatē diatretum legimus. Tretum enim
et diatretū Græcē foratile, pertusum, tornatile, aut tor-
no factū significat, à uerbo τριζῶ καὶ διατριζῶ, unde δια-
τριζῶ. Sunt igitur calices diatrecti celati, et tornatiles,
quæ toreumata Græco uerbo dicuntur Sallustio, Cicroni,
Tranquillo. Martia. lib. x i i. Epig. O' quantū diatrecta
ualēt, et quinq; comati: Tūc cum pauper erat nō sitiebat
aper. Aliter tamen ab interpretibus legitur ille locus.

Quod autē sequitur de margaritis: Ut pertusis in linea
uteretur, Linea hic pro lineo filo intelligendū, id est, su-
niculo, qui per medios uniones trāsfigi solet. Vitruuius li-
bro quarto ca. quarto: Nā si duæ colūnæ æquæ crassæ li-
neis circumtiantur, e quibus una sit striata, altera nō stria-
ta, et circa strigiliū caua, et angulos striarū linea corpo-
ra tægat, tæctsi colūnæ æquæ crassæ fuerint, lineæ quæ cir-
cūdantæ erūt, nō erūt æquales. Hoc loco qui uulgò corrup-
tissimè legitur, lineā Vitruuius pro funiculo posuit. Ex-
tricator autē uniones Vlpianus eos intellexit, qui ex rudi
et natiuo habitu arte gēmarij politi sunt. Est enim extri-
care quod Græci ἐκλέπαι dicūt, hoc est dēpto cortice ex-
polire. Accursius extricatas margaritas ab inuicē separa-
tas interpretatus est: naturā utiq; margaritarū ignorās:
de quibus Plinius libro nono, ita inquit: Dos omnis in can-
dore, magnitudinc, orbe, leuore, pōdere, haud prōptis re-
bus, intantū ut nulli duo reperiantur indiscreti: unde no-
men Vnionum Romanæ scilicet imposuere deliciæ. Nam
apud

apud Græcos non est, nec apud Barbaros inuectores eius
aliud quā margaritæ. Cum ergo nulli duo reperiantur co-
herentes, unde ab unitate uniones dicti, extricare Accur-
sius malè pro separare intellexit. Indiscreti tamen unio-
nes apud Plinū intelligi possunt omnino similes, id est, si-
militudine indiscreta. Sic enim Plinius id uerbū usurpare
solet, ut lib. v i i. Magna Pōpcio Vibius quidam e plebe,
et Publicius etiā seruitute liberatus indiscreta propēspe-
cie fieri similes, illud os probū reddētes, ipsūq; honorē
exinie frontis. Idem Plinius de his loquēs: Sani quidē cō-
charū partus multiplici constant cute, non improprie cal-
lū ut existimari corporis possit. itaq; purgātur à peritis.

Ex fine eiusdem legis.

Item si testori locaueris lacum uino plenum curādum.)
Legēdum puto Vietori. Viere (inquit Nonius) uincire est Vietor.
et inflectere: unde illud Varronis li. i. de re Rustica: Ut Viere.
habēā uimina in uiedo. Idē Varro de lingua Latina, lib. i.
Viere, inquit est uincire: unde apud Emiliū: Ibant uiere ue-
ueriā corollā. Viere, inquit Festus, alligare: unde uimina
et uasa uiminea. Donatus in Eunuchū: Vietus, inquit, mol-
lis, staccidusq; et flexibilis corpore: unde et uimina, ui-
tes, uictores dicuntur: et uiere, religare: quia uietis uirgis
religare possumus. Hæc enus Donatus. Terēt. Hic est uie- Vietus.
tus, uetus, ueternofus senex. Plau. in Merca. Acherōticus
senex, uietus, decrepitus. Gel. Poma prēmatura uicta sunt
et putria. Sūt igitur uictores cupparij, qui uitilibus cup-
pas saciūt uincuntq;. Vitilia aut sunt quæcumq; sic lenta
sunt, ut cōmodē flectantur, cuiusmodi sunt uimina. Græci Vitilia.
Υμαρ τῶδην et λυγισιὰ uocāt exēpla sunt apud Plin. li.
x i i. ca. i i i. et li. xxxiii. ca. xvi. Lacus aut sunt, qui Lacua.
torculari supponūtur ad excipiendū mustū et labra lignea,
quib

quibus uindemiæ apud nos importantur, quibusq; ad bal-
neum utimur. Italia olim ficilibus uasis utebantur. Pli-
nius lib. x i i i i. Magna & collecto iam uino differentia
in cella. Circa alpes ligneis uasis condunt, circulisq; cin-
gunt: mtiore plaga dolijs cõdunt, in fodiũtq; terra tom.

Ex l. Si quis testamentum, eod. tit.

Inire æstima-
tionem seu ra-
tionem.

Quemadmodũ, inquit, æstimatio in hibetur.) Sic qui-
dem legit Accursius, sed in ibitur haud dubiè legendum
est. Inire æstimationem dicimus, ut inire rationẽ, hoc est,
inuenire modum, & rationem alicuius rei æstimandæ: cuius
uerbi frequentior est usus apud autores, quàm ut exem-
plo opus sit. Meminit Laurentius copiosè lib. v. Elegant.
Terentius in Heaut. Crucior bolum tantum mihi esse ere-
ptum tam subito è faucibus. Quid agam? aut quid commi-
niscar? ratio de integro in eunda est mihi.

Ex l. Si ex plagis, §. primo.

Dolones.

Ille flagello quod in manu habebat, in quo dolor in-
erat, uerberare tabernariũ cepit.) Beroaldus dolon hic le-
gendũ censebat: nec ab re quantũ mihi uidetur, cùm Ser-
uius lib. v i i. Aene. dicat, Dolonẽ flagellũ esse intra cuius
uirgã latet pugio, à fallẽdo Græcè dictũ, id est dolo, quòd
decipiat ferro, cùm speciẽ igni præferat. Tranq. in Claud.
Reperti et equestris ordinis duo in publico cũ dolone, ac
uenatorio cultro, præstolantes alter ut egressum theatro,
alter ut sacrificantẽ apud Martis adẽ adoriretur. Huius-
modi hodie uisuntur. Dolon etiã minus est uelum in nauì,
ex Polluce & Suda. Liu. lib. x x x v i. Ceterum postea-
quã Prætoriam nauẽ Polyxenidæ relictis socijs uela dan-
tem uidere, sublatis raptim dolonibus, Ephesum petũt fu-
ga. Idẽ Polyxenidas enim ut uirtute militum, haud dubiè
superari se uidit: sublatis dolonibus effusè fugere intẽdit.

Ex

Ex lege, Si uerò, De ijs qui deiecere.

Ex cuius cubiculo uel ex hedra deiectũ est.) Accursius Exhedra.
diuinaci coniectura fenestram interpretatur. Vitru. lib. v.
de palæstrarum adificatione loquens, quæ Græcica nõ
Italica ædificia erant: Constituantur autem, inquit, in tri-
bus partibus exhedrae spatiosæ, habentes sedes in quibus
philosophi rhetoresq;, ac reliqui qui studijs delectantur,
sedentes disputare possint. Cic. lib. v. de Finibus, Hoc au-
tem tempore, etsi multa in omni parte Athenarum sunt
in ipsis locis indicia summorum uirorum: tamen illa mo-
ueor exhedra. modò enim fuit Carneades, quem uidere ui-
deor. Est enim nota imago, à sedeq; ipsa tanta ingenij ma-
gnitudine orbata desiderari illam uocẽ puto. Verba sunt
Ciceronis fingentis dialogum illum suum in Academia
Atheniensi habitum, ubi Academici disputare olim soliti
erant. Idem de prouincijs Consularibus. Itaq; ille alter &
ipse est homo doctus, & à suis Græcis subtilius eruditus,
quibuscum iam in exhedra belluatur. Verba sunt Pisonẽ
mordaciter compellantis, quasi sub obtentu philosophiæ
cum Græculis exhedra, id est, in loco disputationum per-
græcicaretur, id est, perpotaret uerius, quàm cum Græcis
differeret. Exhedrae hodie dici possunt loca, quæ in peri-
stylijs sodalium canonicorum aut monachorum, id est,
claustris, uulgò capitula dicuntur. Exhedra enim Græcè
à sedium frequentia & seſitandi commoditate nomen ac-
cepit. Idem Cicero primo de Natura Deorum apud Ro-
manos exhedrarum usum fuisse docet his uerbis, Nam cũ
ferijs Latinis ad eum ipſius rogatu accersituq; uenissent,
offendi eum sedentem in exhedra, & cum Caiò Velleio
Senatore disputantem. Hic autem pro cellula studiaria
accipi uidetur, in qua grabbatulus ad meridiandum ac-

E

comm

commodatus esse solet. quo modo & apud eundem Cic. in
 III. de Orat. de meridiana enim quiete loquens, Tum de-
 dita, inquit, opera quiescentibus alijs in eam exhedram ve-
 nisse, in qua Crassus lectulo posito recubisset. cumq; eum
 in cogitationem etiam defixum sensisset, statim recessisse.
 Hieron. lib. I. Paralipomenon, cap. XXXIII. Et erunt sub
 manu filiorum Aaron in cultu domini, in uestibulis, & in
 exhedris, et in loco purificationis, et in sanctuario. Quod
 autem sequitur, Quod si ex mediano coenaculo quid de-
 iectum sit. Medianum pro medio, architectonicum ver-
 bum est, ut apud Vitruvium medianæ columnæ ab angula-
 ribus distinguitur, & medianæ testudines. Similiter me-
 dianum coenaculum hic dicitur, quod tamen pro mediano
 cubiculo coenaculi intelligo. Est enim coenaculum, ut alibi
 diximus, superius membrum domus, quod inquilini Ro-
 mæ habitare solebant, quasiq; corpusculum, suis quoque
 membris constans, cubiculo, exhedra, cellula, & huiusmo-
 di cubiculi appendicibus. Quod uero superius paulo dici-
 tur, sed si quis hospitalia habeat, solus ipse tenebitur, id
 quo modo intelligi debeat, ex Vitru. lib. V. I. conijcere pos-
 sumus. Sic enim inquit, Præterea dextra ac sinistra do-
 munculae constituuntur habentes proprias ianuas, tricli-
 nia & cubicula commoda, ut hospites aduenientes non in-
 peristylia, sed in hospitalia recipiantur. Adde quæ supra
 in titulo, De officio Proconsulis, diximus.

Ex eadem I. De his qui deiecerunt.

Prætor ait, Ne quis in suggrunda protectio ue.) Sug-
 grunda & suggrunda uocantur partes tecti prominen-
 tes, quibus stillicidia à parietibus arcetur. Qualia sunt fe-
 re Lugdunensia tecta, A Græcis γῆσοι & γῆσα dicitur.
 Suggrundatio. Inde uerbum suggrundatio Vitruuii libro IIII. cap. II.

Sub

Sub tectis, inquit, si maiora spatia sunt, columen in sum-
 mo fastigio culminis. unde & columna dicitur, & tran-
 stra, & capreoli. si commoda, columen & canterij pro-
 minentes ad extremam suggrundationem. Quæ uerba mē-
 do sistunt in impressis libris leguntur, ut totus penè tra-
 ctatus ille de architectura decem libris constans. Quare
 à paucissimis legitur. Alioquin etiam intellectu perdiffi-
 cilis, & ut Euripides tragicus de libro Heracliti cogno-
 mēto Scotini dixit, si Laërtio credimus, Διὰ τὸ καλὸν ἔχει
 τὸ ἀβελῶδες, id est, Delio natatore indigēs. In illa enim
 rerū uerborumq; obscuritate non mediocre etiā ingenij,
 quasi æstuoso frecto obrutus natator submergitur. Nobis
 uero in ea lectione contigit præceptorem eximium nan-
 cisci iucundum sacerdotem, architectum tūc regium, ho-
 minem antiquitatis peritissimum: qui graphidē quoq; nō
 modò uerbis intelligēdas res præbebat. Quo tēpore Vi-
 truium nostrum otiosè aliosq; nonnullos antiquos scri-
 ptores eodem benignissimè adiuuante emendauimus. Ac-
 cedit Græcarum literarum mediocris, uel modica potius
 cognitio, quæ in eius autoris lectione multum confert.
 Est tamen ille autor Latinæ linguæ studiosis, nedum ar-
 chitecturæ utilissimus. Ut ad rem redeamus, suggrunda-
 tionem Græci γῆσομα uocant, quod ad uerbum suggrun-
 damentum dici potest, quod tamen uerbū Theodorus ex
 Aristotele grundam, & imbricamentum trastulit. Idem
 Aristoteles libro V. de genere animalium, nonnullorum
 animalium aures suggrundatas esse dicit, ἀπογερασμέ-
 τω ὄρα appellans. Quem locū interpretis elegāter ita uer-
 tit, Auriculæ etiā longæ imbricatæq; amplius quasi grun-
 dis, intusq; anfractu longiore intortæ (quales nonnulla-
 rum quadrupedum sunt) melius auditum administrant,

Delio natato-
re indigens.

Γῆσομα.

Imbricamentū

E 2 quip

quippe quæ motum eminus excipientes ad cœsorium red-
dāt, ὄσοις τὰ ὄτα ἀπογεγεσσωμένα παρῶθεν, ἢ ὄσα τῆρ

Proiecta. ἐλικυρ μακρὰρ ἔχου. Proiecta autē & proiecta partes
Proiecta. sunt domus pronuntes, qualia sunt moeniana & podia

Proiectura. pensilia. unde aspectus est nobis in uicos & plateas, Pro-
iectura Vitruuio prominentia sunt & ucluti supercilia
quæ ad parietū arcēdis stilticijs inuenta: fabri larmicos
appellant & intabulamēta. Quamquā etiam proprio no-

Corona. mine coronæ uocetur, siue structura, siue intestino opere
Opus intesti- consistēt, quod minitariam lingua uernacula dicimus. Vi
nam, truiuis lib. 11. Summis parietibus structura testacea sub
tegula subiiciatur altitudine circiter sesquipedali, habeatq;
proiecturas coronarum. Ita uetari poterūt, quæ solent in
ijs fieri uitia, Proiecta à protegendo dicta sunt: est enim

Protegere. protegere, testum projicere. Cic. in Top, Quoniam Pu-
blius Scauola id solum ædium esse dixit, quantum parie-
tis communis tegendi causa testum projiceretur: ex quo
testo in eius qui protexisset, aqua deflueret, ius tibi uide

Pergula. ri, & reliqua. Pergulam, cuius hic quoq; fit mentio, pro
parte domus exporrecta, & propendente accipi debere
hoc in loco eius generis, quas salientes artifices nostri
appellant, nemo semidoctus ignorat. Plin. lib. x x v. de
A. Persecta opera proponebat in pergula transsem-
tibus: atq; post tabulam latens, uitia quæ notarentur, au-
scultabat, uulgum diligentiorē iudicem, quam se præs-
tens. In his autē pergulis uenales res proponebatur: sicq;
intelligendum in lege. Heres. supra. De iudicijs.

Exl. Tigni. in tit. Ad exhibend.

Emblema. Vel ansam scypho iniunxeris, uel emblemata phialæ.)
Emblema uermiculatum opus significat ex tessellis insti-
titijs aptum atq; conseruū. Inde illud Ciceronis in Bruto,
de Mar

de Marci Calidij oratione, Nullum nisi loco positum &
tanquā in uermiculato emblemate (ut ait Lucil.) struētū
uerbum uideres. Et in Oratore perfecto de collocatione
uerborum loquens ex Lucilio, Quam lepidè lexeis cōpo-
sita, ut tessellæ omnes, arte pauimento, atq; emblemate
uermiculato. Lexeis, inquit, id est, dictiones in oratione
tam lepidè compositæ, quam in pauimentis uermiculato
opere factis tessellæ. De quibus Plinius lib. x x v. In-
terrafo, inquit, marmore, uermiculatisq; ad effigies rerū
& animalū crustis. Huiusmodi hodie usitur in Italia in
ade Senensi pulcherrimum opus. Emblemata etiam in uia
sis argenteis, aureisq; & Corinthijs ornāmēta erāt apud
antiquos, exemptilia cum libitū erat, cuiusmodi ætis ista
nō nouit, ut arbitror. Ad autem ex Marc. Tullio intelli-
gibile potest in Verrem, actione v. in qua Verrē Siciliæ
Prætozem criminosè refert Haluntinos uasa omnia, quæ
tum apud Haluntium erant, in unum aceruum conferrē
cōgisse: quo factō Verrē ex omnibus uasculis emblema-
ta, id est, pretiosissimam partē reuellisse: ita ut Haluntini
domū pura nudaq; uasa referrent, id est, emblematis ab-
sterfis, et toreumata, id est, calaturæ, et emblemata apud
Verrem remanerent impudētissimo latrocinio. propter
quod factum Verrem per paronomasiam uerriculum ap-
pellat. Verba Ciceronis hæc sunt, Vasa autem ad Verrē
deferuntur: Cibiratæ fratres uocantur: pauca improbat.
quæ probarent, ijs crustæ aut emblemata detrahebatur.
Sic Haluntini excusis delicijs cum argento puro domum
reuertuntur. Quod unquam iudices huiusmodi uerricu-
lum in illa prouincia fuit: Et paulō post, Tum illa ex thu-
ribulis & patellis quæ uellerat, ita scitè in aureis poculis
illigabat, ita aptè in scyphis aureis includebat, ut ea ad

Vermiculatū
opus.

illam rem nata esse diceret. Emblemata insertū quid et insitum significat inuictumque; ideo factum ut emblemata pro ornatu temporario, et exemptibili ponatur. Inde illud Fabij libro 11. Institutionis oratoria, de locis communibus loquentis, Hoc, inquit, adeo manifestum est ad forenses actiones pertinere, ut quidam nec ignobiles in officijs civilibus, scriptos eos, memori, et diligentissime mandatos in promptu habuerint, ut quoties esset occasio, extemporales eorum dictiones his uelut emblematis exornarentur.

Ex l. Iulianus. §. Quantum eod. tit.

Posit exequi actione quod destinauit, et in nullo casu quam intendit lesa. Sic quidem ubique legitur post Accursium. Causa uero non casu legendum esse nemo nisi tardissimus non intelligit, ut sit causa quam intendit in nullo lesa, id est, nullo modo. Quod autem sequitur, Nisi paratus sit repetita die intentionem suscipere, simile illi in titulo, De damno infic. repetita die reponnere. Verbum est peculiare Iuriconsultorum: quemadmodum et alia pauca ab alijs scriptoribus non recepta. Vt per aduersione locare, uel conducere, uel emere, in iure frequentissima, et castratus pro Eunuchio natio, et uersicoloria, que nationum colorem mutauerunt, et reliqua, que nunc in mentem non ueniunt. Repetere, est retrorsus petere, ut quum

Repetere. altè repetitam orationem dicimus. Cic. in 111. de Orato. Quorsum igitur hæc spectat tam longa, et tam altè repetita oratio? Altè repetita pro à principijs rerum exorsa dixit, quæ ipsum interdum uitiosum est; unde illud Horatianum in arte, Nec reditū Diomedis ab interitu Meleagri, Nec gemino bellum Troianū orditur ab ouo. Et repetita longius interrogatio apud Fabium lib. v. At in eo, inquit, qui uerū inuitus dicturus est, prima felicitas inter

rog

rogantis est extorquere quod is noluerit. Hoc autem non aliter fieri potest, quā longius interrogatione repetita. Respondebit enim quæ nocere causa non arbitrabitur. Idem, Patronus quoque altius, et unde nihil suspecti sit repetita percussatione, priora sequentibus applicando eod sepe perduxit homines, ut inuitis quod profit, extorqueat. Vulgo dicimur longissime rem querere, uel longissime uestigare. Inde etiā repetita consuetudo et institutum dicitur, hoc est, longo interuallo relata, id est (ut clarius dicam) à longissimis retrorsum temporibus petita. Cic. in Diuin. Neque enim magis animos hominum nocentium res ulla commouit, quam hæc maiorum consuetudo longo interuallo repetita atque relata. Non ab re igitur hæc locutio repetita die à Iuriconsultis usurpatur, pro eo quod Antidatam appellant, ut infra, De fide instrumentorum, Repetita quidem die cautionem interponi non debuisse, et reliqua; id est, die retrorsus ementita. Vbi dies pro tempore intelligi debet, cum sceminino genere sit positum, ut in illa locutione, annua, bima, trima die. Iuue. Saty. x. Longa dies igitur quid contulit? Et Vergilius, Multa dies uariisq; labor mutabilis cui Rettulit in melius. Repetita die scribere uel aliud agere Græci dicunt, ἀναπέχου τοῦ χρόνου. Cui opponitur prolata die, supra in tract. De edendo.

Ex l. pri. De fer. corru. §. Quod ait prætor.

Sed persuadet Græcè etiam bonum consilium quis dando, potest suadere et malum. Lego, sed persuadet Græcè παραπάθει etiam bonum, et reliqua. Quanquam id est ariolari, huiusmodi lacunas replere uelle sine exemplari præfisco. Suadere, est hortantis et impellentis; persuadere, exortantis et perpellētis. Suadere actus et affectus, per-

Repetita consuetudo.

Suadere. Persuadere.

E 4. suade

suadere effectus. Cicer. in Philip. 1. 1. Duo tamen tempora incidunt, in quibus aliquid contra Casarem Pompeio suaserim, ea uelim reprehendas si potes. Vnum ne in quin quennium Casari imperium prorogaretur. Alterum ne pateretur fieri, ut eius absentis ratio haberetur. Quorum si utrumuis persuasisset, in has miseras nunquam incidissemus. Propterea finem rhetorices nonnulli ad persuadendi uim retulerunt, ut autor est Quintilianus in secundo: quod tamen ipse non probat, ut qui officium oratoris in bene dicendi scientia, non euentu positum esse censuerit.

Peruasio. Fides.

Πίστις.

Laurentius Vallenſis peruasione proprie uocari posse contendit, quam Latini Christiani fidem, Græci πιστιν appellat: hoc est, certam quandam opinionem et sententiam, quam nobis persuasimus. Id quod mihi Laurentius recte censuisse uidetur, cum à uerbo Græco πείρασμος, id est, persuasi mihi, πιστις apud eos dicatur, quam nos fidem dicimus. Hoc autem ex Quintiliano liquet, qui lib. v. sic inquit, Pro certis autem habemus, quæ legibus cauta sunt, quæ peruasione, si non omnium hominum, eius tamen ciuitatis aut gentis: in qua res agitur, in mores recepta sunt. Latine autem fides in hoc significato certam deriuationem non habet, sed Græcorum imitatione usurpatum est ab antesignanis fidei Christianæ, quæ aliud uerbum significatiuus esse nullum existimabant. Suadendi et persuadendi differentiam Augustinus libro 11. de Ciuitate, his uerbis expressit, de Platonis politia loquens, Confer nunc Platonis humanitatem à ciuibus decipiendis potestas urbe pelentem, cum deorum diuinitate honori suo ludos scenicos expetente. Ille, ne talia uel scriberentur, et si non persuasit, disputando tamen suasit leuitati lasciuiaque Græcorum: ut talia agerentur, iubendo extorserunt grauitati

tati, modeſtiaque Romanorum. Persuadere Græcè πείρασις dicitur, ut suadere πείρασις. Inde Pitho dicta est Dea dicendi preses, quam Ennius Suadam; Quint. persuadendi Deam, suadela[m] Horatius, Cicero leporem uocat. Hæc et flexanona dicitur, quasi animum flectens, à Græcis ψυχολογος, quasi ductrix et oblectatrix animæ. Huius autem deæ quam sanctum olim numen apud Gallos fuerit, nos uerbis Luciani auctoris Græci ostendemus, quæ nobis ob hoc uertenda esse duximus. Hercules, inquit, apud Celtas Ogmios lingua uernacula uocitatur. Eius autem speciem multum ab Hercule Græcorum abhorrentem, monstrificamque pingunt. Senex est illis Hercules admodum confestus, inculto capite glabroque, atque extrema canitie, obrugata cute, uietus, retorridus, cuiusmodi ferè maritimos artifices uideamus ad ultimam senectutem perustos. Omnia denique magis eum quam Herculem esse crederes. Atque his huiusmodi cum sit, habet nihilominus Herculis cultum, et gestamina. Amictus est enim leonino tergore; dextera, clauam tenet; arcumque sinistra protendens, pharetram ex humero pendulam habet: et ut semel dicam, Hercules est usquequaque. Hunc autem eo habitu cum uidiſsem, confestim arbitratus sum commentum esse illud Gallicum, ludibriumque quoddam hominum Herculis Græci diuinitatem suggillare maxime uolentium. Verum (id quod in primis in ea tabula admirandum esse duxi) senex ille Hercules confertissimam quandam hominum multitudinem trahit, omnes auribus uinulos. Vincula porro illi sunt habentulae prætenues auro electroque fabricatae, spirulis collaribus honestissimis pistinales, δεσμά τῶν εἰσὶν οἱ ἀσπίροι λοπταὶ χρυσοῦ καὶ ἠλέκτρος ἔργασμέναι, ὁμοίως τοικύου τοῖς καλλίστοις. Atque ij tam exilibus uinculis ducti (quod mireris) ne fugam quidem

Pitho.

Suada-Suadela. Lepor. Galli olim elegantia studiosi.

Hercules Gallicus.

circumspicere uidentur, tametsi nullo propè negotio explicare se possint. Nec omnino resitantes, aut in diuersum renitentes, resupinatosq; uideas. hilares illi uerò, letitiq; persufsi sequuntur, ducentem se Deum laudibus effrètes, trahenti se ultro eousq; obsecūdantes, ut præueniendi studio uincula etiā laxa incontentaq; relinquāt. Diceres eos tristes futuros, si huiusmodi uinculis eximi se sentiāt. Age quod absurdissimū mihi uisum est, id uerò addere non ue-rebor. Cū enim pictori reliquum iam nihil esset, unde ca themularum extrema innecteret (quippe dextera quidem claua gestanda; sinistra uerò arcu tenendo occupata) persufsa dei lingua alligatos eos homines ductitari ab eius summo finxit, identidē duce ridibundo ad eos se conuertēte, Hec ego, inquit, diuitle cū considerassem, admirabundus et hæsitās, atq; adeò indignatione plenus, ibi callus quidā qui tum forte aderat, haud ignarus ipse rerū nostrarū, ut qui linguam Græcam exactè doctus esset, ut postea patuit Græcè eo loquente, philosophiæ quoq; more gentis studēs quantū cōiungere licet, Tibi (inquit ad me) mi hospes picturæ huius sacramentū interpretari uolo: uideris enim non-nihil hac de re cōturbari. Nos igitur Celtae sermonē, non quæadmodū uos Græci, Mercuriū esse didicimus, sed Herculi similem sermonē affingimus, quod uiribus admodum præualere eū Mercurio, credimus. Quod autē senex fingitur, ne id tute magnopere admireris, solet enim sermo in senectute demū uim suā iustam plenamq; exhibere. Τὸν λόγον ἡμῆς οἱ Κέλται δὲ χ' ἄσποδρ ἡμῆς οἱ ἔδλωες, Ἡερμῶ διόμειθα εἶναι, ἀλλ' Ἡρακλῆ αὐτόν ἐκάλουμεν, ὅτι παραπράδω Ἡερμῆ ἰσχυρότερον οὗτος, εἰ ἢ γέρω πειρομένῃ, μὴ θωμάσῃς, μένος γάρ ὁ λόγος ἐν γήρῃ φιλεῖ ἐντελέειν ἐπιδείων ὀθει τὴν ἀκμὴν. Siquidem poetæ uestri uerè id cōsuerunt,

iunior

iuniorum hominum mentem uolucrem, instabilemq; esse: senectutem autem scire dicere posse, & cōmodius iuuentute. Sic tibi apud Homerū ex Nestoris senis lingua profluere mel creditur, & Troianorum oratores floridam ore uocem emittere dicuntur. Proinde si oribus homines ad linguam illigatos senex hic Hercules, idem & sermo trahit, ne hoc quidem est cur mireris: utiq; qui linguæ auriumq; cognationem noris. Ad summam Herculem: nos Celtae hominem sapiētem fuisse censemus, sermone omnia perficientem, flexanima illa suada quam uos Pitho dicitis, pleraque eluctari peruincereq; solitum. TELAQ; ipsius sermones fuisse interpretamur acutos, celeres, à scopo non aberrantes, plerunque collimantes, animas quoque consauciantes. Vos certè ex Homero uerba uolucra esse didicistis. Τὸ δ' ὄλον ἢ αὐτόν ἡμῆς τὸν Ἡρακλῆα λόγον τὰ πᾶντα ἠγόμεθα ἐφόργασσασθαι, σοφὸν γενόμενον, καὶ τοιοῦτον τὰ πᾶντα βιάσασθαι: Hui quādiu de nugis? dixerint quidam fortasse, qui nullum præsentius numen esse sancta rusticitate putant. Cuius spiritu sese actos esse significantes, simplicitatem amare se, & exosculari scriptorum canonicorum aiūt, seculariaq; scripta propterea auersari, quod inde dicendi lenocinia, non etiam sentiendi argumētā abundè comparari possint: bellissimum hoc nactus se putantes inertiae atque inscitiae patrociniū. Ceu uerò si dei nostræ antesignani Tertullianus, Iustinus, Cyprianus, Laetantius, Nazianzenus, Basiliius, Eusebius, ac reliqui probè notæ scriptores, Leo, Hieronymus, atq; etiā Augustinus, dicendi facultatem neglexerint, neq; his potissimum armis cōtra gentiliū scripta dictaq; depugnauerint, licet non aequè certis ac fulgentibus. Id quod tamen

Hercules Gallorum.

Digressio in latinitatis contemptores.

ij adhuc

ij adhuc sese ignorasse excusare probabiliter possunt, qui barbara tantum scripta intelligere, legereq; diaicerunt. Homines utiq; non cœcivis oculis, q; clare in tenebris cernentes Cimmerijs, splendore latinitatis, atq; elegantie prestringantur. Quos quid nominis appellem non satis commi scor. Antiqui onos Lyras appellitauerunt. Vnde illud Varronis dictum, Si quis mihi filius unus plures ue in decem mensibus gignantur, ij si erunt ὄνοι λύρας (Id est, asini ad Lyras) exheredes sunt. Id quod ex Menandro Comico in prouerb. assumptum est, ὄνους λύρας ἴκασε, ἢ πάλπιγγος ὄνους, Asinus, inquit, Lyras auatebat et classicum sus. Quod de ijs dici solet, qui nulla uoce harmonica titillatur. Quo modo et isti Priscianomastiges (ut uulgius nostrum loquitur) alternis uerbis impingentes, qui nullum uerbum nisi putidum auribus percipere cum ualeant, sua uiloquentia offendi se simulant, ut fallaci et impostrice, cum reuera ad eloquentiam priscam obsurdescant atq; hebescant. Orationem enim Latinam si audiant, superciliosos uideas, contemptim transmittere se fingentes, quæ apprehendere nequeunt, ut sit quod Græci dicunt, ὄνους τὰ ὄνους. Quo prouerbio crassioris Mineruæ homines compellantur, qui cum interdum auriti æque ut asini sint, nihil tamen exaudientes, omnia intellexisse se ementiuntur, unam cum ijs quæ dixeris dicenda etiam comedentes. Hi sunt qui humanitatis nomen leue, atq; etiam probrosum esse putant, quam cum se dicunt aspernari, eruditionem, institutionemq; ad bonas artes, atq; adeo in bonis artibus et literis eam esse nesciunt, ut doctissimi tradiderunt. Quas artes qui synce riter appetunt, hi ab antiquitate dicti sunt humanissimi: eò quod uni omnium animatum homini huius sciētiae cura et disciplina data est. Verum isti nesciunt hæc esse ru dimenta

Prouerbiū
ex Varrone.
Asinus Lyras.

Humanitas.

dimenta atq; incunabula uirtutis, quibus cum iuuenū animi ad uera gloriæ cupiditatem aluntur, tum sunt hæc eadem potentissima uitæ retinacula aut in rebus aduersis, aut in infirma ualeudine. Ceteræ res neq; temporū sunt neq; ætati omnium, neq; locorū: humanitatis studia adulescentiam agunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, aduersis per fugium ac solatium præbēt, delectant domū, in senectute animum tanquā emeritis stipendijs ambitionis, contentionum, cupiditatum, uoluptatum, receptui canere hortantur, omniumq; rerum securum secum (ut dicitur) uiuere cogūt. Plena est exemplorū uetustas, plena sententiarum, quæ iacerent in tenebris, nisi literarum accedente lumine (quod isti obtueri nequeunt) incolumia ser uaretur. Quam multas nobis imagines fortissimorū uirorum elegantie stylo expressas non modo ad intueudum, sed etiā ad imitandū, scriptores Græci et Latini reliquerūt: quas in administranda Repub. magistratus sibi proponēt, animum et mentē ipsa cogitatione hominum excellentium cōfirmare debēt. Nisi uerò existimabimus ea quæ acute aut sentētiosè dicta sint, perinde auribus insidere sordide ac lautè, asperè ac rotundè, barbarè ac Latine dictas, aut eodem modo in sensus irrepere, eundem aculeum in animis audientium relinquere. Quasi uerò idem cibus fatuus iuxta conditusq; fastidiosè et suauiter sumptus, perinde ad stomachum faciat. An nihil interesse putamus ex quo filo textura quæq; fiat? An contexedo filo et cædido et tereti, et egregiè neto, artificis manū non referre, non artem, non texturæ genus credimus? Quod ipsum si cæcis etiam clarum est, nisi ab ijs defendi non posse, qui cædida nigris, cretataq; (ut dicitur) carbone notatis, perplexa explicitis, dubia certis, controuersa confectis, syn-

cera

cera adulteratis, proba improbis, coherētia hiulcis, quadrantia inconcinnis, apta collisis, consentanea dissidentibus, optima deterrimis, odorata putidis, scita absurdis, acria hebetibus, lucida obscuris, salsa insulsis, sapientia stultis, digesta inconditis, descripta confusis, consona absonis, culta horridis, selecta obuijs, Latina Barbaris, postremo qui humana brutis, lucem tenebris, decus deniq; dedecusq; permiscet, placita omnis aui delentes: quid causa est cur non isti intemperijs aui uideantur, qui orationem ratione certa contextam (unde nomen cōtextus) qua una re maximē genus humanum brutis animantibus praestat, nihil à sermone fortuito & incondito interesse contendunt? qui alba (quod aiunt) linea discrimen rerum: & (ut inquit Perseus) frontem de rebus, ac decorum ex hominibus tollunt? Quid in damnandis uitijs aequē grauem plagam facit fortuita confusaneaq; uerborū congeries, quam dictionum constructio concinna quadrataq; aut adamasim modulata? Eadē uis fertur effusus temere sermo, uixq; ore excidens, qua artificiosē emissa, ac tereti stylo intorta librataq; oratio? Num uirtutibus commendandis, artibus illustrandis, meritis hominū amplificandis, indignitate rerum exaggeranda, honestate asserēda, uoluptate explodenda, cōmiseratione in calamitosos citanda, ira placanda, cōponendis affectibus, hominibus in officio continendis, scuitia execranda, placabilitate emerenda, uenia extorquenda? Deniq; uetustis nouitate danda, nouis autoritate, obsoletis nitore, obscuris luce, fastiditis gratia, dubijs fide, omnibus eo quod maximē interest aut temporū, aut locorum, aut personarum, aut causarum? Num his inquam omnibus transigendis (pergam enim & ineptus & unmodicus esse indignationi indulgens) aequē pollere potest

potest nuda & inermis, omniq; ornatu defecta oratio, ne dum barbara, ut proprietate commendabilis, translationibus atq; omni dictionis lepore instructa? Verborum sordibus horrida & tenebricosa, atq; sermonis lautitia nitens, & figurarum splendore illuminata? Nimirum pondera sensuum sententiarumq; perferre ictum suum nequeunt, nisi & uerborum emphasi quasi libramento incitentur, & ambitu quodam complexuq; certo incisorum membrorumq; deferantur. Adde quod ut in plerisq; rebus mire hoc natura fabricata est (ut Marcus inquit Tullius) sic & in oratione, ut ea quae maximam utilitatem in se continerent, plurimum eadem haberent uel dignitatis, uel etiam uenustatis. Hæc illa est eloquentia quae orbem terrarum duorum nominum gloria Demosthenis Graeci, Latini Ciceronis impleuit, quorum hodie quoq; permulta ingenij monumenta circumferuntur, ubique propè terrarum honori magis habita, quam in Francia, qua una in prouincia & Minerua & Musæ, & Mercurius, atque etiam (si dijs placet) Celticus ipse Hercules, Accursianorum Momo (sic enim uocant derisionis Deum) non modò concedere coguntur: sed etiam inde cōuiciosē profroscq; quatiuntur. Id quod eo indignius esse mihi uidetur, quod ab ijs hominibus humanitas in Francia ueluti fabula quaedam iners theatro exigitur & exploditur: qui ne suffragari quidem unquam potuerunt nedum exaudire, quid illa profiteretur. Ab ijs (inquam) iudicibus eloquentia indicta causa damnatur, qui ne de facie quidem eam nouerunt: qui alba ne an atra sit, iudicare nequeunt. Quod si fato non Gallico, sed Francorum, fuisse Gallia lepos omnis literarum cogitur, fuisse sane, quando ita genius fert huius regni. Sed suspendio arbor eligenda (ut aiunt) Prouerbum.

& ut

Et ut Aristophanes inquit, ἐξ ἄξις γῆς ἐὺλας ἀπὸ γῆρας, Si suspendio uita finienda est, ex digna saltē arbore pendendum est. Sic si hoc semel decretū est, ut Francorum suffragijs humanitatis et eloquētiæ, id est, rerum pulcherrima studiū damnetur, ab ijs certē damnetur qui eam pernoverint. Nunc uerò quis cœlum terris non misceat et mare cœlo, si cœcutientes de dicendi coloribus, et de poetica canticis surda stri in consilium mutantur? qui eloquētiā blateratricem quandam esse putant, cuius sit propositum uoces inaniter fundere, nō sententiarū pondera confectari. Ignorantes eā esse disciplinam quæ de magnis mire et sublimiter, de paruis pprie ac subtiliter, de mediocribus iucunde et grauiter, de omnibus sententiose et luculenter dicere perdoceat. Quæ ut legibus soluta, et iniusta quadam conditione, accusatrix eadem et causam dicens, atq; utrobiq; optima fide agēs, suo pte etiam tantū iudicio absolui, dānariq; si res ita tulerit, sua facundia possit. Verū hæc ipsa dicendi facultas per multos illa quidem amatores, sed paucos imitatores habet, quod quondā de libertate dictum est. Quotus enim quisq; est ex istorum etiam numero durioris oris hominum, qui hanc facultatem uerbis eleuare solent, atq; etiam aspernamdam dicere: cui si inter differendum censendum ue scitum aliquod uerbum in buccam fortē uenerit, non flammam ore inardenti facilius opprimere possit (ut prouerbio dicitur) quā elegans dictum illud tenere? Ut enim hominis decus omnium confessione est ingenium: sic ingenij ipsius lumen est eloquentia. Quid igitur hoc hominum genere facias qui humanitatem ex homine tollunt? Philippus Alexandri Magni pater cum causam aliquando duorum hominum malitia præditorum cognosceret, unum Græco uerbo fugere inssit

Eloquentiæ munera.

Prouerb.

inssit, id est, exulare, et alterum persequi. Εὐρίσοι τοῦ μὲν πούρα, τὸν δὲ δίωνειον. Sic ego, si quis me sententiā roget de istis obrectatoribus elegātis humanitatis, facere fortasse ausim, ut et qui sordibus sermonis oblectari, et qui purē loquētibus obrectare cupidē solēt, hos quidē in Timonion quoddā, id est, in auiā solitudinē deportandos esse: illos uerò deportatis comites ire censeā, ut morari prima longa, post hac isti inter homines desinat, qui humanitate delectari nequeunt, et uerò qui offenduntur doctriue elegātia. Ut enim Timon ille Atheniēsis Philosophus, humani generis odio infamis, Misanthropi cognomentum propterea meruit, sic isti nimirū pessimē de genere humano mereri censendi sunt, qui homines humanitate abdicare se iubent. Atque ideo classici et assiduos autores (ut antiquo uerbo iuris utar) ex quorum lectione humanitas queritur, omnes ad unum, uno illo addito elogio damnauerunt, quod nihil ad stomachum facerent, alimentis assuetum Minerue sordida atq; illota: scilicet sic est natura comparatam, ut prius cauum à cōuexo (ut inquit Aristoteles) quā hircosam inscitā ab improbitate distinxeris. Ex eorum sunt illi genere, qui literarū studiū ad calculum uocandum putant: non ut par sit ratio acceptorum et expensorū, sed ut multo amplior acceptorū. Atque ideo eos in sese pessimē cōsuluisse pronuciare non erubescunt, qui humanioris studij curriculum ingredi insliterunt et peragere. Videlicet studiosis hominibus literas decoxisse interpretantur, quos capturas forēses expiscari non uident, aucupiaq; Basilicana omni ope confectari: quem unicum finem studiorum esse communis prudentia statuit. Verū illi suæ prudentiæ rationem uiderint, nos quod agitur, agamus. Suada à suadēdo dicta est: unde illud

Timonion.

Misanthropor.

Prouerb.

Suada.

F

illud

illud Vergilij in vi. Et male suada fames. Imitatione cuius Augustinus li. xii. de Ciuitate, de prauaricatione primorum parentū loquens, Male suada, inquit, uersutia in hominis sensum serpere affectans, & reliqua. Inde Cornelius Cethegus propter suauiloquentiam Suade medulla dictus est. Cicero in Bruto, Pitho uocant Graeci cuius auctor est orator, hanc Sudam appellauit Ennius. Eius amē Cethegū medullā fuisse uult, ut quam deam in Periclis labris scripsit Eupolis se sitisse, huius hic medullam nostrum oratorē fuisse dixerit. Pitho autem ut Sappho declinatur & Echo, et similia. Hæc à Græcis Psychagogus quasi flexanima dicta est, animos hominum quoquo uersus ductitans, quasiq; arbitrij frenos regens & iudicij.

Suade medulla

Psychagogos.

Ex eadem lege.

Sed utrum ita demum tenetur, si bonæ frugi seruum pe pulit ad delinquendū.) Frugi bonæ & bonæ frugi cum dicebant, probum officiosumq; cōsummatè significabant, quāquam apud Gellium frugis bonæ legitur. Sic enim frugi bonæ dicūt, ut frugi hominē, ut Piso frugi. Cum autem Nequam cōtrariū huius significare uolebant, nequā hominem appellabāt, id est, prodigū, arotum, libidinosum, improbum, nihili, & interdū scelestum: præsertim cum de seruis loquebantur. Hoc uerbo Iuriscōsulti interdū utūtur, ut hic & alibi non semel. Apud Plautū in Cas. cum Stalpus de uxore sua excādescente diceret, Nūc in fermento totū siturget mihi, ædepe ego illam mediā ruptā uelim. Respōdit Olympio uillicus, Credo pol esse, si quē tu frugi bonæ es. Id est, si tu uirilis maritus es, mediā dirupta est, alludēs ad hymenē muliebris genitalis. Frugi bonæ seruū Græci

Οἰκίτης. οἰκίτης ἢ οἰκίτης appellāt, quo uerbo cōsummata pbitas significatur, ut alibi diximus. Isocrates in Arcopag. Ἐπιμαχία

παιδίον ἢ παῖδες ἢ παῖδες, δολίς δολ' ἀρ οἰκίτης ἐπιμαχίης ἐπέλαυσος. Id est, In cauponia esse aut perpotare nemo ne seruis quidē ausus dicitur at frugi bonæ, de antiquis Atheniensiū moribus loquēs. Inde ad frugē bonā se recipere dicitur, pro eo quod uulgaris sermo dicit, Ex nihili homine fieri hominē boni amātē, id est, frugi. Cicero pro Calio, Equidē multos & uidi in hac ciuitate & audiri, non modò qui primoribus labris gustassent genus hoc uitæ, & extremis (ut dicitur) digitis attigissent: sed qui totā adolescētiā uoluptatibus dedissent, emeruisse aliquādo, & se ad frugē bonā (ut dicitur) receperunt, grauesq; homines atq; illustres fuisse. Dicitur & euadere ad frugē bonā, de eò tñ qui ante nequā nō fuerat. Laet. lib. v. de Pythagorea litera loquēs, Si ducē nactus fuerit qui ducat ad meliora titubantē hoc est, philosophiā didicerit aut eloquentiā, aut aliquid honestæ artis quo euadat ad bonā frugē quod sine labore maximo nō potest, honestā uitā disputat peracturū. Ad frugē bonā redire. Lamprid. in Heliog. Milites se parafuros dixerūt, si ad frugē bonā rediret, ἀ χρογός αὐδῆς ὁ ψοῖτο.

Ad frugē bonā se recipere.

Euadere ad frugem bonā,

Ad frugē bonā redire.

Exl. Liminarchæ, De seruis fugit.

Legedū Liminarchæ & hic & in l. Munerū, infra, De muneribus & honoribus, Διμναρχία. Nō enim à limine dicitur, ut Accursio placuit, sed dictio merè Græca est nō bigena. Rarò enim antiqui huiusmodi dictionibus usi sunt quæ ex Latino peregrinoq; componūtur, qualis est epitogij cōpositio, & epihedij, toga enim Latinū est cū præpositiōe Græca, & rbeda Gallicū. Διμνῆ Græcè. Latine portus dicitur, unde limenarcha qui locis maritimis præest, nū traiectus est ad exteras nationes. Hos aut Arist. lib. vi. Politicōn circa finē limenophylacas uocat, quasi portuū custodes. Limina uerò impij nō eo modo dicitur quo

Liminarchæ.

Bigenauitāda.

Διμνῆ.

Limina a imperij.

Seruus ad limina. *limen domus: unde seruus ad limina dictus, pro atriensi apud Apuleium in 1. de Asino: & apud Vergiliū lib. ix. Aeneidos, Fidusq; ad limina custos. Stationarij uerò milites (quorum hic fit mentio) milites sunt praesidiarij, quos ordinarios appellamus, qui in locis hostium finitimis stationes agitare solent, ad repentinos hostium incursum in-*

Limitanei. *tenti. Ex his limitanei à limitibus diāi sunt.*

Exl.ultima. Si mensor fals. mod. dix.

Machinarij. *Et si mensor machinarius sefellereit, hęc actio dabitur.) Machinarius mensor ab Vlpiano dicitur ad decempedatoris differentiam. Geometra enim uel geodeta potius id est, terrę diuisores, & agrimensores, non tātum peritica utitur & decēpeda, sed etiā machinula, qua formas quadratas aut trigonas designantes, earumq; latera metientes, arearū spatium facile ex ijs colligūt, quo modo nostri hodie utuntur, partim eorum quadrata machinula utētes, partim orbiculata. Vtrunq; autē genus arrectas in ambitu pinnulas habet rimulis perspicuas, in meditullioq; columellā rimulentā, hęc autē ad aequilibriū, et ad lineā rimularū pinnulariū ita inter se respondent, ut lineę decussatę à circūferētia ad centrū machinulę contēdētes & coeūtes, per columellę rimulas nulla offensione pertineāt per quarū linearū ductus mensores collimantes, orthogonos exactē deprehēdunt. Totā enim machinula normarū anconibus conserta & apta est, quę res respōsus illos linearum per mediā columellā efficit. Quā machinā qui uiderit, facile hęc uerba intelliget, alioqui futura subobscura.*

Gnomon. *Gnomon hęc machina ab Herodoto uocatur, quod uerbum Laurentius Latine normā uertit, & rectē. Est enim norma Latine (quę admodū Gręcē gnomon) pars et geometrici & architectonici instrumenti, qua norma ut re-*

si anguli à geometris, sic lapides ac structura orthogona, id est, rectis angulis exactę, ab architectis & fabris deprehēduntur. Vulgò quadra uocatur, id est, squierra, ut canō id quod regula Latine dicitur. Lucianus, ὁ πρῶτος χρῆσις ἀνοῶν εἶναι τὴν γράμμων τῆς κατ' ἀπερὶ ἑβίς, Qualem, inquit, oportet canonem & gnomonem esse uitę secundum uirtutē degendę. Leo Albertus lib. 111. de Aedificatoria, Normam, inquit, ueteres conficiebāt tribus rectis regulis in unū triangulū coniunctis, quarū una erat cubitos treis, altera quatuor, tertia cubitos erat quinque longa. Hoc autē inuentum est Pythagorę, ut auctor est Vitruuius libro 1x. unde Albertus supradicta mutuatus est. Quintilianus lib. xi. de pronūtiationis gestu loquens, Sinistrum brachium eousq; alleuandum est, ut quasi normalem illum angulum faciat, super quod ora ex toga duplex equaliter sedeat. Normalem pro recto posuit, qualem norma efficit. Eadem ratione Censorinus de die Natali normalem lineam uocat, quā Gręci catheton dicunt, Albertus perpendicularem uocat, id est, perpēdicularē. Talis enim linea à recto angulo normę sit, & ipsa rectū angulū facit, proptereaq; ancones dicuntur in norma quasi flexus cubiti quē normalis figura efficit uel describit. Vitruuius lib. 111. in fine de striatis columnis loquēs, Columnarum strię faciendę sunt xxiiii. ita excauata, uti norma in cauo strię cum fuerit cōiecta, circūacta anconibus striarū dextrā ac sinistram tangat, acumenq; normę circūrotūdatione tangēdo peruenari possit. Et lib. vii. de chorobate loquēs, quo aquę perlibratur: Ea, inquit, regula habet ancones capitibus extremis equali modo perfectos, inq; regulę capitibus ad normam coagmentatos, & interregulam & ancones à cardinibus compacta transuersaria. Ancones Vitruuius

Normalis angulus.

Καθετὸν, Perpendicularis.

Ancones. appellat conflexum qui rectū angulū describit. Transfer-
tur & ad alia. Vnde Plinius Latine cubitū appellat lib.
111. de Ancone urbe Italica loquens, uulgò nota. In ipsi,
inquit, stecletis se ore cubito sita. his uerbis significās eū
Ancon dicitur. Et lib. 11. Cōflexa in cubitos, aut cōflexa
in humeros, sic enim Hermolaus emēdauit. Vt enim in pa-
rietibus ancones, ita & in promontorijs dicuntur. Vitru-
uius uerò lib. v 11. Longitudines ad regulam & lineā, al-
titudines ad perpendicularū, anguli ad normā respondētes
exigātur. Plinius lib. xxxvi. de reticulato opere loquēs,
Structurā ad normā & ad libellā fieri, & ad perpēdicu-
lū respondere oportet. Ad perpendicularum Græcè κερτα
κάθεσον dicitur. Amusis autē, silū est quod fabri materia-
rij rubrica oblinūt, aut alio colore, à Græcis γάβρον dici-
tur: unde prouerbiū natum λανκὴ γάβρον autore Suda. La-
Alba linea. tineē alba linea dicitur. Gellius libro ultimo, Hi uaria lectū
tantes in quas res cunq; inciderant, alba (ut dicitur) linea
sine cura discriminis solā copiā sectari conuertebāt. Hoc
autē prouerbiū in eos ualet, qui sine discrimine aliquid
faciunt, ut si in albo pariete alba linea utatur aliquis. Poli-
tianus hoc ita reddit, In albo lapide alba linea uel amusis
alba, Græcorū more qui ἐν λανκῶ λίθῳ λανκὴ γάβρον δι-
cūt. Plato in Charmide ab eodē traducto, Quòd enim ad
formosos attinet, alba sunt regula carpētarij: omnes enim
ferē qui ea etate sunt, formosi mihi uideōtur: id est, nullum
discrimen facio, nullo delectu formosos omnes iudico.
Amusis enim alba nullum discrimen in lapide albo etiā
ipso facit. Ammonius in prædicamenta Aristotelis, Ὡς
γὰρ ὁ τέκτων τῆ γάβρον κέχρηται ὄργανῳ πρὸς διακρί-
σιν τῶν τε ὀρθῶν ξύλων καὶ τῶν καμπύλων, ὁμοίως καὶ
ὁ οἰκοδόμος τῆ καθέτω διακρινύσῃ τὸς ὀρθὸς καὶ τὸς
μὴ

μὴ τοιούτους τῶν τοίχων. Vt faber, inquit, utitur amussi
instrumento ad exigendam materie rectitudinem, sic stru-
ctor utitur perpēdiculo, id est, catheto ad parietes dirigē-
das. Ex eo autem factū, ut gnomon forma geometrica di-
catur norme similis, hoc est, parallelogrammum cū sup-
plementis duobus: cuius meminit Euclides in principio li-
bri 11. que forma à Martiano Capella Latine norma uo-
catur in v 11. de qua Aristoteles in Prædicamentis, τὸ τε-
τράγωνον γνώμονος περιετέλλεται ἢ ὑψίστα μὲν ἀλλοτριὰ
τετραγρὰ δὲ ἀπὲρ γενεῖται. quo in loco Argyropylus nor-
mam pro gnomone rectē trāsulit. Quadrangulū (inquit
Aristoteles) addito gnomone, id est, norma augetur qui-
dem: nō autē aliud sit quippiā, id est, non transit in aliud
schema geometricum. Quod si quis intelligere uelit, Eu-
clides aduēdus in 1. cap. lib. 11. cuius hæc uerba sunt, πω-
τὸς δὲ παραλλήλογράμμῳ χωρίῳ, τῶν περὶ τὸ διὰ μέ-
τρον αὐτῆ ἐν παραλλήλογράμμῳ ὁποιοῦν, οὐκ τοῖς
δυσὶ παραλληλόγραμμῳ, γνώμονι καλέσθω. Constat autem
tetragonū, id est, quadratū duobus gnomonibus: due enim
norme iūctæ absolutū quadratū efficiūt. Sunt & alia si-
gnificata huius uocabuli, ut gnomon pro umbilico solis, à
quo ars gnomonice dicta, que solariorum rationē perqui-
rit, ut supra diximus, nūc ad rē nō pertinēs. Sensus est au-
tē huius loci, siue mēsor machinarius falsum modū renun-
ciauerit, ut agrimēsor & metator: siue architectus & re-
dēptor, q; ipsi nō machinula, sed decēpeda et pertica utū-
tur, hoc edicto teneri. Decēpeda autē à Græco decaptus di-
citur: à masculino autē scemininū factū est, ut inquit Pri-
scianus, eodē modo quo à crater sit cratera scemininū. Hac
etiā agrimēsores & metatores interdum utuntur. Cicero
in Antoniana x 111. Si uerò coloniarū & municipiorum
F 4 sine

Tetragonum.

Decempeda.

Saxa.
Decēpedator.

sine ulla dubitatione hostis est, quid tandem huius cēsetis urbis,quam ille ad expiandas egestates latrocinij sui concupiuit,quam iam peritus metator & callidus decempeda sua Saxa diuiserat? Saxa in loco propriū est nomē amici Antonij. Ab hoc decempedator dictus, qui decēpeda metitur. Idem, Cauebat etiā Lucio Antonio qui fuerat equisimius agri priuati & publici decēpedator. Nostri hodie mēsores & metatores perticis uiceniū pedū aut uiceniū quinūm utuntur, qua etiā antiqui utebantur: unde natum prouerbtum, Vna pertica metiri & tractare, ut Plinius v 111. epist. Ex his etiam quos non una (ut dicitur) pertica, sed dist' nēē gradatimq; tractauit, quāto quis melior et probior, tanto mihi obligatior abijt: id est, quos non equa benignitate profecutus sum, sed pro cuiusque merito, & quorum merita non ulna una (ut uulgò dicimus) mensus sum. Ad metiēdas uerò structuras redēptores nostri perticis senūm pedum utūtur, quas hexapedas fortasse appellare possumus, ut decempedas antiqui dixerūt: Est enim Græcè ut decapus sic hexapus, nisi tutius est hexapodē ut tripodē dicere. Mensurarū nomina multa apud antiquos

Hexapeda.

Mensurarū nomina.

Stadium.

Orgyia.

Cubitum.

Plethrum.

Diaulum.

Milium.

leguntur. Stadium pedum sexcentenūm. Herodotus centenūm orgyiarum dicit in 11. ubi de labyrintho loquitur. Αἱ δὲ ἑκατόμ ὀργυῖαι δλιυαί, αἰσι γὰρ διορ ἐξάπλεθρον, ἐξ ἑκάτοδ' μὲν ἄλ' ὀργυῖς μετρεομένης καὶ τετρακίχ' & τ' ὀδῶν μὲν τε πεπαλαίσιων ἰόντων τ' δὲ πένχ' & ἑξαπλαίσιων, Iustæ, inquit, orgyia, centū, stadiū implent sexplethrorū, ita ut orgyia senūm pedū sit & quaternūm cubitū. Cubitū uerò senūm palmorū, & pes quaternūm. Plethrū mēsurā est cētū pedū (ut inquit Sudas) & sexta pars stadij: Laurentius iugerū ex Herodoto uertit. Diaulum mēsurā est duorū stadiorū. Milium, stadiorum est septem se-

mis

Dolichos.
Diaulodromi.
Schœnus.

Stathmos.

Pegasarij cursores.

Orgyia.

mis uel etiam v 111. Dolichos, stadiorum x 11. unde diaulodromi & dolichodromide quibus alibi diximus. Schœnus, mensura est Aegyptiaca sexaginta stadia capiens, auctore Herodoto, licet Plinius libro v. & x 11. quadraginta stadia dicat, id est, quinque milia, nisi sit error notarum. Parasanga quod uerbum est Persicum, teste eodē Herodoto triginta stadia complectitur, sic enim inquit in 11. de Aegyptijs loquēs, ὅσοι γὰρ γεωπέλαι αἰσι τ' ἀνθρώπων, ὀργυῖσι μεμετρῆκασι τὴν χώραν, ὅσοι δὲ ἦσαν γεωπέλαι, γὰρ διοισι. ὅσοι δὲ πολλὰ ἔχουσι, παρασάγγησι δλιυαταὶ δὲ ὁ μὲν παρασάγγησ τρηκόντα γὰρ δία, ὁ δὲ σχοῖν' & ἑκατ' & μετ' ἑὼν Αἰγύπτιον, ἐξήκοντα γὰρ δία, id est, Quotquot enim inopes soli sunt, ij terrā suam orgyijs metiūtur: qui uerò minus inopes soli sunt, stadijs: qui autem latifundia habent, parasangis metiuntur. Constat parasanga triginta stadijs: schœnus autem, quod ipsum uerbum est Aegyptiacū, sexaginta. Stathmos, id est, māstio, milia continet x x v 111. semis. Inde māstiones militares, quarū mentio fit in Codice Iustiniani. Stathmi, diuersoria sunt tabellariorū, id est, τῶν ἀγγελιοφόρων καταλύσεις, hoc est, certa quaedam spatia quæ cursores uno actu conficere debent, postas hodie uocant à pegasarijs cursoribus imposito nomine, qui statis locis mansiones suas positas habent. Stathmus autem maxima est mensurarū. Orgyia secundum Herodotū sex pedum est. Theodorus ex Aristotele interdum passum uertit, & Laurētius ubiq; ex Herodoto interdū tres passus. Sudas, Ὀργυία φησι τὸ μετὰ τ' ἰδίων χερῶν μέτρον, Orgyia, inquit, mēsurā est quæ inter manus expansas cōtinetur, uulgò brassa dicitur quasi anplexus, est autem trisyllabū uocabulum, ut harpyia diaphthongum Græcam in penultima habens. Plinius ulnam appellat

F 5

appellat libro x v i. Arboris, inquit, crassitudo quatuor
 Vlna. Passus. hominum ulnis cōplectentiū implebat. Passus à passis ma-
 nibus dici uidetur, alij passum quinq; pedum esse putant,
 Gressus. id est, duorum gressuum: ut sit gressus, id est, βύξ cubiti
 Cubitum. unius & pedis, hoc est, pedum duorum semis. Cubitū ses-
 Pes. quipedale. Pes quatuor palmorū. Palmus quatuor digi-
 Palmus. torū. Græcè palz sic dicitur, antiqui doron uocabāt; ideo
 Doron. (ut inquit Plinius) quod doron, id est, donum propriè dici-
 Antidoron. tur munus, quod manu datur, unde antidorum remunera-
 tio: quo uerbo Vlpianus usus est in titulo, de petitione he-
 Dorodocia. recitatis. Inde dorodocia, corruptio muneribus facta quā
 Sordidi. Dorodoci. Iurisconsulti sordidū uerbo significare solent. Dicitur au-
 Numarj. Dorophagi. tem & de corruptente et de corrupto, unde dorodocos in-
 dices Demosthenes appellat, quos numarios nonnulli La-
 tinorum appellant, id est, sordidos. Hesiodus dorophagos
 Cupedipeta. appellat, quasi dominoros & dona esitātes. Nostro tēpo-
 re nōnulli cupedipetæ, uel etiā cupediūri appellari pos-
 sunt, qui nisi ferina aut cupedijs incitentur, cunctantiores
 sunt Academicis, aut ipso etiā cunctatore Fabio. Nā por-
 rectio libellorū icūma, uix unquā apud eos litem satis in-
 structam inuenit. Ad sacrā igitur anchorā, id est, ad libel-
 lum (ut inquit Plautus) ferentarium recurrendum est, si li-
 tium finem, id est, arūne exitū cupis, in foro quidem hu-
 iusmodi iudicium. Hic autē libellus ferentarius, ex foro cu-
 Libellus feren-
 zarius. pilceratores.
 Visceratio. pilceratores. Visceratio. litigatores quidam qui uiscerationē fāctitare solēt, quam
 Græci creanomiam appellant, id est, carnis dilargitiōnē.
 Quæ tamen hodie plerūque honestè fieri solet apud nos,
 ac citra sordidū aut cupiditatis suspicionem. Ut à donis ad
 dora redeamus, Vitruuius lib. 11. Doron autem, inquit,
 Græci appellabant palmum, quod munerum datio Græcè
 doron

doron appellatur, id autē sargitur per manus palmum: ita
 quod est quoquo uersus quinq; palmorū, pētadoron: quod
 quatuor, retradoron dicitur. Hæcenus ille. Ab hoc doro Tetradoros.
 tetradori lateres dicti sunt & pentadori. Idem, Quæ Pentadoros.
 sunt, inquit, publica opera, pentadoro, quæ priuata tetra-
 doro struuntur. Palmus autē duplex est, maior & minor.
 Minor est quem diximus, id est, quaternū digitorū: Ma- Palmus du-
 ior est duodenū, qui etiam Spithama Græco uocabulo plex.
 dicitur, & Latino dodrans, cuius exemplum apud Pliniū Spithama.
 lib. vii. Cubitus aut cubitum sesquipede constat, id est, Dodrans.
 digitis x x i i i. à Græcis pygon dicitur, unde pygmaï Cubitns.
 dicti, autore Eustathio, uel ut quidam uolunt in secundo
 articulo digiti auricularis desinit, & x. digitorum est.
 Apud Herodotum ab eo cubito differt qui Græcè τὰ χυς Πύχυς.
 dicitur. Suda utrunque pro eodem accipit. Sunt & alia Pes.
 nomina apud Græcos, sed à Latinis non usurpata. Pes se-
 decim digitis constat, id est, palmis quatuor, & duode-
 cim uncis, id est, pollicibus: unde in mensura illa nomi-
 na ab assè deriuata usurpantur, semis, bes, dodrans, &
 reliqua: de quibus alibi dicemus latius, si locus occur-
 rerit. Verum quoniam & hoc in loco, ut in alijs mul-
 tis in iure, architectorum fit mentio, dicendum esse puta-
 ui quid sit architectus, parum enim, ut arbitrator, uulgò
 id intelligitur. Accursius certè in l.ultima, infra, De iure
 immunitatis, architectos, testorum principes esse perhi-
 buit, quasi ex Græco & Latino dictione coagmentati.
 Architectus est igitur quem Græci architectona uocant, Architectus.
 quasi structorum, qui Græcè tectones dicuntur, princi-
 pem. Hic edificiorum rationem comminisci & instituire
 didicit, & graphide, id est, lineamentorum ductu & um- Graphis.
 bratili pictura eas formas describere, quæ triplici specie
 dist

Ichnographia. dispositionum continentur. Ichnographia, orthographia, scenographia. Ichnographia est quæ uulgò plana forma uocatur. Hæc circini regulæq; modici continet usus: ex ea enim capiuntur formarum descriptiones in solis arearum, ichnographiaq; dicitur quasi uestigij descriptio, in quo quasi uestigio totum opus insistit. Orthographia est, cum iam non planum opus imaq; operis uestigia imaginamur, sed subreclum, & frontem attollens, quasi erecti operis aduersiq; descriptio. Hæc est erecta frontis imago, modicq; picta futuri operis figura. Scenographia uel (ut alijs placet) sciographia, est non iam uestigiaria nec frontalis aut aduersaria tantum operis futuri affirmatio, sed etiã lateralis, id est, frontis & laterũ abscedentiũ prominentiũq; adumbratio, & ad circini centrum omnium li nearũ responsus, ut inquit Vitruuius, & propterea sciographia à nonnullis dicitur quasi adumbrata descriptio. Scenographia uerò dicitur quasi scenæ imaginaria excitatio, quod ex præfatione libri v. Vitruuij intelligi potest: Democritus, inquit, & Anaxagoras scripserunt quemadmodum oporteat ad aciem oculorum radiorumq; extensionẽ certo loco centro cõstituto, ad lineas naturali ratione respondere: uti de incerta re certæ imagines adificiorum in scenarum picturis redderent speciẽ, & quæ in directis planisq; frontibus sint figurata, alia abscedentia, alia prominẽtia esse uideãtur, modellã fabri uocãt hodie.

Architectura. Architectura, inquit Vitruuius, est scientia pluribus disciplinis & uarijs eruditionibus ornata: cuius iudicio approbantur omnia quæ à cæteris artibus perficiuntur opera. Eius duæ sunt partes, fabrica & ratiocinatio. Fabrica est cõtinuata ac trita usus meditatio, quæ manibus perficitur. Ratiocinatio est quæ res fabricandas solertia, ac

rat

ratione proportionis demonstrare atque explicare potest. Architecturã omnium disciplinarum cognitioẽ cõstare, & (quod maximè quis miretur) legum etiã ac iuris nonnulla peritia, Vitruuius lib. i. persuadere contendit. Ne autem mirum uideatur nonnullis posse naturam humanam tantum numerum doctrinarum addiscere & memoria completi, animaduertendum omnes disciplinas inter se coniunctionem rerum & cõmunicationẽ habere, unde encyclopædia dicta, quasi orbiculata disciplinarũ series: ueluti ductus quidam scientiæ ex multis disciplinis confertus & aptus, de qua nos alibi diximus. Quod tamen quæ admodũ intelligi debeat in architecto qui crassiore Minerva in literis uersatur, Vitruuius ipse his uerbis docet. Neque uerò debet, nec potest architectus esse grammaticus, ut fuit Aristarchus: nec musicus, ut Aristoxenus, sed nec amulos: nec pictor, ut Apelles, sed graphidos non imperitus: nec plastes quemadmodũ Myron seu Polycleetus, sed ratiõis plasticæ non ignarus. Nec demuo medicus, ut Hippocrates, sed nõ ἀνία πολὺν ἴστω. Nec in cæteris doctrinis singulariter excellens, sed illis non imperitus. Aniatrologetos dicitur à Vitruuio rationis medicinæ imperitus. In omni autem opere magnifico, tres personæ considerantur, dominus, architectus, & structor, qui & officinator ab eo dicitur. Idem circa finem libri sexti, Itaq; omnium operum probationes tripertito considerantur, fibrili subtilitate, magnificentia, & dispositione. Cùm magnificenter opus perfectum aspicitur ab omni parte, impense laudabuntur: cùm subtiliter, officinatoris probabitur exactio: cum uero uenustate, proportionibus & symmetrijs habuerit autoritatem, tunc fuerit gloria architecti. Ad dendum & illud ex eiusdem libro i. Animaduertere autẽ debemus ex duabus

Encyclopædia.

bus

bus rebus singulis artes esse compositas, ex opere & eius
 ratiocinatione. Ex ijs autē unū propriū esse eorum qui sin-
 gulis rebus sunt exercitati, id est operis effectus. Alterum
 commune cum omnibus doctis, id est ratiocinatio, ut me-
 dicis & musicis & de uenarum rhythmo, & de pedū mo-
 tu. At si uulnus mederi, aut agrū eripere de periculoopor-
 tuerit, non accedet musicus, sed id proprium erit medici.
 Item in organo non medicus, sed musicus modulabitur,
 & reliqua quæ de cæteris persequitur Galenus lib. 1. x.
 Therapeu. omnis artis & scientiæ duas partes facit, ut a-
 libi diximus, methodon & ascesin, id est, uiam & exerci-
 tationem. Neq; enim possumus, inquit, alicuius nobis artis
 scientiā comparare, nisi & cōmentationum in uniuersam
 uiam quandā pernouerimus, & per singularū rerū exem-
 pla artis meditationē exercuerimus, *χρως τ̄ μεθοδου μί-
 τινα δια τ̄ καθόλου λεγομένων θεωρημάτων, ἄσκησι-
 ῶν δὲ δια τ̄ ἐν μέρος λαμβάνειν παραδειγμάτων.* Ab ar-
 chitecto qui Græcè architecton à Plauto dicitur, archite-
 tonicus deriuatur, id est, ad architectum pertinēs, & ar-
 chitectonica ars ipsa architecturæ uocatur. Quintilianus
 lib. 1. 1. Aliæ quoq; artes minores habent multiplicem ma-
 teriā, uelut architectonice: namq; in omnibus, quæ sunt
 ædificio utilia, uersatur. Aristoteles in principio statim
 Ethicōn ad Nicomachū, architectonicas artes uocat, prin-
 cipes quasdam artes, quæ suffectas sibi alias artes habēt,
 ueluti suggestrices quasdam & ancillātes. Sic enim pro-
 pmodum inquit, Multarum autem actionum, artium &
 scientiarum multi sunt & fines: medicinæ, sanitas; fabricæ
 naualis, nauis; Imperatoriæ artis, uictoria; œconomica, id
 est, dispensationis domesticæ, diuitiæ. Harū autē & huius-
 modi nonnullæ sub unā quādā facultatem cōeunt, ut uerbi

Omnis artis
duæ partes.

Architectoni-
cus.

Architectoni-
cæ quædam ar-
tes.

grat

gratia sub hippicam, id est, equitandi artē, artificium siue
 norum, atq; omnis ad equitatum pertinentis instrumenti.
 Hæc eadē rursus & præterea actio omnis bellica, sub Im-
 peratoriæ artē. Et itidem aliæ sub alias. In omnibus ue-
 ro artiū architectonicarum fines expetendi magis sunt
 omnibus ijs qui sub ipsos cōeunt: quippe cum illa horū gra-
 tia cōsehari soleamus. *Ἐρ ἀπάσους ἡ τὰ τῶν ἀρχιτεκτο-
 νικῶν τέλη, πάντων ἐστὶν αἰρετώτερον τῶν ὑφ' αὐτὰ, τοῦ-
 των γὰρ χρεῖν κἀνεῖνα διώκεται.* Idem libro v. 1. de prudenti-
 a loquēs, *Ἐἴη δ' ἂν τις ἢ ἀρχιτεκτονικὴ, ἔστι δὲ καὶ ἡ πο-
 λιτικὴ καὶ ἡ φρόνησις, ἢ αὐτὴ μὲν ἔστι, τὸ μὲν τοι εἶναι, ἢ τὸ
 αὐτὸ αὐτῆς, ἢ ἢ περὶ πόλιος, ἢ μὲν ὡς ἀρχιτεκτονικὴ φρό-
 νησις, νομοθετικὴ, ἢ ἢ ὡς τὰ ἔκαστα, τὸ κοινὸν ἔχει ὄνομα
 πολιτικὴ.* Quæ uerba sic mihi transferri posse uidentur.
 Fuerit autē fortasse & prudentia quædam architectonici-
 ca. Siquidē ciuilibus scientia & prudentia cum sint idē habi-
 tus, non, tamē eadem sunt essentia. Etenim eius quidē pruden-
 tiæ quæ circa ciuilitatē uersatur, Nomothetica, id est, **Nomothetica.**
 legum serēdarum peritiia, tanquā architectonica pruden-
 tia est, at quæ in singulis rebus occupata est, nomē est ei cō-
 mune politicæ, id est, ciuili. Nomotheticen Aristoteles ar-
 chitectonicam prudentiam politicæ prudentiæ uocat, quasi
 principem prudentiam, architecturæ rationē obtinētem.
 Architectura enim structoriæ præscripta dare solet, quæ
 sequi ipsa debet, id est, descriptionem operis futuri delinia-
 tum, quam graphidem antiqui uocant, & Latine forma di- **Graphis.**
 citur, uulgus nostrū nunc philographū uel philographiā
 uocat uernacula lingua. Idem libro 111. Politicorum, In
 omni arte tres homines considerandos esse dicit, opifi-
 cem, architectonicum, & in arte institutum eruditumq;. **Tres homines
 in omni arte
 considerandi.**
 Nouens enim illam quæstionem, an eiusdem sit mederi,
 & an

& an

Et an rectè medicina adhibita sit iudicare, & iidem de alijs artibus. Quemadmodū igitur, inquit, medicum approbare actiones suas inter medicos tantum oportet, sic & alios artifices inter sui similes. Medicus porro est & opifex & architectonicus et tertius ille in arte eruditus. (Sunt enim huiusmodi nonnulli & circa omnes prope dixerim artes) Iudiciū uerò concedimus nihilominus eruditus quàm sciētibus, & reliqua. Ωσωερ οὐρ ιατρορ δει διδυαι τας δυννας ἐρ ιατροις, οὐτω η̄ τος άλλος ἐρ τοις δουοις. ιατρος δ' ο̄, τε δυναισργος η̄ ο̄ αρχιτεκτονικος, η̄ τελετ & ο̄ πεπαιδευμενος & ω̄ρι τω̄ τεχνω̄, ἐστ' η̄ τινες τοιςτοι η̄ ω̄ρι πασας ω̄ς ἀπείρ τας τεχνας, ἀποδιδουμεν δὲ τὸ κη̄ νερ ε̄ δὲρ ἡ̄ τω̄ τοις πεπαιδευμενοις η̄ τοις ἐδουσιρ. Huius autē uocabuli usus frequēs est apud autores. Cice. lib. 1. de Finibus in persona Triarij Epicurei loquens, Sed ut perspicuatis, inquit, unde omnis iste natus sit error uoluptatē accusantiū, totam rem aperia: eaq; ipsa quæ ab illo inuen-

Architectus. tore ueritatis, & quasi architecto beata uite dicta sunt, explicabo. Idē in secūdo irridēs Epicureos, Cur tādē sapientia tāto opere laudatur? an quod ita callida est, ut opti-

Architectari. mē possit architectari uoluptates? Architectari dixit, id est, formā & rationē fruēdarū uoluptatū comminisci, & prescribere, quēadmodū architecti opera maioris sumptus, et magnifica ingēri ratiocinatiōe architectari solēt. Et in Bruto, Stoicos uerborū architectos appellat. Et de lege agraria, Nūc quisnā tam abstrusus usquā nūmus uidetur, quem nō architecti huiusce legis olfecerint? Et pro Cluētio, An illi q̄ Fabricij libertū qa minister in maleficio fuerat, patronū quia cōscius condemnaissent, ipsum principem atq; architectum sceleris absoluerent? Id est, qui omnia in scelere perpetrado arbitratu est. Et pro Roscio,

Verum

Verum ut hæc missa faciam quæ iam facta sunt, ex ijs quæ nunc maxime sūt, non ne quis potest intelligere omnium architectum & machinatorem unū esse Chrysogonum? Apostolus prioris ad Corinthios tertio, architectū se uocat in edificanda ecclesia, quanquā Christus Dominus non ster re uera primus eā architectatus est. Propterea dicit idem, *ἡ̄ τω̄ χρο̄ν τ' θε̄ς δοθῆσά μοι ὡς σοφὸς ἀρχιτεκτονικῶν θεμελίων τέθεικα, ἀλλ' ἡ̄ παροικουδόμεν*, Secundum gratiā Dei datā mihi, ut sapiens architectus fundamentū posui, alius autē superstruit. Proinde & mensor & architectus et structor redemptor ue et tabellarius. i. logistes qui totius dimensionis rationē subduxit, à tabula abaci dictus tabularius, omnes hoc edicto tenētur, si sefellerrint. Ad hūc locū pertinere mihi uisum est quod Vitruuius in præfatione libri decimū scripsit: Nobili, inqt, Græcorū & ampla ciuitate Ephesi lex uetusta dicitur à maioribus dura cōditione, sed iure esse nō iniquo cōstituta. Nā architectus cū publicū opus curandū recipit, pollicetur quāto sumptu id sit futurum. Tradita æstimatione magistratui bona eius obligātur, donec opus sit perfectū, eo autē absoluto, cū ad dictū impensa respondet, de cretis & honoribus ornatur. Cū uerò amplius quàm quarta pars in opere consumitur, ex eius bonis ad perficiendum pecunia exigitur.

Ex 1. Si quis, De rebus cred.

Nam etsi colonus post iustrum completū fructus perceperit, cōdici eos constat. (Iustrū quinquennale spatium si significat, autore Festo, in quot annos prædia locari olim solebāt, ut nūc in ter ternos, id est, nouenos. Iustrū enim à luendo dictū est, id est, soluendo, ut Varroni placuit: id eō quod quinto quoq; anno uestigalia tributaq; exigebātur. Plinius iunior: Nā priore lustro quanquam post magnas

Pauli locus.

Iustrum.

G remiss

renuſſiones reliqua creuerūt. Inde pleriq; nulla iam cura
 minnendi eris alieni quod deſperāt poſſe perſolui, rapiūt
 conſumuntq; quod natū eſt, ut qui iam putant ſe non ſibi
 Olympias. parcere. Luſtrū à Latinis uocatur quod Olympias apud
 Græcos dicitur, id eſt, quinquenniū, ita tamē ut quadriennio
 exacto quinto quoq; anno ineunte luſtrum peractum
 eſſe intelligatur. Plin. auunculus lib. 11. Omnium quidem
 ſi libeat obſeruare minimos ambitus, redire eaſdem uices
 quadriennio exacto Eudoxus putat, nō uentorū modo, ue
 rum et reliquarū tempeſtatū magna ex parte. Et eſt prin
 cipium luſtri eius ſemper intercalari anno Cammicula or
 tu. Intercalaris. tu. Intercalarem annum dixit quem biſextilem dicimus.

Ex l. ultima, eod. tit. §. Labeo ait.

Cum decē tu dari ſtipulatus ſis, ideo nō poſſe te decem
 dari oportere intendere, quia etiam rerum locupletiori
 dando promiſſor liberari poſſit. Hunc locū de prauatum
 eſſe puto, ſicq; reſtituendū. Cum decē tu danda curari ſti
 pulatus ſis, non ideo poſſe, & reliqua. Non ideo autē, pro
 non continuo, non protinus intelligendum. nam quōd Ac
 curſus dari curari legit, latinitas nō admittit, nec loquē
 di Iuriſconſultorum conſuetudo. Latini enim ita loqui ſo
 lent: Curabo faciendū, & mandauī faciendū, & delega
 ui, & conduxī, & recepi, & talia huiusmodi. Plin. in
 Nonideo. epiſt. 15. petit ut ſi ſunt iſtic imagines, exſcribendas pingē
 dasq; delegē. Idē: Petis ut libellos, quos ſtudioſiſſimē com
 paraſti, recognoſcendos emendandosq; curem. Cuius lo
 cutionis rationem ſi quis fortē non nouit, adeat Lauren
 tium Valenſem lib. 1. Elegant. cap. de Gerundijs.

Ex l. iuſiurandum & ad pecunias,

De inreiuſando.

Si de qualitate iuramenti fuerit inter partes dubitātū,
 concepit

cōceptio eius in arbitrio iudicantis eſt. Et paulum infra:
 Ideo ſi quid tale inciderit, officio iudicis conceptio huius
 modi iuriſiurandi terminetur. Hæc uerba Accuſus neu
 trobi intellexiſſe uidetur. Concipere iuſiurandū quid ſit,
 ex uerbis Taciti intelligere poſſumus libro 11. ſic inquit
 de delatoribus loquens: Signo ultionis in accuſatores da
 to, petit à Cæſare Iunius, ut commentariorum principa
 lium poteſtatem Senatui faceret, per quos noſceret quem
 cuiſq; accuſandum popoſiſſet. Conſulēdum tali ſuper re
 Princeps reſpondit. Senatus inchoantibus primoribus
 iuſiurādum cōcepit, quo certatim omnes magiſtratus, cæ
 teri ut ſententiam rogabantur, Deos teſtes aduocabant,
 nihil ope ſua factum quo cuiuſquam ſalus laderetur: neq;
 ſe præmium aut honorem ex calamitate ciuium cepiſſe,
 trepidis & uerba iuriſiurandi per uarias artes mutanti
 bus queis ſlagitij conſcientia inerat: id eſt, ijs qui delatio
 num conſcientia urgebantur, conceptionem, hoc eſt, for
 mulam iuriſiurandi mutantibus, ut ſolent qui fallaciter
 iurant. Idem alibi: Auxilia è Gallia hortātibus Præſectis
 ſtatim à Vitellio deſciſcunt, uetus miles cunctabatur, ſed
 adigente Flacco dixit ſacramentum, nō uultu neq; animo
 ſatis affirmans. Et cum cætera iuriſiurandi uerba cōcipe
 rent, V eſpiani nomen hæſitantes, aut leui murmure et
 plerunq; ſilentio tranſmitterebant. Conciperent, inquit, id
 eſt, exprimerent, & integram ſacramēti formulam pro
 nuntiant, ut illi qui aſſeuerantes & præſidenter iurāt
 conſcientiæ fiducia. Eſt ergo concipere, ad certam for
 mulam exprimere. Celfus: Quicquid aſtringendæ ob
 ligationis cauſa dictum eſt, id niſi palam uerbis expri
 mitur, omiſſum eſſe intelligendum eſt. Aut certē ſecun
 dum promiſſorem interpretamur, quia ſtipulatori liberū
 Concipere.

Conceptis uerbis iurare.

fuit uerba late concipere. Paulus: Libellorū inscriptionis cōceptio talis est. Inde cōceptis uerbis iurare, id est, dictatis à deferēte iusiurandum, & ex arbitrio adiuratus, hoc est adigentis ad iusiurandum pernotatis. Plaut. in Pseu, Iurastim te illam nulli uenditurū nisi mihi? B A L. fātor. C A L. nepe conceptis uerbis. B A L. etiā cōsultis quoq; id est, nō modò dictatis à te uerbis, sed etiam cogitatis, animaduersis, præmeditatis. Idem in eadē: Rogato me x x. minas si ille hodie illa sit potitus muliere, rogato obscuro hercle gestio promittere. S I M. Nullū periculum est (quod scia) stipulari ut cōcepisti uerba. x x. minas dabin? B A L. dabitur. Idem in Bacchide: Ego iusiurādum cōceptis uerbis dedi daturū id me hodie mulieri ante uesperū. nunc

Peierare conceptis uerbis.

pater ne peierem cura. Est autē uerbis cōceptis peierare in expiabili periurio sese cōtaminare. Valerius lib. 111. de Aphricano loquens: Centurias recognoscēs equitum, postquam Licinium sacerdotē citatū processisse animaduertit, dixit illū se scire uerbis cōceptis peierasse. Proinde si quis eum accusare uellet, usurum testimonio suo. A

Ἐπαυτός ὄρη κ.

Græcis, ut arbitror, Ἐπαυτός ὄρη & dicitur. i. alio dictate delatus. Isocrates: Ὁρκὸν ἔπαυτόν τω ποσειδέῃ διὰ Διὸς ποροάσας. Pro quo tamen legimus sepe apud Oratores, Διάπρῃ δὴ δὴ μὲν βαρῶν, ad uerbū dici potest Διὰ νομῶν ἡ νόμων, ἢ Διὰ νομοσμῶν λόγων, uel νομοσμῶν, Is autē qui iurisiuradi uerba cōcipit, & iuraturō dictat, præire uerba iurisiuradi dicitur. Plin. in Panegy. ad Traianum, de iure iurando Consulari loquens: Nescio iam, nescio pulchrius ne sit istud quod præeunte nullo, an hoc quod alio præeunte iurasti. In rostris quoq; simili regione te legibus subiecisti. Hoc modo Cællarius hodie præire iusiurādū solet ijs qui ad magistratus assumuntur & honores publi-

Præire uerba iurisiurandi.

cos,

cos, & curia amplissima præfectis iurisdictionū, ijs q; qui in curiam ipsam adoptantur. hoc autē & sacramento adigere dicitur, quod Græci ἐφορῆσιν dicūt. Idem: Adigendū te præbes in uerba Principibus ignota, nisi cū iurare cōgerēt alios. Et rursus: Stabant cādidi ante Curulē Principis, ut ipse ante Consules steterat: adigebantur in uerba in quæ paulō antē ipse iurauerat. Cancellarius in uerba Principis adigere eos ppriē dici potest, qui in fidē Principis assumuntur, id est, beneficiarios regales. Idē in Epistolis ad eundem Traianū de quibusdam pseudochristianis loquens: Cum præeunte me Deos appellaret, & imagini tuæ (quā propter hoc iusseram cum simulacris numinum afferri) thure ac uino supplicaret. Præeunte me, inquit, id est uerba præloquente. Plin. enim Bithyniæ Proconsul nefaria uerba cōcipiebat in principis sui gratiam: quibus meticulosi quidā nec germani Christiani adacti, cultū Christo debitū, poenarū terrore, demoniorū simulacris & Imperatoriæ imagini exhiberent. Et rursus in Panegy. Tu comitijs nostris præsidere, tu nobis sanctissimum illud carmen præire dignatus es. Capitol. in Marco philosopho, de Saliatu loquēs: Fuit in eo sacerdotio et Præsul et uates & magister, et multos inaugurauit atq; exaugurauit nemine præeunte, q; ipse carmina cūcta edidicisset. Linius lib. v 111. de Deo deouoētē se loquens: Agedū Pontifex populi Rom. præi uerba quibus me pro legioni⁹ deouoēā. Præire hodie uerba dānationis actuarij aut eorū uicarij carnifici solēt, cū dānati facinorosi ad supplicia trahūtur, sed de scripto id faciūt. Id enim de scripto præire dicitur. Plinius auūculus li. x x v 111. Vi dimus certis precationib⁹ obsecrāsse summos magistratus & ne quid uerborum prætreatur aut præposterū dica-

Adigere sacramento. Ἐφορῆσιν.

Adigere in uerba.

Præire. Præire de scripto.

Ἐξηγησάτωρ tur, de scripto praire aliquē. A¹ Græcis praire ἔξηγησάτωρ dicitur. Demosthen. *πειλὴ παραπροσβέας* (si recte memini) *Υπογραμματα δὲ ὑμῶν ἀπὸς ἔξηγητοῦ τὸν νόμον τῶν τῶν κήρυκιν.* id est, Cum enim scribæ officio fungeretur, ipse apud uos (ad iudices loquens) pronuntianti præconi legis huius uerba præibat. Dicitur *Ἐποδοποιῶν*.

Προδοποιῶν

Ex I. Seruus, de conditione indeb.

Seruus cuiusdam insciente domino magiam comodaui.) Magis apud Pollucē in coquinario instrumento enumeratur. Sic enim inquit libro 11. *Ἡ μάκτρα καὶ μαγίς ἐκλήθη καὶ σκάφη*, Mactra inquit, et magis *Ἐσκαφη* appellatur. Est autem mactra (ut Gellius inquit) arca panaria, quæ alio nomine *κάρδοπ* à Græcis appellatur. Mactram lingua uernacula *huchā* appellat, in qua *ἔρ panis* et cōspersio quæ dicitur, siue massa triticea καὶ τὸ φύραμα recoditur, à uerbo Græco *μάτρω* dicta, quod subigere, cōsperegere, pinsere, cōmollireq; significat. Vnde massa dicta triticea uel ordeacea cōspersio, quæ Græcè maza dicitur, *ἔρ* magmata apud medicos unguetōrū ueluti massula, quasiq; pastilli, quæ Plin. li. x 11. unguetōrū feces interpretatur, id est, unde unguentū expressum est. Dioscorid. *μαγίδας ἔρ μάγματα* pro eodē accipit, quasi magis sit magna. Sudas pro parte panis subacti, quasi pro ofsula. Idē Pollux libr. v 11. Magis, inquit, *ἔρ* mactra, uas in quo farinæ subiguntur. Et rursus lib. x. Quæ autē tripodibus imponūtur, et trapezæ, id est, mensæ et magides appelluntur. Sic hodie uocari potest orbiculatum instrumentū quo panifices et dulciarij pistores quos pastillarios dicimus, subigēdis farinis opificij sui uctur, rōdellum appellant. hoc tamen in loco pro genere lancis eiusdē formæ accipitur, ut ex Plin. li. x x 11. patet his uerbis: Corne

Magis.

Mactra.

Massa.

Magma.

Μάγματα.

Magis.

Duplicarij pistores.

lius

lius Nepos tradit tympana, se iuuenē, appellata stateras *ἔρ* lices, quas antiqui magidas appellauerāt. Platellū no stri uocant. Magas uerò magadis instrumentū est musicū quadrata tabula constans, leuiter cōuexa, intentis in ea citharæ fidibus. Dicitur etiā ea pars lyra in quā plestrum illiditur. i. ubi percussio fit chordarū manu aextra. Iugū uerò dicitur, ubi sinistra manu chordæ premūtur. Vñ Gregorius per metaphora, *τῆς ὀδῆς τῆς ἱγί τῶ ἐπὶ κήσας μαγίδας*. Quis est q cicadæ magadē in pectusculo dedit? Luciano *μαγίδιον* uocat, de Mercurio loquēs citharā compingente. *πύχης ἔρ ἐναρμόσας τῆ χελώνη καὶ συώσας*, ἐπὶ τα καλὰ μὲς ἐμπίσας, καὶ μαγίδιον ἔπ οθείς.

Magas.

Iugum.

Magadium.

Ex I. Si ut cert. s. Interdum in tit. Com.

Vel si quis ludo sedēs Prætor scenicis comodaui.) Sic quidem ubiq; legitur, astipulāte etiā Accursij glossemate. Perperā uerò adhuc lectum esse facile, ut arbitror, demonstrabimus. Prætor hoc in loco pro Imperatore populi Ro. accipitur, q ludos faciebat p uictoria de hostibus habita. Iuuen. Saty. x. Quid si uidisset Prætorem in curribus altis Sedentem, *ἔρ* medio sublimem in puluere circi? Et paulò inferius: Et sibi Cōsul Ne placeat, curru seruus portatus eodē. Prætorem *ἔρ* Cōsulem pro eodē posuit. Docuim⁹ alibi ex Asconio, Prætore olim dictū esse omnē magistratū cui exercitus pareret. Vnde Prætoria portū in castris, et Præ fect⁹ prætorio dict⁹. Idē Sat. viii. Quati sua funera uendāt, Quid refert? uendūt nullo cogēte Nerone. Nec dubitant celsi Prætoris nēdere ludis. Sic igitur legendū haud dubiè affirmauerim, Vel si quis ludos edēs Prætor. Dicimus enim edere ludos, *ἔρ* edere spectacula. Traj. i. Cæs. Edidit spectacula uarij generis, mun⁹ gladiatorū, ludos etiā regionatim urbe tom. Ludi etiā pluraliter

Prætor.

Edere ludos. Ludi.

G 4 dicunt

dicuntur pro spectaculis, non ludus. Propter quod ludos sedes, pro ludis praesidens, defendi omnino non potest. Potest etiam de Praetore urbano intelligi, ad cuius curam pertinebat ludos Apollinares facere. Cic. Philipp. x. de Bruto loquens: Qui cum Praetor urbanus esset, urbe caruit, ius non dicit, cum omne ius populi Romani recuperavisset, qui ne Apollinares quidem ludos pro sui populi quibus Romae dignitate apparatus praesens fecit, ne quam viam patefaceret sceleratorum hominum audaciae. Erat autem honorificum in Praetura ludos quam magnificetissimos facere: quare Praetoris intererat, quippe qui choragium praebendum scenicis locaret, id est, instrumentum scenicum, quemadmodum et Pothen. Aediles in ludis quos edebant, Plautus in Persa: Pothen ornamenta ab chorago sumito, praebenda Aediles locaverunt. Pothen Graecum est. Vnde, inquit, sumemus ornamenta et alter respodet ridicule, sumito ab chorago, qui omnia suppeditanda scenicis redemit, et conduxit ab Aedilibus, ut moris erat. Choragus autem a consuetudine Atheniensium dicitur est, apud quos choragia, redemptura et munus huiusmodi dicebatur, quod potentiores plerumque, utronca liberalitate subibant. Vnde illud Isocratis in Paneg. Οὐδὲ τῶν πομπῶν, ἔδ' ἐν τῶν περὶ τὰς χορηγίας φιλονεικῶν, ἔδ' ἐν τῶν τοῖς τῶν ἀλαζονείων τῶν δυνάμειων ἐδοκίμαζον, ἀλλ' ἐν τῶν σωφρονῶν δικαίῳ καὶ βίῃ τῶν καθήμερον. Est autem choragus ad verbum, Dux chori et suppeditator instrumenti ludicri et expensarum. Quo verbo Tranquillus in Augusto usus est. Vitruv. lib. v. Post scenam porticus sunt constituendae, uti cum imbres repetunt ludos interpellauerint, habeat populus quod se recipiat ex theatro, choragiaque laxamentum habeant ad comparandum. Choragia pro instrumento ludorum posuit, simul

mul et pro ipsis choragis, ut sit choragium locus unde omnia promittuntur ad ludos necessaria. De choragis multa Libanius in argumento orationis Demosthenis quae *κατὰ Μελίτην* inscribitur. Choragia Graece *χορηγία* dicitur. Vnde perissochoregia verbum compositum in lege posteriore, De frumento Alexandrino, li. x. 1. Cod. perissochoregiae nomen perissochoregia. Quo in loco (ut comicum verbum usurpavit) purus putus ipse est Accursius, id est, ipsissimus et sui simillimus. Perissochoregius, inquit, officij nomen est quo qui fungitur, iuxta Regem est, a peri quod est iuxta dicitur. Et quia male in officio versatus est, ideo hoc nomen officij sublatum est. Diximus alibi quid sint tesserae frumentariae: loco autem tesserarum irrepleat aliud nomen perissochoregia, quasi redundans frumenti dilargitio, quod tanquam invidiosum et liberalitati Principis non conveniens Imperator tollendum curavit iussitque, et antiquum et legitimum tesserae verbum reponi. Operae pretium est pertinaciam quorundam aestimare, qui portenti simile esse putant, aliquod in iure dictum, eos qui Doctores iuris vocantur, latuisse, quasi verò non trecenta Iurisperitorum verba in Pandectis tantum demonstrare possimus, quorum ipsi partim perperam intellexerint, partim intacta praeterierint. Nec tamen in ijs numero eximia quaedam Iurisperitorum dicta, ignorantiae antiquitatis ab ipsis deorata, ut dicitur: id est, quae ipsi aure hebeti exaudita ac non regustata transmiserunt. Quod si nobis aliquando per otium et valetudinem facere licuerit, ijs (ut spero) persuadebimus, qui non magis in recentiorum doctorum verba, quam in praescriptorum auctoritatem: et in ipsius denique veritatis nomen dignitateque iuramur. Sin nobis in hoc scribendi curriculo interfuerint, si-

G 3 alius

Pothen.

Choragus.
Choragia.

Choragium.

Perissochoregia.

Deorata verba.

alius quispiam doctiorum anteuerterit, præclare nobiscum actum esse arbitrabitur, qui præterquam quod huic incepto impares nos esse serò tandem sensimus, rei etiã inuidiã facilius cum alio perferemus. Quod uerò ad eos pertinet non modò ignorãtia præditi, sed etiã perditii sunt: nõ magno opere laboro, imò uerò certè scio actum me (ut aiunt) agere, ut qui non ignorẽ geminum in his opus esse, dedocendi quæ malè didicerint, & docẽdi meliora. id quod atus illi uix admittit, quæ callum multum diuturni iam erroris obduxit. Propter quod, inquit Fabius, Timotheus elarus in arte tibiariũ, duplices, ut ferunt, ab ijs quos alius instituisset, solebat exigere mercedes, quàm si rudes traderentur. Sed rursus illud Apollonij Tyanei in mentẽ uenit, quod memoriæ prodidit Philostratus libr. v. in uita eiusdẽ Apollonij: *Vespasiano, inquit, Apolloniũ interrogate quo pacto imperium Romanũ cõstituere posset, sceleratissimis imperijs Neronis superiorũq; Principũ infame, hunc in modum Apollonius, Ἀδελτὴς ἔφη τῶν πάντων σοφῶν, τὸς ἐαυτὸς μαθητὰς παρὰ τὸς φαλοῦς ἔσσι τῶν ἀδελφῶν ἔπεμπε, μαθησομένους πῶς δεῖ μὴ ἀλλῆρ. τὸ μὲν δὲ πῶς δεῖ μὴ ἀρχεῖν, μεμαδὴνας ὁ βασιλεὺς παρὰ τῶν ὀνίρωσ ἠέξασθαι. τὸ δὲ ὅπως δεῖ ἀρχεῖν, αὐτὸς δάσσωμεν.* Fuit olim, inquit, tibiarium arte quidam præstantissimus, qui discipulos ad se uentitantes ad uilissimum quemq; tibiicum audiendum ire inuebat, uidelicet ut ab eis discerent quo modo non canere tibijs oporteret. Agedum ò Imperator, cum tu iam didiceris quo modo imperitandum non est, eorum exemplis qui male imperitauerunt, uideamus iam quo modo imperandum sit. Fortasse igitur & nos inuabit malis aliquando autoribus usos esse, antequam literæ meliores ostingentorum plus minus annorum incuria obruta emergerint. Litera-

Timotheus tibiica.

Tyaneus.

TIMI

rum enim Latinarum lucem, quæ patrum memoria affulgere in Italia, cis Alpes nostra coepit, præ tenebris illis barbaricis uisendam auidius intuebimur. Nos igitur pro cuiusq; ingenio aut propositi compotes, aut irriti criminis: ultra pars autem in summam uoti nostri præualeat, id uerò iudiciorum alea uiderit, quæ arbitrari rerum euentus, non hominum merita, expendere plerunq; solita est. Nos utcumq; cesserit, æqui boni faciemus.

Exl. Si necessarius, De pignor. act.

Si annua bima trima die x x x. stipulatus fuero.) Hæc locutio frequens est apud Iuriscōs. de qua Laurentius libro quarto Elegantiarum, ita inquit: Annua bima trima die apud Iuriscōsultos pro tempore biennij, triennij quadriennij ponitur, quod tamen Iurisperiti nostri nõ intelligunt. Hactenus ille. Hæc locutio eiusmodi est, ut cum à nẽmine nõ percipiatur (quotus enim quisq; hæc uerba quid uelint nõ nouit?) à paucis tamen eius ratio satis intelligatur. Huiusmodi & aliæ sunt in iure, ut præiudiciũ, & iustum filium esse, & expensum acceptumq; ferre, et locare conducereq; præbendum faciendum'ue, uel etiã redimere, et obreptitiæ preces, et huiusmodi alia, quæ si quãdo in ordinẽ incurrerint, dicentur. Dies cum absolute dicitur, tẽpus significat, et tunc foemin. genere pronũtiatur. Verg. Multa dies, uariuq; labor mutabilis æui Rettulit in melius. Iuuenal. de Priamo loquens: Longa dies igitur quid cõtulit? id est, quid ei longæuitas profuit? Huius autẽ exemplũ insigne est apud Ciceronẽ in Verr. Act. 1. Itaq; cum ego diem in Siciliam inquirendi postulauissem, inuenit iste qui sibi in Achaïam, biduo breuiorem diem postularet. Diem inquirendi uocat dilationẽ inquisitionis faciendæ, quã nos informationem uocamus. Quo in loco Ascon.

Dies.

Dies,

**Diecula.
Hodie.**

Dies, inquit, foeminino genere tempus dicitur, & ideo diecula, breue tempus & mora. Dies horarum x i i. m. sculini gener. est, unde Hodie aduerbium, quasi hoc die. Hactenus Asconius. Terent. in And. Eho tu impuens nō sat habes, quod tibi dieculam addo, quantum huic promoueo nuptias? Dieculam, id est, horā, inquit Donatus: et hoc coristis, inquit, id est, diminutiue tempusculum significat. Ab eo enim quod est hęc dies sumitur diecula, pro mora parui temporis. Plin. lib. i x. Epist. Ero ergo sufficiens pro homine amicissimo, dum amittere auocamenta, et cicatricem pati possit, quam nihil æque ac necessitas ipsa & dies, & satietas doloris inducit. Dies, id est, tempus longum, quo dolendo satiamur. Quo in loco in omnibus exemplaribus aduocamenta corrupte pro auocamenta legitur, perperam d. interiecta. Sunt enim auocamenta τὰ ἰδέα τῶν ἀπασχολημάτων negotia iucundiora animum a mœnore auocantia, id est, reuocantia. Cicero ad Attic.

**Locus Plinij
emendandus.**

Auocamentum.

Dies autem, inquit, non modò non leuat luctum hunc, sed etiam auget. Nam ceteri dolores mitigantur uetustate, hic non potest. Dies autē pro tempore positū apud Esaiā identidem legimus: Et erit in die illa. Augustin. lib. i. de Ciuitate Dei circa princip. Scripturarum, inquit, more sanctarū diem poni solere pro tempore, nemo qui illas literas quamlibet negligenter legerit, nescit. Quin & sensu anagogico dies unus pro mille annis ponitur, ut id eodem lib. docet in ca. v i i. in posteriore epist. Petri, c. iiii.

Locus Petri.

ἓμ ἢ τῆτο μὴ λαοδαίτω ὑμᾶς ἀγαπήσοι, ὅτι μία ὑμέρα παρὰ νυκτὸς ὡς χίλια ἔτη, ἢ μία χίλια ἔτη ὡς μία ἡμέρα, Vnde autem ne lateat uos charissimi, quòd una dies apud Dominum, ut mille anni, & mille anni ut una dies. Vnde

Chiliastræ.

Chiliastræ dicti sunt quidam, quos ipse Augustinus millarios

rios uocat, in quorum errore se aliquando fuisse fatetur. cuius autor fuisse, aut certè assertor Lactantius uidetur, ut ex libro eius v i i. diuinarum Institutionū intelligere possumus, capite decimoquarto, ad cuius operis imitationem Augustin. opus illud egregium & operosum de Ciuitate Dei instituisse uidetur, atq; adeò ad eius prescripta pler. q; formasse, sed tanquam ex commentario sumeret, copiosius omnia executus est, uidelicet maiore Christianorum dogmatum cognitione fretus: permultum tamen ab eo adiutus, ut is antea nonnihil à Tertulliano, & ab Eusebio fortaſſe et Cypriano. Neq; uerò mirum est diē pro tempore poni, cum & horæ pro diebus ponantur. Cicerō in Verr. Act. i i. Menses mihi tres cum eripuisſetis ad agendum maximè appositos, reliquum omne tempus huius anni me uobis remissurum putastis, ut cum horis nostris nos essemus usi, tu binis ludis interpositis quadragesimo post die responderes. Horas suas uocat (inquit Asconius) uiginti dies qui accusatori dabatur ad accusandum legitimi, totidemq; defensori. Idem: Nunc tu fortaſſe eris diligēs, ne quam ego horam de meis legitimis horis remittam. Horis (inquit idem Asconius) mirè dixit cum sint dies, ut ostenderet nimiam diligentiam, Legitimi autē hodie dies dici debent, quas dilationes ordinarias uocant. Annua igitur bima trima die stipulari est, anno biennio triennio soluendum stipulari.

Ex I. Solutum. §. Solutam. eod. tit.

Non enim credibile est hoc cōuenisse, ut ad uniuersam pensionem insule friuola mea teneatur. Friuola (inquit Festus) uasa sunt propriè fistilia quassa. Vnde uerba friuola dicta, quæ minus sunt fide subnixæ. Plinius lib. v i i. de Generatione hominis loquens: Miseret atque etiā putet æst

det estimatē, quā sit friuola animalium superbissimi origo, cum plerunque abortus fiat odor à lucernarum extinctu. Friuolam pro fragili & infirma dixit, & ueluti friabili: nam & friuolum à uerbo frio dictum, nō in meritō existimatur. i. contero, cōminuo: & friat le θρασύον. & ἀδύρορ, χείρορ, κρησύρορ, εὐθροσύον. Hic autem friuola pro supellecili tenui, & uili accipiuntur, qualis eorū esse solet, qui in cœnaculis habitant: quo modo & Satyrus usus est Satyr. v. Et ne te teneam Romanorū omnia Regum Friuola. Quibus uerbis paupertatē Regum Romanorū significauit, quos etiam Samiolis uasis usus esse constat. Idem in tertia: Viuēdum esse illic ubi nulla incendia, nulli nocte metus, iam poscit aquā, iam friuola transferit V calegon, tabulata tibi iam tertia sumāt. A Grecis γρυτάκια dicuntur, id est, τὰ ἀπὸ τῶν ὀνυλῶν οὐδὲ ἀγαθὰ καὶ πλεῖστα. Vnde & Grytopole ab eis uocatur, qui huiusmodi supellecilia uēditant, quos Latine Friuolarios appellare possumus. Nonnulli Fribolarios dicunt, ut Albeolos pro Alucolis. Nostrate uulgus quinquallierios eos appellat.

Ex l.ultima. eiusdem tituli.

Respondi secundum ea quæ proponerentur, ob id quod eo nomine intertrituræ accidisset non teneri. Intertritura & intertrimentū damnū rei detritæ significat. Varr. lib. i. de lingua Latina: Detritum, inquit, à detritū dicitur, quod ea quæ trita sunt, minoris pretij sunt. Ab eadem mente intertrimentum, ab eo quod duo quæ intertrita sunt, etiam diminuta sunt, à quo etiam intertrigo dicitur. Haec uero Varro. L. i. de bello Macedonico. Carthaginenses eo anno argentum in stipendium aduexerunt: id quia probum non esse Quæstores renuntiauerunt, experientibusque pars quarta decocta erat: pecunia

Γρυτάκια.
Grytopole.
Friuolarij.

Intertrimentū
& Intertritu-
ra.

Roma

Romæ mutua sumpta intertrimentum argenti suppleuerunt. Intertrimentum L. i. uis pro euanida argenti parte accepit, quæ in excoctione deperit, Dechetum aurifices appellant. V. sus est alibi eodem modo, eadem decade. Cic. in Prætura urbana, de eadē Castoris loquens, quam P. Iunius sartante etiam tradere debebat: L. (inquit) Rabonio eadem Castoris tradi oportebat. Is casu pupilli Iunij tutor erat testamento patris, cum eo sine ullo intertrimento conuenerat iam, quemadmodum traderetur. Quo tamen in loco in impressis libris nutrimento mendosè legitur. A Sconius autem: Detritum, inquit, unius partis esse potest. Intertrimentum uerò dantis & accipientis. secundum quod Cicero intertrimentum pro communi conficiendū alicuius ne gotij iactura posuit, quam uulgus perditam utringque appellat. Intertrigo malum est quoddam cum femina equitatu, alia uel simili de causa atteruntur, adurunturque; à Grecis παράτριμα dicitur. Dioscorides autem paratrimma, id est, intertriginem uocat, cum pes pedem, uel ungula ungulam terit, ut in genere ueterinario contingit. Columella libro octauo: Subluuies & intertrigo pice liquida, uel alumine & sulphure, atque aceto mixtis litæ eruentur. Hodie in equis & mulis intertrilliare uocamus, cum scilicet uitioso ingressu calces maximè posteriores, aut etiam suffragines atteruntur. Verum quandoquidem in mentionem incidimus intertrimenti, & intertrituræ, quæ damnū rei detritæ significant, ut intertrimentum auri & argenti excocti, addendum & aliud non absimile. Versuram enim facere honesta locutione apud Romanos dicebatur, quod nos nunc dicimus pecuniam ad interesse mutuari, uel ad iacturam finantiæ. Cic. ad Atticum libro quinto: Salamini cum Romæ uersuram

Intertrigo.

Παράτριμα

Versuram facere.

facer

facere uellent, non poterant, quod lex Gabinia uetabat. Et paulò post; Fit gratia Bruti Senatuscōsultum, ut ne uel Salaminij, ne uel qui eis dedissent, fraudi esset, pecuniā numerauerunt, & postea uenit in mentem fœneratoribus nihil se iuuare illud Senatusconsultum, quod ex syngrapha ius dici lex uetaret. Idem in Verrem, A Etione tertio Inspectebamus Syracusis à Carpinatio confectas tabulas societatis, quæ significabant multis nominibus eos homines uersuram à Carpinatio fecisse, qui pecuniam Verri dedissent: id est, multis de causis pecuniam fœneratitiam sumpsisse. in uulgatis exemplaribus usuram corrupte legitur. Hinc natum prouerbiū apud Lactantium libro secundo Institutionum: Cum igitur, inquit, ortum rerum tribuis nature, ac detrahis Deo, in eodem hæsitans luto, uersuram soluis. Quod ex Terentij Phormione sumptum est, cuius hæc uerba sunt: In eodem luto hæsitas, uersuram solues Geta, præfens quod fuerat malum in diem abiit, plagæ crescunt nisi prospicis. Id est, debitas tandem pœnas dabis etiam cum fœnore: simili conditione atq; ij solent, qui ut syngrapham unam dissoluant, & una cautio ne se liberent, pecuniam mutuam maiori fœnore iterum accipiunt. in dies enim deteriores conditionem suam faciunt, quod frugi homines non solent. Huiusmodi commentis multos quotidie uidemus fortunæ omnibus eueri, qui dum tueri in publico fidem suā uolunt, ære alieno usque adeò se obruunt, quoad ad extremum fide labefactata, cum iam uersuram facere non possunt, aut foro cedere, aut solū etiam uertere cogantur. Labefactatam autem fidem nunc appello, quod nos creditum perditum dicimus. Tranquillus: Redijt certè nihilò opulentior, ut qui propè labefactata fide omnia prædia fratri obligaret. Id est, cum iam uersur

Uersuram sol-
uere.

Labefactata
fides.

uersuram facere nō posset à fœneratoribus. Tueri autem fidem suam, est seruare illam famam locupletis debitorum. Cicero ad Atticum lib. x i. Literas tuas accepi pridie Nonas Februarij, eoq; ipso die ex testamento creui hereditatem. x multo illis & miserrimis curis est una enata. si (ut scribis) ista hereditas fidem & famam meam tueri potest. Idē, Ego in cistophoro in Asia habeo ad sefertium bis & nicis. Huius pecuniæ per mutatione fidem nostram facile tuebere. Et fidem suam liberare pro eo dicebant, quod nunc negotiatores & coactiores tenere promissum dicunt, & non deesse promisso. Idem pro Flacco, Pecunia petitur ab Hermippo, Hermippus ab Heraclia petit. ipse tamen Fufijs satis facit absentibus, & fidem suam liberat. Ulpianus in l. Si uerò, infra, Mandati, Si autē sub maioribus usuris fœnus accepit ut fidem suā liberaret, non dubito debere eum mandati iudicio & usuras consequi. Est & illa locutio in iure frequens, fidem alicuius sequi, pro eo quod est eligere aliquem, cum quo rem habere, aut negotium esse à nobis uelimus. Sic enim dici solet de ijs quos aut locupletes, aut probos debitores esse credimus. Vfus est Ulpianus in lege prima, supra, De rebus cred. Est etiā exemplum in l. Secunda, Cod. De bonis aut. iudi. possid. Est & illa locutio, Fide sua esse iubere, id est, sponsorem se constituere, & appromissorē, & periculum in se recipere, ἀσπασθῆναι ἀλλοτρίου. Cuius exemplum eiusdem in lege, Vbi autem, De uerb. oblig. Paulus, Si filius sit ita stipulatus fuerit, quantā pecuniam Titio credidero, fide tua esse iubet: inde etiam alia locutio, Fide alicuius sumere, id est, non sua, sed aliena cautione. Cicero pro eodem Flacco, Nam hunc Hermippum hominē eruditum, cui debeat esse notissimus, percussit. eius enim fide sumpsit à Fufijs.

Tueri fidem
suam.

Fidem suam li-
berare.

Fide alicuius
sequi.

Fide sua esse
iubere.

Fide aliena su-
mere.

Securus Hernippus Tennum proficiscitur, cum iste seq̄ pecuniam quam huius fide sumpserat a discipulis suis, diceret Fufijs perfoluturum. Idem in epist. Et si quid satis dandum erit, amplius eo nomine non peti: cures ut satis datur fide mea, id est, fideiussione & sponsione, ἐν ἐπιπέσει.

Afsidui. ἐγγύη τὸ το γέννηται. Afsidui autem fideiussores dicebantur locupletes, quam Burgesiaca cautione nunc dicimus. Gellius lib. x v. Afsiduus in xii. tabulis, & pro locuplete, & facile munus faciente dicitur, ab afsibus, id est, are dando, cum id tempora reipublice postularent, aut a muneris pro familiaricopia faciendi afsiduitate. Cicero in Topicis, Ex uerbi ui argumentum sumitur hoc modo: Cum lex Aelia Sanctia afsiduum afsiduum uindicem esse iubeat, locupletem iubet locupleti. Locuples enim afsiduus, ut ait Aelius, appellatus est ab asse dando. Idem Gellius libro x viii. Ite ergo nunc, & quando forte erit ocium, querite an quadrigam & arenas dixerit e cohorte illa antiquiore, uel oratorum aliquis, uel poetarum, id est, classicus afsiduusq; aliquis scriptor non proletarius. Afsiduum hic Gellius pro locuplete, & probatissimo autore posuit, quem Graeci ἐχέστωρ καὶ ἀσπίστωρ uocant, hoc est, ἀσπίδοιο, cuius sit tanta in literis autoritas, ut fidem eius sequi debeamus, quasi idonei sponsoris alicuius uerbi. **Classici.** qui debeamus, quasi idonei sponsoris alicuius uerbi. **Classici** eiusdem penè significationis est. Diximus alibi ex Livio populum Romanum in classes ex censu distributum fuisse. Quomodo & apud Graecos τριμύσια dicebantur, ut **Classici** ex Aristotele docuimus. Ab hoc igitur more classici dicebantur, non omnes qui in classibus erant, sed primæ tantum classis homines, qui centum & uiginti quinque milibus ari, amplius ue censuerant. Apud Graecos τριμύσια dicitur, id est, primus census. Infra classem autem appel-

lantur, qui in secunda & sequentibus classibus erant, id est, qui nanore summa censi erant. Meminit Gellius in vii. Propterea (ut inquit Festus) classici testes dicebantur, qui signandis testamentis adhibebantur, hoc est, primæ classis homines, quasi primæ autoritatis, & idonei ueritatis sponsores. Ita metaphoricòs Gellius autores classiuos appellat, quasi testes idoneos Latine puritatis, & primæ notæ scriptores: quales sunt Cicero, Quintilianus, Liuius, Caesar, Plinius, Vergilius, Horatius, Catullus. Contra, Proletarij capite censi dicti sunt. Gellius tamen libro x v. Qui in plebe, inquit, Romana tenuissimi pauperrimiq; erant, neq; amplius quàm nulle & quingenta ari in censum deferbant, Proletarij appellati sunt. Qui uerò nullo aut perquam paruo are censebantur, capite censi uocabantur. **Capite censi.** Extremus autem census capite censorum ari fuit cccclxxv. Proletariorum tamen ordo honestior aliquanto, & re & nomine, quàm capite censorum fuit. Nam & asseris Reipublicæ temporibus, cum iuentutis inopia esset, in militiam tumultuariam legebantur, armaq; ijs sumptu publico prebebantur, & nõ capitis censione, sed superiore uocabulo à munere, officioq; prolis edendæ appellati sunt, quòd cum re familiari parua minus possent Republicam iuuare, sobolis tamen gignendæ copia ciuitatem frequentarent. A' Graecis τὸ βωτινὸν τριμύσια dicitur, id est, mercenariorum census uel opificum. In lege autem Aelia Sanctia, ita cauebatur, Afsiduo uindex afsiduus esto. Proletario ciui quiuis uolet uindex esto. Hodie igitur classicos testes & afsiduos dicere possumus omni exceptione maiores, & irrefutabiles, καὶ ἄρτας ἀντιπροσφῆς, quales in testamentis signandis adhibebantur. Contra uerò proletarios, & capite cēfos tennes & ex pullata

Diobolares-turba sumptos, hoc est, leues & (ut uulgus loquitur) diobolares (quo modo & antiqui diobolares meretrices dixerunt autore Festo) quos ipsos inopia ipsa refellit, quos fames magis, quam fama commouere creditur. Vnde illud Iuuenalis, Iures licet & Samothracū, Et nostrorū aras, contemnere fulmina pauper Creditur, atq; deos dijs ignoscantibus ipsis. Propterea Græci huiusmodi plebeculam Συρρετῶν. συρρετῶν appellāt, & συρρετῶν δ' ἄλλοι τῶν ἀγυρῶν, id est, quisquillas, & quasi dicas turbā quisquillosam, à leuitate inditis uocabulis. Cicero ad Atticū, de iudicio Clodiano loquēs, Elapsū scito esse de manibus uno hoc iudicio statū illū Reipublicæ, si iudiciū est, triginta homines populi Romani leuissimos ac nequissimos, num mulis acceptis ius & sis omne delere: & quod omnes nō modò homines, uerū etiam pecudes factū esse sciant, id Caluum, & Plancū, & Spōgiā, & cæteras huiusmodi quisquillas statuerē non esse factū. Vt ad uersurā reuertamur, uersuram facere uel soluere (ut inquit Donatus) est creditorem nutare, et fœnus fœnore dissoluere, quasi nudato Petro, Paulum tegere, ut uulgò dicūt, & ut ita dicā nomen nomine expungere. Cui nō absimile est illud Græcū ἄλλοι τῶν ἄλλοι ἐκροβαί, id est, clauo clauū elidere, quod etiam de ijs dicitur, qui flagitium flagitio tegere, & obliterare contēdunt, quod Græcè dicitur ἀμαρτήματα ἀμαρτήματα κρυβῆσαι ἐξελᾶσαι, quod Terētius his uerbis trāstulit, Malitia alia aliā trudit. Ad uerbū dici potest, Culpam culpa exigere, scelus scelere expungere. Hoc tamen prouerbū Aristoteles aliter in Politicis interpretatur. Quos autē huiusmodi uersuras facere diximus, de ijs prouerbū lepidissimū apud antiquos Græcos fuit ἐχίνος τῶν ἰσίων ἀναβάλλει, uel ἀναβάλλεται, Echinus parturiēs cūctatur, Echinus partū procr

procrastinat, Echinus parturiēs diem de die ducit. Echini enim terrestres, id est, erinacei existimantur propter aculeos catulorum suorum partum morari solere, ac deinde aculeatorib. factis catulis ægerrimè eniti. Hoc igitur prouerbium in eos usurpari solet, qui in perniciem suam morarum causas innectunt, cuiusmodi sunt illi uersuram facientes, qui dum fidem suam labefacturi ad tempus aliquod nolunt, ad extremum fortunis omnibus cuertuntur. Ceterum creui hereditatem, quo in superiore exemplo Cicero ad Atticum usus est, uerbo antiquo iuris, adij hereditatē significat, ut antea dictum est. Creui (inquit Festus) modò hereditatem adij, modò maior etate, uel cēsu factus sum, modò diuicauī, modò diuisi. quæ omnia à duobus uerbis cresco & cerno trahūtur. Idem Cicero ad Dolabellam, A te autem peto, ut me hanc quasi falsam hereditatem alienæ gloriæ sinas cernere, meq; aliqua ex parte in societatem tuarum laudum uenire patiari. quāquam mi Dolabella (hæc enim iocatus sum) libētius omnes meas (si modò sint aliquæ meæ) laudes ad te trāstulerim, quāquam aliquam partem exhauserim ex tuis. Peto à te, inquit, ô Dolabella, ut sinas me hac fama frui rerum à te præclarè gestarum, quasi particeps fuerim tuorum consiliorum, id quod omnes falsò existimant. Alibi idem à cresco dixit, Galeonis hereditate creui: id est, locupletior, & maiore censu factus sum. Porrò Collybus id detrimētum pecuniæ est, quod in ratiocinijs emptionem auri appellant, & uulgò cambium dicitur, cū pecunia ad exterarum nationum exportanda est, & apud nummularios alijs nummis commutanda. Vt si argentea moneta aurea mutetur, aut genera quedam pecuniæ abrogata & antiquata, aut quouis modo repudiabilia in una prouincia, alio quo genere permu

Creui hereditatem.

Creui.

uersuram facere.

Collybus

tanta sint, raris receptoq; , & promulgato in ea pronin-
cia. Id enim quod ex summa apud numulariū decedit, &
ueluti deperit, collybus uerbo Græco appellatur. Cicero
in Verrem, adione IIII. Ex omni pecunia quam arato-
ribus soluere debuisti, certis nominibus deductiones fieri
solebant. primum pro spectatione & collybo, deinde pro
nescio quo ceratio. Hæc omnes Iudices non rerū certarū,
sed factorum improbissimorū sunt uocabula. Nam colly-
bus esse qui potest, cum utantur omnes uno genere num-
morū: Collybū appellat pecuniæ permutationē, & num-
morum quasi intermentū. Trāquillus in Augusto, Ma-
nibus, inquit, collybo decoloratis Nerulonenfis mæsarius,
Quo in loco pro cōtrectatione pecuniæ ponitur, qua nu-
mularij lineates manus habere solēt. Collybus inquit Pol-
lux ἀργυρῆς ἀλλάξι, id est, pecuniæ permutatio. Ab hoc
Collybistæ dicti numularij. Spectatio autē in exēplo Ci-
ceronis probatio est pecuniæ. Spectatores autē sunt, quos
Græci argyrognomonas appellāt. Hæc ex diuerticulo et
ut Græci dicunt, ἐν τῷ ἀργῷ dicta sunt. Sed fidē nostrā li-
berare uoluimus. Circa principium enim opusculi nostri
polliciti sumus, ut quisq; locus nos cōmonefecerit huiusmo-
di uerborū iuris antiqui, aut etiam ad mores nostros perti-
nētium, ita nos esse dicturos, quid de ijs cōpertam habea-
mus, atq; etiam fortasse quicquid de ijs ab antiquis autori-
bus seruari hodie potest, qui quidem ipsi in manus hominū
uenerint, aut certē ex officinis prodierint.

Ex l. pri. §. Nauem. De exercit. act.

Schedia. Siue sinedria sit. Legendū puto siue schedia sit. Sche-
dia Græcè, raris est Latine, id est, nauigium temere fa-
ctum & inconditum, ut trabes commexæ & sine fabri-
ca compactæ, quæ nauigij uicem præbent: id est, Su-
das

das inquit, ἡ δὲ τὸ τὸν ἄνθρωπον ἐπινομήσιν ναῦς. Ponitur &
pro ponte, & pro loco fluminis, quoquo modo iuncto, eo-
dem autore. Hierodotus certe pontem quo Darius Bo-
sphorum iunxit, schediam uocat. Fesius, Schedia, inquit,
genus nauigij inconditum, id est, trabibus tantum inter
se nexis factum: unde mala poemata schedia appellantur.
Schedion dicitur à Græcis extemporaneum, id est, quic-
quid uel elaboratum, quicquid temere factum est, nec satis
confectum, quod ἀνεσχηδιστόν dicitur. A rate Ra-
tarius dicitur, ut nauicularius, non opifex, sed negotia-
tor, ut l. Qui ratiario, supra proximo titulo. Ratiarius.

Ex eadem lege. §. Igitur.

Sed si ut certis mercibus eam lolet puta legumini, can-
nape. Legendū canabi. Canabi herba est, ex cuius cor-
tice fustes intorquentur. Plinius lib. xix. Deinde utilif-
sima fustibus canabis seritur à fauonio. Et paulo post, ipsa
canabis uellitur post uindemiā, ac lucubrationibus decori-
cata purgatur. Canabis in Gallia & telis texendis, &
fustibus faciendis accommodata est, à lineo tenuitate diffē-
rens & candore. Quod autē sequitur, Quædam enim na-
ues onerariæ, quædam (ut ipsi dicunt) emphatæ sunt: me-
lius in quibusdam embatæ legitur. Est autē uulgare uer-
bum aut nauticū, quod ad hanc significationē attinet, alio-
quin tamē Græcum ἐπιβάται uerbum in hoc significatione apud
scriptores, nec Græcos, nec Latinos repertū, à uerbo ἐπι-
βάτω deductum, quod conscendo nauē significat. Quod si
epibatæ legatur, sensus nō alius erit. Epibatæ enim milites
classarij dicitur, hoc est, milites in nauibus merētes, quo
uerbo nonnulli Latinorum usi sunt, sed apud Græcos epi-
batæ pro uectoribus accipiuntur, id est, ἀντὶ τῶν ἄλλων ναυῶν.
Naves igitur epibatæ ἐπιβάται, quasi scansiles castrensi,

aut etiam nauali uerbo dici possunt, quæ uetioribus traiciendis aptæ sunt. *Επιβαίω* enim conscendo nauem significat. *Αθουαριæ* naues à Latinis dicuntur, id est, quæ remis aguntur, non modò uelis.

Αθουαριæ naues.

Ex l. sec. Ad legem Rhodiam de iactu. §. primo.

Aut si quid exarmauerit. Hoc uerbū *Αccursius* in scite interpretatur. *Exarmare* ea forma dicitur qua ex calcia re, hoc est, armis dispoliare, ut *Cæsar* locutus est. *Α* *Γρεκίς* *ἀφοπλίω* dicitur. *Exarmare* nauē, est armamentis suis spoliare, ut malo, rostro, antenna, carchezio, clauo, pede, anchora, & reliquis. *Exarmare* *feras*, est dentes, ungues, uel alia noxia mēbra adimere, uel etiā tuta mina, quæ *Γρεκί* *ἀμωσθεα* appellant, quibus uim propulsare nata sunt. *Læpridius* in *Helio*. *Habit* & *leones*, & *leopardos* *exarmatos* in delicijs, quos edoctos per mansuetarios subito ad secundā & tertiam mensam iubebat accumbere, ignorantibus cunctis quòd *exarmati* essent, ad pauorem & ridiculum excitandum. *Exarmare* accusationem *Plin.* lib. 11 *epist.* metaphoricòs dixit, pro debilitare et infirmare his uerbis, *E* testibus quidam siue iratus, quòd euocatus esset inuitus, siue subornatus ab aliquo reorū, ut accusationem *exarmaret*, *Norbanū*, *Licinianum*, *Legatum*, & *inquisitorem*, reum postulauit tanquam in causa *Casta* *præuaricaretur*. Huius uerbi usus multiplex esse potest, si quis uim eius intellexerit. Præterea in eodē titulo *urinatores*. *Accursi*, malè interpretatus est. Sūt enim *urinatores*, qui à *Γρεκίς* *ὑπυδροί* *κολυμβηταί* dicuntur, id est, natatores subaquatiles. *Latine* eos quidā ab urna dici uolunt, cum in aqua mergitur. *Homerus* *κωβίσηρα* uocat à uerbo *κωβίση*, quòd in caput ferri, deuoluit, significat. Huiusmodi est enim

enim habitus *urinantium*, cum *gurgites* subeūt. Et *urinari*, in caput mergi est, quo uerbo *Plinius* saepe utitur. *Columella* lib. 1 x. de *anseribus* loquens, *inurinare* dixit, neutra uoce. *Cybiſteteres* etiā à *Γρεκίς*, quasi *urinatores* dicti sunt saltatores quidam, qui in caput conuolui manibus, pedibusq; adductis didicerūt. Quod genus saltationis aut exercitij *cybiſtēma* dicitur à *Lucian.* in capite de *gymnastis*. *Facilitari* id hodie à *petauristis* uidemus, cum corpore in *spiram* contracto in caput prouoluūtur. *Trinabola* lingua populari dicitur. *Α* *cubo*, id est, *teſſera* uerbū id deductum, qui cum in alueolum iacitur, hoc modo conuoluitur. Inter *urinatores* sunt *purpurarij*, quos *Γρεκί* *porphyreis* appellant. *Laurent.* ex *Herodoto* *purpuratores* tranſtulit. Et *spongiatores*, id est, *spongiarū* *piscatores*, *σπογγιαί* à *Γρεκίς* dicuntur. Et *conchyliarij*. i. *κογχυλιαί*. *Plaut.* *conchyta* appellat, qui *cōchylia* conquirūt in mari. In *Codice* *Iuſtiniani* *murileguli* dicuntur quasi *muricarij*, à *muricibus* legēdis. *Urinatorē* dudum uidimus *sacerdotem* *ranae* modo in caput se mergentem, *diuricatis* *fursum* *cruribus* *peſſum* euntem, ac per *riparū* *caua* *gurgitum*q; *pisces* *latitantes* *perſcrutantem* *referentem*q;.

Ex eodem titu. l. Qui leuandæ.

Voluitus Metianus ex lege *Rhodia* libro *Epitomatorum*. In uetusto exemplari *Epitomarū* emendate legitur. *Epitome* genere *fœminino* opus concisum dicitur, & *Latine* *breviariū*. *Tranquillus* in *Augusto*, *Fecit* & *breviariū* *totius imperij*, quātū *militū* *sub signis* *ubiq;* *esset*, *quantum pecunie* *in arario*, & *fiscis*, & *uectigaliorū* *reſiduis*. Sic *Plinius*, *Vt* *pariter*, *inquit*, *totius culturæ* *breviariū* *quoddā* *peragatur*. Pro eo accepit quod uulgò *borderellum* dicimus. *Breuis* etiā & *breue* dicitur in *l. ult.* De *cōueniend*

Urinari.

Purpurarij.

Spongiatores.

σπογγιαί.

Conchyliarij.

Conchyta.

Urinator infinis.

Epitome.

Breviariū.

Breuis & breue.

ueniendis fisci debitoribus, C. lib. x. Inter chartulas cōfiteati breuis quidam asseueratur inuētus, qui nomina debitorū contineret. Lampridius de Alexand. Milites suos sic ubiq; sciuit, ut in cubiculo haberet breues, & numerū & tempora militantiū. Flavius in Aurel. Breue, inquit, nōnum conscripsit. Diximus alibi quid sit Preuarīū Principis hodie, quod & breue et breuis dici potest. Inualuit au-

Epitoma. tem peruersa cōsuetudo, ut Epitoma neutro genere dicitur, unde Epitomata libros Flori inscribūt. Id autē nec analogia, nec usu, nec auctoritate doctorū defendi potest: errore uerō eorū inductū est qui epitoma, ut epithema et an-

Diaconi. rum, qui diacones & diaconibus dicit, qua si diacon in re. Et, ut Draco & Solon dicitur. Quod autē sequitur, Deprecatio endemānis, uerba sunt ē Græca ad uerbū traducta: ubi nicomedēsis, nō nicomeda. legēdū est, vix quondam.

Ex l. secunda, eiusdem tituli in princ.

Anūssarū mercium domini, si merces uehendas locauerint, ex locato cū magistro nanis agere debēt. Hoc uerbum (inquit Accursius) promiscuē accipitur. Horū uerborum locare & cōducere frequens est usus hic, & in titulo, Mandati. Propterea ut eorū usus intelligatur, sciendum est præter notam eorū significationem esse & aliam elegantem, tum apud Iurisconsultos, tum apud alios scriptores usitatam. Quāquam enim locatur sit plerumq; qui pretium accipit, & cōductor qui dat, ut sit locator dominus, conductor inquilinus: tamen nonnunquam uicuersa euenit, ut locator pretium det, cōductor accipiat. Ciceronem in Verrem, ad iōne secunda, Quum L. Octauius, C. Aurel. Consules ædes sacras locauissent, nec potuissent omnia sar-tatecta exigere, & reliqua. Idem, Locatur opus, id quod

mea

mea pecunia reficiatur. Et rursus, Hoc tu d. milibus locauisti, atq; in illis columnis dico esse, que à tuo redemptore commotæ non sint. Et iterum, Qui redemerit, satisfacet damni infecti. Iulianus, Si quis uitulos pasceudos, uel faciendum quid poliendum ue conduxit, culpam eum præstare debere. Vlpianus, Si quis seruum docendum conduxerit, cumq; peregre duxerit, & c. Conducere igitur dicitur, qui pretiū accipit, quod & redimere dicitur. Unde redemptor huiusmodi cōductor dicitur, qui & mānceps à Cicerone & Franquillo dicitur. Cicero libro 11. de Diuinatione, Magis enim id munere deorum factū est quā casu, & redemptorum, qui columnam illam de Torquato cōduxerant faciendam. Idem in Prætura urbana, Si opus pupillo redimeretur, si res abiret ab eo mancipe, quem ipse apposuisset, sibi nullam prædā esse uidet. Idem in secunda actione in eundem, Etenim qua stultitia ipse fuisset, si quam diem, qui lictum eripiendū redemerunt, in catione uiderent, cū ita cauerent, si post Calendas Ianuarias in consiliū iretur, in eam diē, cū potuissem uitare, incidissem. Redemerunt, inquit, id est, qui susceperunt procuratorem corrupendorum iudicium, & conduxerunt corrupendum iudicium. Labeo in l. ultima huius tituli, locare & cōducere pro eodem accepit. Laurentius Vallensis promiscuam huius uerbi loco significationem esse dixit de gerundijs loquens libro 1. Elegantiarum. Locare enim sepulturam faciendam, inquit, tam si-

Conducere.
Redimere.
Redemptor.
Manceps.

Locare.

fund

Μισθῶν ἔσ' fundum, hoc Græci μισθοῦν dicūt, ἔσ' ἀπομισθῶν, id est, dare faciendū opus mercede cōstituta, uel fruendū fundū p̄sione accipiēda et stipulata Demosthenes, Παρ' ὧν ἔστι αἱ περὶ τὸ μισθῶν, ταλάνῳ, ταλάνῳ μισθῶσι τὰς ἰσχυράς: id est, A' quibus isti cū talētū exegerūt, talēto naues p̄abēdas locāt, quasi dicat, nihil suæ pecuniæ impendunt. Idē, ἐμισθῶσε Πασίῳ μὲν ἑάπεσαν τῶν: id est, Mensam huic Pasion locauit: certa scilicet pecunia nō data uel promissa, sed accipiēda. Qui autē cōducit, Phormio, scilicet ἐμισθῶσατο, id est, cōduxit à Pasionē. Sic μισθῶμα τὸ ἔργον, cōduco opus faciendū, ut redēptores operū solent. Idē, ἢ ὁμῶραρ πωλαίντο, ἢ θέρῳ μισθῶντο ἐκβελέσθαι, Aut poma legenda redimerēt, aut messem demetendā cōducerēt. Idem in Timocratē, τὰ τέλη ὠνυμύσας ἢ μισθῶμα μισθῶμύσας, pro publicanis ἔσ' mācipibus dixit. Cōducōres etiā ἐργολαβῶντες dicūtur. Quo uerbo etiā metapho-
 rice uocātur apud oratores homīnes forēses iudiciōrū corruptores ἔσ' sycophantæ, quos Cicero sequestres emissarios, ἔσ' interpretes iudiciōrū corrupendorū uocat. Ceterum uerbū spectaret, quod hic legitur, mihi suspēctū mendii uidetur, Quo minus remissa sibi ea pœna spectaret.

Exl. Quicumque, De instit. act.

Idem ait, Si libitinaris quē Græcē uocāt, seruū pollitorē habuerit. (Lego, Si libitinaris quem Græci ταφία uocāt, seruū pollinctōrē habuerit. Pollincere est mortuū curare, à quo pollinctor dictus huiusmodi curator. Plautus in prologo Pœnuli, Eorum alter uiuit, alter est mortuus, Propterea apud uos dico cōfidentius, quia mihi pollinctor dixit, qui eū pollinxerat. Et in Stichō, Hodie pollinctura est. Ezechielis x x x i x. Vt sepeliant eū pollin-
 Pollucere. flores in ualle multitudinis Gog. Pollucere autē est Herculi

Ταφίης.
 Pollincere.
 Pollinctor.

culi sacrificium facere: quod quia lautē fieri solebat, ideo Pollucibiliter. pollucibiliter à Plauto in Mostel. pro lautē ἔσ' splendidē ponitur, Pergræcanunt, parasitos pascite, obsonate pollucibiliter. Et pollucibilis cœna à Macrobio pro opifara ἔσ' splendēda usurpatur. Pollucere enim uerbū est ad sacra pertinens, ut ex Marco Catone apparet his uerbis, Ioui dapali cullignā uini quāta uiuis polluceto. Et rursus, Cūm pollucere oportebit, sic facito. Polluciores igitur à pollinctoribus differūt, in quo Hermolaus Barbarus uir p̄stātis doctrina falsus est, ut uidetur, qui duo hæc uerba confundit in emendationibus Plinianis. Quare apud Pliniū lib. x x x i i. pollincere et pollinctū cōtra fidē antiquorū exemplariū legit: in quibus sic legimus, Numa cōstituit ut pisces, qui squamosi nō essent, ni pollucerēt patrimonia, commentus ut cōiuiua publica ἔσ' priuata cœnæq; ad puluinaria facilius cōpararētur, ni qui ad polluctū emerent, pretio minus parcerēt, eaq; p̄mercarētur. Polluctū, ut ex uerbis Plinianis apparet, cœna est pollucibilis ἔσ' opipara. Pollinctū uero cœna feralis, quæ gentili more in rogam delata cū corpore cremabatur. Persius, Sed cœnā funeris heres Negliget, iratus quod rem curaueris. Plaut. in Stichō, Hæc uenisse iam opus est quantū potest, ut decimā partē Herculi polluceā. Idē in Rudē. Spectatores uos ad cœnā uocē, ni daturus nihil sim, neq; sit quicquam pollucti domi. Id est, si nobis esset cœna tam lautē apparatus, quā esse solet eorū, qui uotiuū epulū faciūt, hoc est, polluctam, ad cœnā uos uocassem: Epulum autē fune bre dicitur, quod in funere potentiorū fiebat, quale hodie quoq; factitari uidemus. A' Græcis πείδαπνον dicitur, quā circumrotationē à Cicerone uocatam existimo in secundo de Legibus. Moris autem fuit apud antiquos, ut decimam partem

Pollucibiliter.
 Pollucibilis cœna.

Polluctor.

Plinij locus.

Polluctum.

Pollinctum.

Epulum funebre.

Πείδαπνον.

Herculaea pars. partem honorum suorum Herculi nouerent, quae pars Herculaea dicebatur. Plautus in *Trinumm.* Nam iam de honore diminiui modò quinq; nūmos, mihi detraxi partem Herculaeam. Et in illo exemplo supericri, Vt decimam partem Herculi polluceam. Et pollucere patrimonium in illo exemplo Pliniano, pro decimare; hoc est, decimam partem uotiuo epulo in Herculis honore impendere. Hoc in *Archus* in *Σύλλα* sic Graece scripsit, Ἀποδοῦναι τῆς δέκατης ἐπιπέρας τῆν δέκατην ἑσθ' ἡρακλεῖ, ἐξ ἡγίας ἐποιᾶτο τῆν δέκατην ὡλυτελῆς. Et iussit penè uerbis in *Crasso.* De huiusmodi decima (quod minime Accursius suspicaretur) intelligendū illud *Vlpiani* dictū in l. *secunda*, De pollicitationibus, si decimā quis honorū uouit, decima nō prius esse bonis desijt, quam fuerit separata. Plautus in *Moschel.* de homine maxime prodigo, Is uel Herculis, inquit, cōtere re quæstū potest. Id est decimas, quae Herculi uouentur. Pollucere hodie patrimonium dici possunt, qui decimā facultatū suarū in erogationes pias uouerūt, quod nōnulli superstitēs nos scīta esse optima fide scimus. Multae sunt huiusmodi uoces antiquae, quarū usus multiplex hodie esse potest, si quis uetustatē interpollare solertia quadā, & in usum nostrū instaurare didicerit. **Libitinarij.** Libitina. **Libitina.** Ei sunt, ut inquit *Varro*, in cuius aede (ut *Acro* autor est) cōstitui erāt, qui efferenda corpora conducebant, & funebribus necessaria praebebāt. *Tranquillus* in *Nerone*, Triginta funerū milia in rationem libitina uenerunt. *Liuius*, & estilitia in agris, forisq; et cōciliabilis, & in urbe tanta, ut uix libitina sufficeret, τὸ ἄλλοτερον ὡλυτῶν. Id est, opere libitinariorū. *Horatius*, *Autūnus* q; grauis libitinae questus acerbae. U igitur ad quos funera pertinebant (qui & funus facere, & parentare, & iusta facere, per-

solu

soluereq; dicuntur) libitinaris funera accurāda locabant, illiq; praebenda omnia cōducebant. In qua re admaniēstranda feruorum opera utebantur pollinctorum, qui à *Graecis* *πυροπόροι* dicuntur, quāsi defunctiiferi; quorum appellatio de *vespillones*, *sandapilarij*q; continentur. Huiusmodi sunt apud nos hodie uulturij illi *codonophori*, id est, tintinnabula gestantes, quos anteambulones atratos Latine appellare possumus, & *ferales praecones*, ex quorū grege sunt funerum iudicētes, quorum omnium uota sunt eadem quae *Orci*. Hos diris omnibus ad moricium uestibulum intro aduolare uidemus, ut in prouerbiū uenerint horum apud nos uota, ut apud antiquos libitinariorū. Quorū tamen improbitas sacerdotali iā auaritia uincitur, alijs super alia quotannis capturarum nomibus excogitatis.

In eadem lege. §. sequenti.

Si pecunia accepta praesenti, ut per dies singulos panē ei prestaret, cōturbauerit. Hoc uerbum non esse intellectū ab *Accursio* minime mirādū est, cum à nullo enarratorum recte interpretatū uideam. *Cicero* pro *Plancio*, Verū fac me multis debere, & in his *Plancio*: utrū igitur me cōturbare oportet? an ceteris cum cuiusq; dies uenerit, hoc nomen debitoris quod urget nunc competitor dissoluere? qui locus sic mihi legēdus uidetur, an ceteris, cum cuiusq; dies uenerit, nōmē debitoris, hoc quod urget, nūc cum petitur dissoluere? Idem ad *Quintum* fratrem, locum autē *Cæsaris* de sua egestate ne sis aspernatus. ad quem ego rescripti nihil esse, quod posthac artis nostrae fiantia conturbaret. Conturbare, decoquere, & pecuniā suam dissipare significat. et proprie de seruis dicitur, qui cū rationibus dominicis paria nō faciūt, ut in l. *Quidā*, infra, De in re uerso. Plena autē locutio est cōturbare rationes, ut in *Eunucho*

Terentij,

Necephori.
Vespillones.
Sandapilarij.
Codonophori.
Anteambulones atrati.
Ferales praecones.

Conturbare.

Conturbare rationes.

Conturbare
fortunas.

Terentij, Ita conturbasti mihi rationes omnes. Vt cōturbare fortunas, ut Cicero ad Celiū in octauo epist. Sic intelligi debet conturbabit Atlas apud Martialem in nono Epigrammatōn, Grādis in aethero licet auctio fiat olympo, Coganturq; Dei uendere quicquid habēt: Cōturbabit Athlas, & nō erit uncia tota Decidat tecū qua pater ipse Deūm. id est, celiū totū tibi decoquet. Sic in decimo, Hic pretiosa fames, conturbatorq; macellus. Sic conturbatorē macellum dixit, ut in septimo conturbatorem aprum, Noſter te nō capit ignis Cōturbator aper, uilius esurio. Qui enim ex macello uiuebant Romae, & cupedijs mensas & apro onerabāt: ad extremum patrimonia uorabant, & decoctores uel inopes certē fiebant. Iuuenalis, Sic Pedro conturbat, Matho deficit. Quē locum nullus enarratorū (nisi fallor) intellexit. est enim uerbum iuris antiquum, quo Vlpianus & Alphenus tanquam noto sunt usi.

Iuuenalis lo-
cus.

Ex l. illud. §. Si cuius dolo. De trib. act.

Sed re comparata si non tribuat, dolo nō caret.) Lego comperita pro deprehensa, explorata, rescita.

Ex l. prima, Ad senatufc. Mac.
in principio.

Qui pecuniam ne quid amplius diceretur in certis nominibus crederet.) Accursius hunc locū in scitē interpre-
tatus est. Nomen interdum pro causa ponitur. Traquillus in Galb. Nam cum in uerba eius absentis iurātibus donatiuum grandius subito praepositi pronūciaſſent, neque rē ratam habuit, & subinde iactauit se legere militē, nō emere, atq; eo quidem nomine omnes, qui ubiq; erāt, exacerbauit. Cicero in Verrē, actione 111. Inspectiebamus Syracusis à Carpinatio cōfectas tabulas societatis, quae significabāt multis nominibus eos homines uersurā à Carpinatio fecisse

Nomen.

fecisse, qui pecuniam Verri dedissent. Nomina Cice. appellare solet causas & negotia, & personas, quibus in cōficiendis rationibus expēse pecuniae feruntur. Idē in Fruētaria, Ex omni pecunia, quā aratoribus soluere debuiſti, certis nominibus deductiones fieri solebant: primum pro speſtatione & collybo, deinde pro nescio quo Ceratio. Idē in 1. actione, His nominibus solus Gneo Dolabelle ad ſextertiiū tricies litē esse aestimatam. Id est (ut inquit Aſconius) his titulis et capitibus criminū. articulos uulgō nūc dicimus. Arrianus Iurisconf. Ex autoratus, inquit, eo nomine nō atiq; in famis erit. Censuſ est igitur huius loci, Macedonem incertis nominibus in creditū ire instituisse, ne manifestus aliquādo fraudis. ac scelerū fieret. Nō enim credendi causas & negotia, in quae pecuniam mutuā dabat, in cautionibus ascribi uolebat, ut interdū fit, cū turpi de causa mutuati certa quadā de causa mutuū nos accepisse cauemus. De significatione huius uocabuli satis multa diximus in titulo, De officio Proconsulis. Nomē igitur hic Accursius malē pro cautione intellexit, quanquam saepe ita accipiat: ut apud eundem Ciceronem, Cum pecunias sumpsisse mutuas, nomina sua exegisse, praedia uēdidisse diceretur. Et apud Columellam lib. 1. Nam uel optima nomina nō appellando fieri mala ſcenerator Alphius dixisse seuerissime fertur. Id est, non interpellando.

Ex l. Quod si seruis. §. pri. De in rem uerso.

Sed si pecunia accepta domū dominicam exornauit tectorijs. Et paulō post, Pati debet dominus creditorē hoc auferre sine domus suae uidelicet iniuria.) Mirari forsitan quis possit, quomodo tectoriū sine domus noxa possit auferri. Quod ut intelligamus, sciendum est perſectorū ope

Expolitionum
Genera.
Albariū opus.

Tectorium.

Arenatum.
Marmoratum.

Mortarium.

rum expolitionē tribus rebus contineri, ruderatione, quo nomine & statuminatio, & nucleus comprehenditur: albario opere, & tectorio, sub quo & marmoratū & arenatum opus, & trullissatio intelliguntur. Quorum omnium explicationem Vitruuius libro v 11. de Architectura profecutus est. Tectorium autem super trullissationem fiebat: tribus interdum inductis corijs ex arenato, totidemq; superinductis ex marmorato deinceps extenuatioribus, adeo numeris omnibus exactum, ut longitudines ad regulam & lineam, altitudines ad perpendicularum, anguli ad normam respondentes exigenterentur. Ita enim demum emendata tectoriorum in picturis erat species, ita nulla nec eminentia, nec lacuna in opere intuentibus uidebatur, nec humorem tectorium remittebat. Pigmentis uerò madente adhuc tectorio inductis, totum rursus baculis prouolutis subigebatur, fricationibusq; laeuigabatur, usq; eo ut speculorum modo rerum imagines redderet. Vitruuius, Quae autem, inquit, tectoria fundata arenati & marmorati soliditate sunt, cum sint politionibus crebris subacta, non modò sunt nitentia, sed etiam imagines expressas aspicientibus ex eo opere remittunt. Arenatum autem est apud Vitruuium, Varronē, & Plinū, quod fit ex calce & arena. Marmoratum quod ex calce & marmore iusto triplici uarietate communito, prout trium colorū exigebat usus. Varro lib. 1. de Re rusti. Parietes & solū opere tectorio marmorato loricādi. Ideoq; in ijs cameras marmorato, & parietes pauimenta q; laudabiliter faciunt. Et rursus, Vbi libaueris de glareā & calce, arenatum primo corio facito. Plin. lib. 1. x x v i. Tectorium nisi ter arenato & bis marmorato inductum est, non satis splendoris habet. Arenatū hodie mortarium

11064

uocamus, cum mortarium Latine sit locus, ubi arenatum rutro subigitur. Vitruuius de tectorio loquens, Cum ab arena praeter trullissationem non minus tribus corijs fuerit deformatum, tunc è marmore grandi directiones sunt subigendae, dum ita materies temperetur uti cum subigatur non hereat ad rutrum, sed purum ferrum è mortario liberetur. Idem, Graecorum uerò tectores non his rationibus solum utendo faciunt opera firma, sed etiam mortario collocato calce & arena ibi confusa, decuria hominum inducta ligneis uectibus pinsant materiā, & ad certamen subacta tunc utuntur. Tectorium continet arenatum & marmoratum, quae supra trullissationem fieri solita sunt, & omnino hodie obsoleuit. Albariū uerò ex pura calce fit, & hodie est in usu. Trullissatio ex gypso fit, frequens hodie, ut & arenatio. Trulla enim instrumentum est, quod uernacula linguae allusione satis intelligitur. Eo enim linendis muris, & arenato gypsatoq; inducendis utuntur. Tectoriū uerò opus adeo olim durescibat in crustas, ut in abacorum usum, & speculorum facile eximeretur, quod ex Vitruuio intelligere possumus libro vii. his uerbis, Itaque ueteribus parietibus nonnulli crustas excidentes pro abacis utuntur, ipsaq; tectoria abacorum & speculorum diuisionibus circa se pronuntes habent expressiones. Abacus nunc tabula est complanata, qua logistae, quos algoristas dicimus, numeros subinde deletiles ducunt. Abacus autē in opere intestino genus id scribij est super quod in triclinijs argentea uascula exponi solent, Dressorium lingua uulgari dictum. Cicero in Verrem actione v. Diocles est Pamphili gener Popilius cognomine, ab hoc iste abaci uasa omnia, ut exposita fuerunt abstulit. Iuuenalis Satyra v 1. de tectorio tanquam

Albarium.
Trullissatio.
Trulla.

Tectorij indu-
ratio.

Abacus logi-
starum.

Abacus in tri-
clinijs.

exemptili dixit. Tandem aperit uultū, & testoria prima reponit. Incipit agnosci. Per testoriū succamētū muliebre significans, quod ponitur, deponiturq; pro earū arbitrio ad splendore & nitorem malarum. Eadem ratione (ut arbitror) dictū illud est à Persio Saty. v. Dignoscere cantus

Testorium.
Κορίαμα.

Quid solidum crepet, et pictæ testoria linguae. Testoriū à Græcis κορίαμα dicitur, & κορίαμα testor. In actis apostolorum cap. xxiii. τοῖς κορίαμασι, paries albario opere, uel testorio illitus dicitur, τὸ ἄλλο σερμῆμα δὲ θεός τοῖς κορίαμασι. Et Matth. xxiii. τὰ φοι κορίαμασι, Sepulcra albario illita. Lib. x. Cod. in titulo, De excusat. artificum, Albinij quos Græci coniatas appellant.

Exl. Ideo. De compens.

Ideo condemnatus quod arctiorem annonam edulitatis tempore præbuit, frumentaria pecuniæ debitor non uidebitur. Accursius edulitatem famem interpretatur, ego uerò edilitatis lego. Ad Aediles enim cognitio mensurarum, & annonæ pertinebat: qui propterea Græcè agora nomi dicuntur, id est, foro uenaliū legem imponentes, & macello ius dicentes. Hæc cognitio ad procuratores regios delata est: quorū ianua pistoriibus, & huiusmodi hominibus, quibus ius dicere solent, non tā patere uulgò creditur, quā hiare. Certè ut illi seuerè, aut comiter cū circumforaneis hominibus agūt, ita nos ut bono aut malo patre uescamur necesse est. De Aedilibus ita in duodecim tabulis cautum est, Sunt oq; Aediles curatores urbis, annonæ, ludorumq; solèniū, olliūq; ad honoris amplioris gradum is primus ascensus esto.

Exl. prima. s. pri. in tit. Depositi.

Eum tamen deponere tumultus, uel incendij, uel ceterarum causarum gratia intelligendum est, qui nullā aliā

caus

causam deponendi habuit, quā imminens ex causis supradictis periculum. Tumultus hoc in loco quomodo intelligendus sit ab Accursio, & sequacibus eius Iurisperitis, parum animaduersum esse puto. Seruius grāmaticus in octauum Aeneidos, Tria, inquit, genera olim militia fuerunt. Sacramentum, quæ legitima erat militia, cum sin-

Tumultus.
Militiæ genera tria.
Sacramentum.

guli milites iurabant. Tumultus, id est, bellum Italicum, uel Gallicum, in quibus ex periculi uicinitate erat timor multus. & quoniam singulos interrogare non uacabat, qui conuenerāt, si mul iurabant, & dicebatur ista militia coniuratio. Qui enim ducturus erat exercitū, ibat ad Capitolium, & exinde proferens duo uexilla, unum rosæum quod pedites euocabat, & unum cæruleū quod erat equitum (Nam cæruleus color est maris, à cuius Deo constat equum inuentū) dicebat, Qui Remp. uult saluam esse, me sequatur. Erat & euocatio cū ad diuersa loca diuersi con-

Euocatio.

gebantur exercitus. Hactenus Seruius. Vergilius, Extemplo turbati animi, simul omne tumultu Coniurat trepido Latium. Cic. in Anton. VIII. Potest enim bellum esse sine tumultu, tumultus sine bello esse nō potest. Quid est enim tumultus, nisi perturbatio tāta ut maior timor oriatur: unde etiam nomen ductum est tumultus. Itaq; maiores nostri tumultum Italicum, quod erat domesticum, tumultum Gallicum, quod erat Italiæ finitimis, præterea nullum tumultum nominabant. Grauius autem esse tumultum, quā bellum hinc intelligi licet, quod bello Gallico uacationes ualent, tumultu non ualent. Hactenus Cicero. Linius libro VIII. ab Vrbe cond. Nondum perfunctos cura Priuernatis belli tumultus Gallici fama atrox inuasit, haud ferme unquam neglecta patribus. Et paulò post, Mamer-

citum iussu sine ulla uacationis uenia, quin opificum quoque vulgus, & sellularij minimè militiæ idoneum genus, exciti dicuntur. Idem libro v 11. Dictator cum tumultus Gallici causa iustitium edixisset, omnes iuniores sacramento adegit, ingentiq; exercitu ab urbe profectus est.

Tumultus infignia. Insignia autem omnia tumultus Cicero uno in loco expressit Antoniana v. his uerbis, Rem sine mora administrandam, & confestim gerendam censeo, tumultum decerni, iustitium indici, saga sumi dico oportere, delectum haberi sublati uacationibus in urbe & in Italia. Idem in octaua, Delectus tota Italia decreti sublati uacationibus, saga cras sumentur. Ex prædictis satis apparet omnia in tumultu præpropere administrari publicè, priuatimq; solita, cum bellum uergens. & quasi muris imminens solennes actus non admittit. Inde q; factum ut tumultuarium pro præpropere & subitario, & rapidè factio aut quesito accipiatur. Græcè ἀποσχεδιον dicitur, & παρατύχον, & tumultuaria manus οἱ ποσειδώντες. Idem Linius libro 1. de bello Macedo. Duabus legionibus subitarijs tumultus eius causa scriptis, additisq; ad eas quatuor cohortibus de exercitu suo, Caium Appium Præfectum sociorum hac tumultuaria manu per Umbriam agrum Biorum inuadere iussit. Tumultuarium & subitariu pro eodem posuit. Quod uerbū si Accursius intellexisset, melius uerba Iuliani enarrasset in l. Nauis, supra, De infortia actione, Ibiq; tumultuarijs armamentis comparatis ad præfens Hostiam nauigauit. Vbi tumultuaria Iulianus pro subitaneis, & ex tempore conquestis, non iussis & planè sãbre factis eleganter accepit. Proinde in huiusmodi tumultu fraudem admittere pœnale erat, non in quolibet. Nobis autem iustum tumultu esse dixerim, uel olim

olim potius fuisse (Nunc enim omnia nobis cum illis conueniunt) Britannorum, id est, Angloru classis appulsam ad littora nostra, aut Germanorum ad Burgundiam, aut Campaniam incurSIONEM, & si quod eiusmodi bellu est, cuius tumultuosi nuntij esse, trepidiq; soleant. Sic enim uocabantur. Tranquillus in Nerone, Cœna quoq; tempore interpellatus tumultuosioribus literis, haec tenus excanduit, ut malum ijs qui descissent minaretur. Et tumultuari uerbum eodem sermè pertinebat. Idem in Galb. Carthagine noua conuentum agens tumultuari Gallias comperit. Quo modo & à Græcis θορυβῆν usurpatus. Demosthenes πρὸς τὸν Περικλῆν καὶ πρὸς τοὺς ἀκούοντες ἀνὰ μὲν τὰ ὄσους πρὸς πορδμὸν ἢ πρὸς μετὰ τοὺς ἀκούοντες ἀνὰ μὲν τὰ ὄσους καὶ ξένους, ἐθροβῆν re. Θορυβῆν, id est tumultuari dixit, pro in tumultu esse, & quasi tumultum decernere; id sermè quod lingua uernacula dicimus emoueri, aut etiam mutinari: quod uerbū à muticōdo, id est, mussando, deductum est. Populus enim multa in huiusmodi consternatione summissim dicere solet, quæ aperte nō audet. Plutarch. in Casare, Ἰνφίσεως παραχλῆν pro tumultu decernere dixit. In tumultu, ut ex uerbis illis Ciceron. & Lini apparet, iustitium indicebatur: id est, iudicialia fora claudi, ac silere iura iubebantur: uacationes non ualebant, ut hodie in Gallia cum bannum & retrobannum edicitur, & id uerbū adijcitur, Priuilegiati, & non priuilegiati. Nos euocatione fortasse, & subeuocatione Latine dicere possumus, sublati uacationibus edicta. Euocare enim uerbū ad uocatione bellicam accommodatum est, ut ex uerbis Seruij grammatici supra uidimus. Cic. pro Rabirio, De te ipso in qua Labiene quero, cum ad arma ex Senatuscōto Cōsules euocassent, cum armatus Aemilius in Comitio stetisset,

stetisset, & reliqua. *Euocatorum* etiam meminerunt *Cæsar* & *Tranquillus*, sed nihil nunc ad rem. In tumultu *Sagum* etiam sagatus *populus Roma* erat. Est enim sagum uestis index belli, ut toga pacis: quam tamen *Consulares* nō gestabant. id quod ostendit *Cic. in Antonia*. v 111. Equidē patres conscripti quanquam honore usi togati esse solent, cum est in sagis ciuitas: statui tamē uobis, ceterisq; ciuibus in tanta atrocitate temporis, tantaq; perturbatio-
ne *populi Rom.* non differre uestitu. Nō enim ita nos gerimus hoc bello *Consulares*, ut æquo animo *populus Roma*. uisurus sit nostri honoris insignia. Sagati etiamnum erant ad bella exeuntes, ut paludati *Consules*, & reliqui exercituum duces, qui Imperatores etiam uocabātur. *Sagum* autem militare, ac bellicum gestamen fuisse, cum ex *Nonio*, tum ex *Tranquilli* uerbis in *Augusto* intelligimus: *Consulatum* (inquit) x x. ætatis anno inuasit ad motus hostiliter ad urbem legionibus, missisq; qui sibi nomine exercitus deposcerent. Cum quidem cunctante *Senatu Cornel. Cæturio* princeps legationis relicto sagulo ostendens gladij capulum, non dubitasset in curia dicere, Hic faciet, si non feceritis uos. *Capitolinus* in *Marco Philo-
sopho*, Per *Brūdusium* ueniens in *Italiā*, togā & ipse sumpsit, & milites togatos esse iussit: nec unquam fuerunt sagati sub eo milites. Est alioqui sagum uestis stragule genus non dissimilis cilicio. *Tranquillus* in *Othone*, Ferebatur & uagari noctibus solitus, & inualidum quenq; obuiorum, uel potentium corripere, ac distento sago impositum in sublime iactare. *Plinius* lib. x v 1. de uisco loquens, Sacerdos candida ueste cultus arborē scandit, silce demetit, candido id excipitur sago. Utitur & *Hieronymus* *Exod.* x x v 1. Ceterum quod *Trāquillus* in sublimi

lime sago iactare dixit, uulgò bernare dicunt, id est, sago excutere sursum uersus. A sago sagaria negotiatio dicitur in l. Cum duobus, infra, Pro socio. Quod uerbum *Accursius* mirè interpretatur. De paludamēto quæ *chlamys* est Imperatoria, ut diximus, id est, eorum qui exercitus educebant. *Valerius* libro 1. de *Craffo* loquens, qui apud *Parthos* occubuit, *Pullum*, inquit, ei traditum est paludamentum, cum in prælium exeuntibus album, aut purpureum dari soleret. *Plinius* in *Panegy.* Gestus *Consulatus* non hoc urbis otio & intimo sinu pacis, sed iuxta barbaras gētes, ut illi solebant, quibus erat moris paludamento mutare prætextam, id est, pro prætextā, quæ cōsulare gestamen erat in urbe, paludamentū, quod gestamē est bellicum, & castrense, sumere. *Tranquill.* in *Vitel.* Urbē quoque ad clasicum introijt paludatus, ferroq; succinctus inter signa, atque uexilla sagulatis comitibus. *Iuuenalis*, Cumq; paludatis ducibus præfente marito ipsa loqui. *Paludamentum* hodie cottam armorum uocamus.

Ex l. si hominem. §. Quoties. eod. titu.

Quoties foro cedunt nummularij, solet primo loco ratio haberi depositariorum. (Foro cedunt (inquit *Accursius*) id est, litigare nolunt, sed bonis cedunt: quasi de foro iudiciorū *Ulpianus* intellexerit, quod lōge secus esse ostēdā. Foro igitur cedere dicebatur argētarij, cū tabernis, id est, mensis suis cedētes quæ in foro Romano erāt, aliō habitatū migrabant, Argētarij enim Romæ tabernas in foro publico cōductas habebāt. *Plaut.* in *Afinaria*, Quatriduum hoc unum modo foro operā a sidiuā dedi, dum re periam qui quæritet argentū in scenus. *Terent.* in *Phormione*, Sed trāsī sodes ad forū, atq; illud mihi argentū rursus iube rescribi *Phormio*: id est, per mēse scripturā red

di. *Plautus in Persa*, Mirum quin tibi credere, ut ipse mihi faceres quod partim faciunt argentarij, ubi quid credideris, citius exemplò à foro fugiūt, quam ex porta ludis cū emissus est lupus. Idē in *Gurgul*. In foro infimo boni homines atq; dites ambulant, sub ueteribus ibi sunt qui dāt, quiq; accipiūt fœnore pone adem *Castoris*, ibi sunt subito quibus credas malē. In eadē autem *Castoris*, quæ in foro erat Romano, solebant pecuniæ mercatorum fœneratorumq; deponi. Vnde illud *Iuuen. Satyra xiiii*. Quanto capitis discrimine constant Incrementa domus, erant multis in æra Numus, & ad uigilem ponendi *Castora* numi. Quem morē *Venetijs* hodiæ quoq; seruari aiunt. *Herodianus lib. i.* in tēplo *Pacis* diuites pecunias suas deponere solitos esse ait. indeq; crebra in iure mentio *peniarum* in eadē sacra deponendarum. De huiusmodi tabernis intellexit idem *Vlpianus* in l. *Qui tabernas argentarias*, infra, De contrahenda emptione; quo in loco *Accursius* nihil prorsus intellexit. Id autem ex *Vitruuio* libro v. intelligi potest, ubi de foris edificandis loquitur. Italia uerò urbibus, inquit, non eadem ratione est faciendum, ideo quoddā à maioribus consuetudo tradita est *gladiatoria munera* in foro dari. Igitur circum spectacula spatiosiora intercolumnia distribuuntur. circaq; in porticibus argentariæ tabernæ, mœnianaq; in superioribus coactionibus collocentur, quæ ad usum & uectigalia publica retē erunt disposita. Vnde circumforaneum *as* *Ciceroni* profœneratitio; sic enim inquit ad *Atticum*, *Tusculanum* & *Pompeianum* me ualde delectant, nisi quoddā me ipsū illum uindictæ æris alieni, ære non *Corinthio*, sed hoc circumforaneo obruerunt. Cedere foro uulgus facere banquam ruptam dicit, hoc est, negotiationem mensariam abrum

Aes circumforaneum.

Cedere foro.

abrumperē. Quod & solum uertere dicitur. *Iuuen. Sat. xi.* Hi plerumq; gradus, conducta pecunia Romæ, Et coram dominis consumitur; inde ubi paulum Nescio quid superest, & pallet fœnoris autor, Qui uertere solū, *Baias* & ad ostia currunt, Cedere nanq; foro iam non est deterrius quam *Aesquillas* à feruenti migrare *Suburra*. Verte- Vertere solum re solum, est aliò migrare, hoc est, regionem mutare, siue exilij causa, siue ob æs alienum: *Cic. in Anto. v.* Sunt item lecti iudices qui fortè excusabuntur; habent enim legitimam excusationem exilij causa solum uertisse, nec esse postea restitutos. Idem pro domo sua, *Qui* erant, inquit, rerum capitalium damnati, non prius ciuitatem amittebant, quàm erant in eam recepti, quò uertendi, id est, mutandi soli causa uenerant. Antiqui enim uertendo solo legum pœnæ euitare poterant, ut ex *Liuiō* nonnullis in locis, & ex *Cicerone* intelligere possumus in oratione pro *Cecinna*, de ademptione ciuitatis loquēte, Exilium enim, De exilio. inquit, non supplicium est, sed per fugium portusq; supplicij. nam qui uolunt pœnam aliquam subterfugere & calamitatē, eò solū uertunt, hoc est, sedem & locū mutāt. Itaq; nulla in lege nostra reperietur nec apud ceteras ciuitates maleficiū ullum exilio esse mulctatū. Sed cum homines uincula, necesse, ignominiasq; uitāt, quæ sunt legibus constitutæ, confugiunt quasi ad aram in exiliū. *Qui* si in ciuitate legis uim subire uellent, nō prius ciuitatem, quam uitam amitterent. quia nolunt, non adimitur ijs ciuitas, sed ab ijs relinquuntur atque deponitur. *Hactenus Cicero.* *Liuius* libro vi. de bello *Macedonico*, de *Fuluiō* perduellionis reo loquens, Igitur prius quàm dies conuictorū aderat, *C. Fuluius* exulatum *Tarquinius* abiit. id ei iustum exilium esse plebs sciuit, id est, plebiscito decreuit. Adde

Domi sese cōtinere exiliū loco.

Argentarij. Mensarij. Mensularij.

Argyrognomones. Collybitæ.

Aphormæ.

Adde quod idem Cicero in oratione in Vatinius dixit, do mi sese continere exiliū loco Romæ habitum esse. Cumq; inquit, non maiestate Imperij, non iure legum, sed iannæ præsidio & parietum custodijs Consulib; uita tegetur, quæro miseris ne uiatorem qui Marcum Bibulum domo ui extraheret? ut quod est in pruatib; semper obseruatū, id de Tribuno plebis Consulib; domus exiliū esse nō posset? Cedere igitur foro, & solum uertere, dici proprie potest de argentarijs, qui & nummularij dicuntur & mensarij mensularijq; & Græcis uerbis trapezita et collybitæ, qui & ipsi rursus duorum sunt generum. Nam minutuli illi nummularij, id est, campsores uulgo dicti, quos Græci argyrognomonas uocant, quasi pecuniæ spectatores, & collybitas, & ἀργυρομοίβας, publicā causam habere non uidentur; nec rationē accepti expensiq; facere, ut argentarij illi & mensularij, qui nō tam pecuniarum permutationem, quā maiorē negotiationē exercēt. quibus olim moris fuit pecunias custodiendas dari, focnerato interdū, interdū gratuito. Hos Demosthenes τραπεζίτας uocat. Et ἀφορμὰ dicitur pecunia quæ apud eos deponeretur, ut in oratione ὑπὲρ φορμῶν. Romæ autem argentarij etiā auctionibus interueniebant. cuius exemplū est in l. Filie, ff. De solutionibus, & pecunias ibi à licitantibus stipulantes, auctionantibus representabant. Cicero pro Cecinna, Ebutio negotium datur: adest ad tabulam: licetur Ebutius: deterrētur emptores multi, partim gratia Cecinnæ, partim pretio fundus addicitur Ebutio: pecuniam argentario promittit Ebutius. Quintilianus in undecimo, Et forsitan in hoc sunt aduti qui auctione dimissa, quod cuique uendidissent, tectibus argentariorum tabulis reddiderunt: quod præstitisse Hortensium dicunt. de arte memoria loq

Argyroprag.

Decoquere. Decoctores. Afoti.

Nequam. Afotia.

loquens. Hos ego inuenio ἀργυροπράτας uocatos in Pandectis Græcis, uel ἀργυροπράτας fortasse, ab exigendis uenditarū rerū pretijs. Merito igitur huiuscemodi argentarij publicā causam habere dicuntur à Caio in titulo, De edendo. Horum nunc instar ferè sunt apud nos qui uinarij uēditores pecuarij q; dicuntur, & cetarij piscarij q;, operā negotiatoribus præbētes identidem cōmeantibus, ne in foro diu sedere cogātur, et à singulis emptoribus pretia expectare. Qui foro cedunt, ἀνασκευάζειν τὴν τράπεζαν dicitur apud Demosthenē πρὸς Απατέριον. & ἀνασκευάζει. Idem alibi, Ἐδὲως δὲ ἀπὲρ ἕγωγε πυθόμεν ὑμῶν ἐὶ ὄργισθε τοῖς ἀνεσκότασ μύθοις τῶν τραπεζιτῶν, Dicuntur & μετρονίται, quod significat solum uertere, & ἀνασκευάζειν τὴν τράπεζαν. Decoquere uerò dicitur qui priuatā causam habēt: id est, χρονοκτῆρ. Et decoctores dicti sunt id genus ferme hominū qui Afoti dicuntur uerbo Græco, id est luxu & ganeæ studio perditū, & Latine nequā uerbo significantissimo: eorūq; uitiiū afotia & nequitia, quam Gellius luxum & popinationem interpretatur. De quibus Cic. in 11. de Fin. bonorum & malorum loquens ita inquit, Nolim enim mihi fingere afotos ut soletis, qui in mensam uomant, & de conuiujs auferantur, crudiq; postmodum se rursus ingurgitent: qui solem (ut aiunt) nec occidentem unquā uiderint nec orientē, qui consumptis patrimonijs egeant. Nemo nostrū istius generis afotos iucunde putat uiuere. De huiusmodi quodā afoto iocus est ille oratorius apud Cic. relatus in secundo dialogo de Oratore, Gallus olim testis in Pisonē, cum innumerabilem Magio Prefecto pecuniā dixisset datam, atq; Scaurus tenuitatem Magij redargueret, Erras, inquit, Scaure, ego enim non Magiū cōseruasse dico, sed tāquā nudus nucēs legeret, in uentr

Decoquere. uentrem abstulisse. Decoquere igitur est uorato patrimonio creditoribus fidē non prestare, aut certē fidē suā obstrictam per inopiam non liberare. Plin. lib. xxxiii. Non erat apud antiquos numerus ultra centum milia. Itaq; & hodie multiplicatur, ut decies centena millia aut sepius dicantur. Fœnus hoc fecit numusq; percussus. & sic quoq; es alienum etiamnum appellatur, uel potius etiā tantum. Postea diuites cognominati, dummodo notum sit cum qui primus accepit hoc nomen, decoxisse creditoribus suis: de Crasso loquens qui diues cognomēto dictus est, cuius meminit Valer. lib. vi. cap. ii. Decoctores in Francia paucis annis permultos uidimus, qui obliquitis haustisq; aut in aleam deperditis, aut in Venerem profusis, aut in cultum factumq; effusissimum absumptis, non modō patrimonijs, sed etiam publicis priuatorumq; pecunijs, partim ad aras asylaq; confugerunt, partim solum uerterunt, partim etiā in carcerem emigrauerunt. Decoctoribus Romæ certus locus in spectaculis assignatus erat, ut insignes omnibus essent, etiam si infortunio aliquo, non nequitia decoxisissent. Cicero in Antoniana i i. Tenes ne memoria pretextatum te decoxisse? patris inquit ista culpa est, concedo. etenim pietatis est plena defensio. Illud tamen audacia tua, quod sedisti in xiiii. ordinibus, cum esset lege Roscia decoctoribus certus locus constitutus: quamuis fortuna uitio non suo decoxisissent. Spartianus de constitutionibus Adriani Principis loquens, Decoctores, inquit, bonorum suorum si suæ autoritatis essent, catamidiari in amphitheatro, & dimitti iussit. Id est, deridendos omnibus per theatrum præberi. A uerbo Græco catamidio, quod deridere & ludibrio habere significat: ut id propemodum ludibrij genus esse suspicer, quo polygami afficiuntur, id est,

Polygamorum
pena.

est, qui multis uxoribus eodem tempore abutuntur, cum mithellati in scalario suggestu, lasciuētis plebecula scurrilitates obaudire perfricta fronte ad aliquot horas coguntur. Mithrari id appellant. Cui nō dissimile est illud quod traduci Latine dicitur, & Græcè παραδειγματίζεσθαι, Traducere. Matthæi i. Μὴ θέλω ἐν ὑμῶν παραδειγματίζεσθαι, ἐβδελύθη παραδειγματίζεσθαι. Ioseph autem uir ipse iustus nolens eam traducere, uoluit occulte dimittere. Lilius libro i i. ab Vrbe cond. de Volscis loquēs publico cōsilio ac uoce præconis à spectaculis exactis, Vos, inquit, omnibus ciuibus, peregrinis populis spectaculo abeuntes fuisse: uestris coniuges, uestris liberos traductos per ora hominum. Huiusmodi traductio hodie chariuarium uocatur in quibusdam urbibus. Tranquillus in Uespa. Inter aduersa temporum & delatores madatoresq; erant ex licētia ueteri. hos assiduē in foro flagellis ac fustibus caesos, ac nouissimē traductos per amphitheatri arenam, partim subijci in seruos ac uenire imperauit, partim in asperrima insularū aduehi. Verūm decoquere uerbū & ad alia transfertur. Columell. in principio lib. x i i. Nam quamuis interdum emendatū sit perperam factū uel imprudentia uel negligentia: res tamē ipsa iam domino decoxit. Nec mox in tantum exuberat, ut iacturam capitis amissi restituat, & questū resarciat. Decoxit, id est, frugū foeturam quasi fœnus debitum reddidit. Hæc autem significatio ex eo tracta est, quod decoquere paulatim diminuere significat & coquendo absumere. Lilius, Eo anno Carthaginieses in stipendium argentum aduexerunt, id quia probū non esse Quæstores renunciauerunt, experientibusq; pars quarta decocta erat, mutua pecunia sumpta intertrimentum argenti suppleuerunt. Quintil. in i i. Materiam esse primum

Traducere.
παραδειγμα
τίζεσθαι.

Traductio.

Decoquere.

primum uolo uel abundantiore, atq; ultra quã oporteat
 fusam, multum deinde decoquent anni. Id est, diminuent,
 limabunt, atterent, & quasi exugēt. Vnde decoquere mu-
 stum uel aliud ad tertias & ad quartas Columella libro
 xiiii. & Plinio septe. Argentum decoctum Cicero in Pi-
 sonem pro pecunia in luxū, & ganeam absumpta posuit,
 his uerbis scommaticè & mordaciter in Pisonem dictis,
 Ita enim sunt rationes perscripta scitè & literatè, ut scri-
 ba ad arariū qui eas retulit, perscriptis rationibus secū,
 ipse caput sinistra manu perficans, cōmurmuratus sit.
 Ratio quidem hercle apparet, argentum decoctū, ceche-
 tæ uel ocheto, ὠχέρο. Id est, reliqua non comparant, non
 extant. Verba autem sunt Plauti ex Trinummio, à Cice-
 rone per Parodiam, id est (ut Fabius inquit) per cōticia ac
 sermonis similitudinē, in orationem suam translata; quæ
 tamen in omnibus Ciceronis exemplaribus deprauatissi-
 mē legūtur. His enim uerbis describitur habitus hominis
 profusi, de reliquijs rationum suarum anxij. Cedere autē
 foro eodē modo dictum est quo cedere patria. Iuuenalis:
 Cedamus patriam id est, migremus Roma. sic cedere urbe,
 cedere uita. Cicero ad Octauiū, Cedam urbe, quã per me
 conseruatam, ut esset libera, in seruitute uidere non pote-
 ro. Cedam uita, quæ quanquam sollicita est, tamen si pro-
 futura est reip. bona spe posteritatis me consolatur: quæ
 sublata non dubitanter occidam: atque ita cedam, ut fortu-
 na iudicio meo, non animus mihi defuisse uideatur. Cedam
 uita honestè dictum, pro eo quod est, ultro ad mortē ac-
 cedam, mortem mihi consciscam. Sic cedere legibus, pro
 Milone, Si ille Milo Clodij morte patriam liberare uo-
 lisset, non dubitaturum forem uirum quin cum suo peri-
 culo salutem populi Romani attulisset, cederet æquo
 animo

Locus Cicero-
 mis restitutus.

Cedere patria,
 urbe.

Cedere uita.

Cedere legib⁹.

animo legibus, secum auferret gloriam sempiternā: uobis
 hæc fruenda relinqueret, quæ ipsa seruasset. Cederet legi-
 bus, id est, quamuis commendabili facinore edito, exilium
 tamen sibi conscisceret, ne leges uiolare uelle uideretur, si
 in urbe maneret. Cedere fortunæ, id est, succumbere. Ce-
 dere oneri uel etiam honori, ut apud Vergil. per dati-
 uum dicta, aliam significationem habent. Cedere Græcè
 ἰπενχωρεῖν dicitur ἰπενχωρεῖν, ἐξίτασθαι, ἠπείμειν, ἐνδι-
 δόναι, μεθίτασθαι, secundum uarios significatus.

Ex I. Publica. §. ultimo.

Item costrophinati decem.) Sunt qui legant cistophori,
 quod nummi genus est apud Liuiū libro septimo, de bello
 Macedonico, quod nō probo. nominatiuus enim cistophori
 ad uerbum debetis, referri non potest. Hic locus igitur
 uix emēdari potest, nisi in spectis archetypis Florentinis.
 Sunt autē & alia nōnulla loca huiusmodi, quæ nō tam do-
 ctinæ sunt quam fortunæ. ut quisq; enim aut in antiquissi-
 mum aliquod exemplar fortè inciderit, aut etiam maiore
 aliquo fãto archetypos legerit, facile hæc emendabit, si ta-
 mē locus ille incolumis extiterit: sunt enim in ijs multa lo-
 ca in quibus literæ uetustate exoleuerūt, ut animaduertis-
 se mihi uideor cum eas inspicerem. Cistophori Cicero ad
 Atticum lib. x. i. meminit his uerbis: Ego in cistophoro in
 Asia habeo ad sestertium bis & uicies. Huius pecuniæ
 permutatione fidē nostrā facilè tuebere. Quod autem se-
 quitur, Ex ratione patris nestri decē & quod excurrit
 hunc sensum habet, decē aureos & aliquot denarios uel
 sestertios. Summa enim excurrens Latine dicitur, quã lin-
 gua uulgaris ruptā appellat: ut cum dicūt solidos fractos,
 id est, brisatos. Augustinus libro x. i. de Ciuitate: Quia
 propter quod nos modò querimus post quinq; millia &
 quod

Cedere fortu-
 nã, oneri, &c.

ἰπενχωρεῖν

Summa excur-
 rens.

quod excurrit amorum, possent & posterius post amorum sexcentis millies eadem curiositate requirere. Idē libro decimo sexto: ut ergo istum numerum minorē credamus esse ueriores, de mille sexcētis quinquaginta sex annis ducenti quadraginta detrahuntur; nunquā credibile est per mille quadringentos (& quod excurrit) annos qui restant usq; ad diluuium progeniem Cain generationibus uacare potuisse? In priore exemplo excurrentem summam uocat minorem millenaria, id est, sexcētos plus minus annos, qui tum ultra quinq; millia à constitutione mundi numerabantur, cum illum librum scriberet. Mortuus est enim Augustinus anno mundi supra quinquies mille finem circiter sexcentesimo tricesimo. In posteriore exemplo excurrentis id appellat, quod ultra centenarium progreditur: id est, sedecim: ut cum dicimus centum quadraginta, aut quamcunq; summam infra centum, quæ in ordinem centenarium incurrere nō potest. Excurrere enim id dicitur quod ordinem aut modum, id est, mensuram numerum uegreditur. Cicero in Oratore perfecto, de numeris Oratorij loquens: Mutila, inquit, quædam sentit auris quasi decurtata, quibus tanquā debito fraudetur, offenditur. productiora alia & quasi immoderatus excurrētia, quæ magis etiam aspernantur aures. Excurrentia appellat uerba quæ ultima rhythmum legitimū adducuntur. Inde excursio Oratoria, quæ & excursus dicitur. A Græcis τῶν ἰσχυρῶν βασις. Cuius meminit Quintilianus in quarto, de Narratione loquens. Quadrans autē summa dicitur & solida in qua nihil excurrit. Cicero in Pratura urbana: Expensi Chryfogono seruo sester. sexcenta milia, & accepta pupillo Malleolo retulit. quo modo ex decies sester. sexcētis sint facta. quo modo dicta eodem modo quadrarint, ut illa

Excurrere

Excursio Oratoria. Ἰσχυρῶν βασις.

Quadrans summa.

de Gn. Carbonis pecunia reliqua sester. sexcenta facta sunt. quo modo expensa Chryfogono lata sunt. cur id uomen infimum in lituraq; sit, uos existimabitis. Fraudē Cicero in Orationibus Verris arguit ex eo quod accepti & expensi eadem erat quantitas, ita ut expensi pagina quadraret cū accepti. Quadrarint (inquit Padianus) id est, solida facta sint, ut neq; plus quicquam, neque minus inueniatur in summa. Vbi enim ratio sine fraude est, difficile est sexcenta quadrare & solidare, uel solida fieri in expenso et accepto, quin aut plus aut minus reperiat. Hoc Græci ἀναστῆσαι dicunt quasi adæquare, & ex æquo implere, & ἀναστῆσαι dicitur ἀναστῆσαι & ὡς τὸ λῆξαι ἀεὶ ὁμοῦς; id est, summa quadrans & rotunda, cum summa alteram summam æquat.

Ἀναστῆσαι. Ἀναστῆσαι.

Exl. Si quis mihi Mandati.

Spheristerium & hypocausta. Spheristeriū legendum esse, uno esse ac simplici uerbo nemo hac ætate ignorat: quanquā Accursius solers etymologicus aliter existimauerit. Locum autē in balneis fuisse spheristerium exemplis apparebit, quamuis huius uerbi Vitruuius non meminerit. Traquillus in Vespas. V aletudine prosperrima usus est, quamuis ad tuendā eam nihil amplius quam fauces cæteraq; mēbra sibi met ad numerū in Spheristerio deficeret, mediamq; unius diei per singulos mēses interponeret. Plinius ad Apollinarem: Apodyterio, inquit, suppositum est spheristerium, quod plura genera exercitationis, pluresq; circulos capit. Idē lib. 111. Vbi hora balinei nūtiata est, est autē hyeme nona, æstate octaua, in sole si caret uento, ambulat nudus, deinde mouetur pila uehementer et diu. Nam hoc quoq; genere exercitationis pugnat cū senectute. Lamprid. in Alexand. pro loco ad pilarē usum accom-

Spheristeriū.

Sphæristæ.
Sphæristici.
Hypocaustum.

Præfurnium.
Cellæ caldariae, &c.

Ahena tria.

modato accipere uidetur his uerbis: Post lectionē operam palæstræ aut sphæristerio, aut cursui, aut luctam inibus mollioribus dabit. Sphærizo Græcè pila ludo significat, autoribus Suda & Polluce. A quo Sphæristæ dicuntur Sphæricularis ludi studiosi; et Sphæristici, eius ludi periti. Hypocaustū autē seu hypocaustis (utroq; enim uerbo idem significatur) locus est in balneis, quod succensum uel subustum Latine interpretari possumus. Huius autē os præfurnium uocatur. Ab hoc hypocausto cellæ caldariae & tepidariæ calore teporemq; cōcipiebant, promiscuo usu ex eodem hypocausto ad uirilia muliebriaq; caldaria tepidariaq; ut Vitruuius docet. Hypocausto superposita erant athena tria, unum frigidarium, aliud tepidarium, et tertium caldarium, ita collocata ut ex tepidario in caldarium quantum aquæ exiret, tantum ex frigidario in tepidarium influeret. Hypocaustis Gallia utitur, sed publicis plerisq; & sui generis; id est, non similibus antiquorum: Germania etiam priuatis passim, ut ferunt.

Ex l. tertia, Pro socio.

Quæritur quæ sit iusta hereditas, utrū quæ iure legitimo obuenerit, an etiam quæ ex testamento. Hæc dicitio iustus apud Iurifconsultos frequens, non satis (ut arbitror) intelligitur. Caius de arrogatione loquens: Is qui adoptat, inquit, rogatur an uelit eum quæ adoptaturus sit, iustum sibi filium esse. Iustum intelligo non uerum, ut aliqui censent, sed omnibus partibus (ut ita dicam) filiationis ueri filij uicem obtinentem, naturalis & legitimi filij loco cedentem. In l. In uniuersis: Qui dare tutores uel curatores possint, Cod. Minor ante impetratam ueniam ætatis non habet iustam personā litem instituendi, iustam pro idonea & plena intelligo. Iustum uadem (inquit Festus) idoneū spon-

forem

forem uocabant. Sic iustum prælium. Liuius: Deinde eos qui in montibus erant, leuibus prælijs fatigauit: postremo coactos in acie descendere iusto prælio deuicit. Iusto pro pleno intelligo, id est, quod uerè & propriè prælij nomine censeri possit. Sic iustum exilium. Idem libro v. 1. secundi belli Punici, de Fulvio perduellionis reo loquens: Priusquam dies comitorū aderat, Caius Fuluius exulatū Tarquinios abiit, id ei iustum exilium esse sciuit plebs: id est, plebs decreuit spontaneum exilium Fuluius, plenū & uerū esse, aut pro pleno ac legitimo exilio cedere, quod formale nunc appellat. Simile est ac si dicamus fideicommissarium non esse iustum heredem, id est plenū, uel planè heredem. Iustum enim est omnibus numeris plenū, quod Græci ἀκριβές dicunt. Galenus identidē utitur ἀκριβές ὀφθαλμίας, id est, iustum plenumq; erysipelas, et huiusmodi alia appellado lib. x. 1. 1. Therapeut. Iusta magnitudo hominis dicitur nō tamē mediocris, quàm plena et cōgrua, que scilicet minor est enormi, nihilo tamen defecta. A Græcis ἰσὺς μέτρον μέγεθ & dicitur, quod Theodor. ex Theophrasto debitam magnitudinem transtulit. Dicitur & ἰσὺς χρόνου. Idē Theophrastus ἰσὺς μέτρον καιρόν, pro iusto tēpore dixit. Aristoteles in principio quarti Politicorū, de gymnastica loquens: τὴν ἰσὺς μέτρον ἔξιπ, ἢ τὴν ἰσὺς μέτρον ἰδιόφυλον, pro iusta habitudine, & pro iusta scientia dixit. Hanc autem iustam habitudinē Plaut. athleticam appellat: hoc est, plenam, dumtaxat in eo qui gymnasticam exercet, alioqui illa habitudine plenior est iusta, ut Quintilianus ait, & nos alibi diximus. Sic iustam palæstræ scientiam apud Aristotelē intelligere oportet omnibus numeris palæstricis perfectā, qualis olim erat in pentathlis, qui quinque certamina obibant. Leonardus exactam transtulit,

Ακριβές.

Iusta habitudo.

sed significantius iustam dicere potuit. Dicitur etiam iustum Græcè ἰστέρον, & ad uerbum δίκαιοσ. Columella lib. 11. Iusta enim fieri nequeunt cum induruit ager. Id est, plena opere, & tornata integra, ut uulgus loquitur. Idē lib. 11. Iugerum uineæ quinq; operis ablaqueatur, quinq; foditur, tribus occatur. Iugerum ualentis & iam constituta uineæ quatuor operis putatur, sex alligatur, arbusculo eiusmodi nihil potest apte finiri: quoniam inæqualitas arborum non patitur operis iusta cōprehendi. Sic in Sexto: Iusta cibariorū conficere. Et in decimo, de apibus: Iustis operum peractis recipiunt se, nec remeant ad aquam. Plinius li. x x i i i. Miscent æra falsæ monetæ, alij è pondere subtrahunt, cum sit iustum, Lxx x i i i. è libris signari. Iustum ubiq; positum est pro pleno: hoc est, nec redundanti nec defectuoso. Trāquillus in Claud. Gladiatoria munera plurifaria ac multiplicia exhibuit. Amiuersarium in castris Prætorianis sine uenatione apparatusq; iustū atq; legitimū in septis. Ibidē extraordinariū & breue dierumq; paucorum. Iustum & legitimum munus dixit, pro eo qui ex formula munerum dabatur. id est, in quo nihil decrat

Γιγνόμενον. prorsus nec rerum, nec dierū, nec apparatus. γιγνόμενον id à Demosthene dicitur identidē et δίκαιοσ. & δίκαιοσ & δὲ γιγνόμενον χέρι τῶν δικῶν νομισαδῶν. Id est, iustā ac legitimam gratiā. Et γιγνόμενον τόκοσ, legitimā usuram uocat. Et γιγνόμενον ἀποδοῦναι, probos et legitimos nummos reddere, id est, δίκαιοσ. Herodot. in 11. Αἱ δὲ ἐκαστοῦ ὀργυιαι δίκαιοι, εἰσι γὰρ διορ ἕξ ἄπλεσ πορ, iustæ uineæ

Iusti dies. uel orgyie. Iusti dies alia et noua quadā ratione dicti sunt (ut uidetur) in l. x i i. tab. his uerbis: Aeris cōfessis rebusq; iure iudicatis triginta dies iusti sunt: post deinde manus iniectio esto. De his Gel. lib. x i x. ita inquit, Confessis igitur

tur aeris ac debiti iudicatis triginta dies sunt dati conqui-
rendæ pecuniæ causa quam dissoluerent: eosq; dies Decē-
uiri iustos appellauerāt, uelut quoddā iustitium, id est, iuris
inter eos quasi interstitutionem quandam & cessationē,
quibus diebus nihil cū ijs iure agi posset. Iustos igitur dies
dicere possumus, qui de rigore (ut dicimus) dantur, &
quibus pauciores dari non possunt. Iusti etiam dies dice-
bantur triginta dies cum exercitus esset imperatus, & ue-
xillum in arce positum, ut autor est Festus. Macrobius li-
bro primo Saturnaliū: Præliares, inquit, dies ab iustis nō
separauerim. Siquidem iusti sunt, triginta dies continui,
quibus exercitui imperato uexillum ruffi coloris in arce
positū est. Præliares autē omnes quibus fas est res repetere,
uel hostē lacessere. Iustos dies hodie quadraginta dies
dicere possumus, qui legitimis hæredibus dantur ad cōsti-
tuendum ac deliberandū an hæredes esse uelint, & si qui
sunt eiusmodi dies quibus cū aliquo institutū sit. quo uer-
bo, id est iustitio, significare possumus id genus rescripti
principalis quod statū uocamus, quasi litis sistēdæ gratiā,
que militibus extra regnum merētibus ad aliquot menses
indulgeri solet, Status enim à sistēdo dicitur, ut status dies
dicitur dies constitutus, quē nūc præfixū uocant. Festus:
Status, inquit, dies dicebantur iudicij causa cōstitutus. Iu-
stitiū autē, iuris statio est, quasi inhibitio. quod uerbū olim
licet publicā iuris cessationem significaret, quo tempore
lege agi nō poterat, nec tria uerba Prætori dicere licebat
do, dico, addico: potest tamē & priuam iuris cessationem
moribus nostris significare. Antiqui indicere iustitium dice-
bant. Linius li. x. ab Vrbe cond. His numijs Senatus cōter-
ritus, iustitium iudici, delectum omnis generis hominum ha-
beri iustitium autē remitti dicebatur, cum pristina

Iustitium.

Status.
Dies status.
Iustitium.

Indicere iusti-
tium.

Remittere ius-
titium.

facultatem tractandarum litium publicè restituebāt. Idē
 eodem libro: Itaq; & supplicationes ob rem bene gestam
 Consulis nomine decernunt, iustitium remittunt, quod sic
 rat dies decem & octo, supplicatioq; prælata fuit. Sup-
 plicationes erāt quas processionem dicimus. Cessum hodie
 tollere dicunt, pro sacrorū cessationem remittere. Indi-
 cere enim & remittere interdictum dici debet. Hoc autē
 forsasse sacrificiū dici potest, ut interstitium & iustitiū.
 Verum enim uero in proposito iusta hæreditas dicitur, id
 est, uerè & planè hæreditas, quæ iure legitimo obuenit,
 id est, cognatiōis nomine, ἡ ἀγαθὴ κληρονομία. Hic
 enim titulus hæredis plenissimus est, & omnibus partibus
 iuris nixus. Hæres (inquit Festus) apud antiquos pro do-
 mino putabatur. Hærediū paruum prædium. Varro libro
 primo de Re rustica: Quāntū autem ad antiquos nostros
 ante bellum Punicum pendebant bina iugera, quot à Ro-
 mulo primū diuisa dicebātur uiritim: quæ quod hæredē
 sequerentur, hærediū appellauerūt. Plin. lib. xi. In duo-
 decim tabulis legum nostrarum nusquā nominatur ulla,
 semper in significatione ea hortus: in horti uerò hærediū.
 Columella in præfatione: Quintus Cincinnatus obsessi Cō-
 sulis & exercitus liberator ab aratro uocatus ad Dictatu-
 ram uenit: ac rursus fascibus depositis, quos festinantius ui-
 etor reddiderat quā sumpserat Imperator, ad eosfā iu-
 uencos & quatuor iugerū auitum hærediololum redijt. Id
 est, ἄς τὸ χωρεδιολὸν τὸ παρῶον. Hæres igitur propriè, id
 est, dominus bonorū defuncti dicitur: cui legitimo iure, id
 est, cognationis id obuenit, quasi debitū sit id bonum, non
 aduentitium. unde hæredium dictum quod huiusmodi hæ-
 redem sequeretur. nos hodie proprium uocamus, quod
 illi hæredium auitum uocabant. Quo modo autem ius-
 tum

Supplicationes
 Remittere ces-
 sationē sacro-
 rum.
 Sacrificium.

Iusta hæredi-
 tas.

Hæres
 Hæredium.

sum pro uero, ita & uerum pro iusto uicissim accipitur. Verum.
 Cicero ad equites Romanos: Nam neq; maius est defen-
 dere unum quā populū, neq; uerius à singulis quā
 ab omnibus repetere officij præmiū & frui. Verius pro
 iustus & æquus dixit. Idem pro Muræna: Atenim agit
 mecum austerè & Stoicè Cato, negat uerum esse, allici
 beneuolentiam cibo, negat iudicium hominum in magi-
 stratibus mandandis corrumpi uoluptatibus oportere. Ve-
 rum, inquit, id est, iustum, par & æquum. Et in Sallustiū:
 Quem honorem ita gesit, ut nihil uenale non in eo ha-
 buerit, cuius aliquis emptor fuerit: ita egit, ut nihil non
 æquum atq; uerum duxerit, quod ei facere collibuisse. Et
 pro domo sua: Sed quid ad te qui neges esse uerum, quen-
 quam ulli rei extra ordinem præfici? Vbi perperā in ple-
 risq; libris pro uerum iuris legitur. Vergilius libro duode-
 cimo Aeneidos: Parcite iam Rutuli, & tela inhibete La-
 tini. Quæcumq; est fortuna, mea est, me uerius unū Pro uo-
 bis fœdus luere & decernere ferro. Horatius, ad Mecæ-
 nat. Metrise quæq; suo modulo ac pede uerū est. Vtitur
 & Lilius & Iurisconsulti interdū. Sic intelligitur for-
 tasse illud Prouerbiorū x x. Misericordia & ueritas cu-
 stodiunt Regē. Veritas enim pro Iustitia ponitur. Græcè Veritas.
 tamē sic legitur, ἐλεημοσύνη καὶ ἀλήθεια φύλακὸν βασιλεῖ,
 Misericordia & ueritas custodia Regi. ut ad uerbum de
 ueriloquio intelligamus. Cicero pro Deiotaro: Quæ mihi
 ad spē obtinēdæ ueritatis grauißima sunt: ad motum ani-
 mī & ad omnem impetum dicendi leuiora. Veritatē pro
 Iustitia posuit: hoc est, πρὸς τὴν ἐλπίδα τῆς τυχεράνης τῆς
 ἀλάρας. Iustū autē à Græcis nō pro uerò, sed pro digno
 ponitur, ut ἀδικαὶ & ἔγκωμιον τυχεράνης ἀπὸ τῆς ἀξίας. Δίκαια &
 sic illud Ciceronis etiam intelligi potest. Sed quid ad te,
 K 5 qui

Digressio in
mores præsen-
tes inueniens.

Aspendius ci-
tharistes.

qui negas uerum esse quæquam Reipublicæ extra ordinem præfici: id est, dignum & par esse. Qui enim iusti sunt, hos dignum & par est rerum publicarum administrationi & honoribus præfici. Et uice uersa qui digni sunt honoribus, eos quoque cæteris præferri iustum est. Sed plerumque aliter fieri moribus receptum est. Sic est enim ratio huius temporis comparata, quatenus ad ius distributiuum attinet, ut in eo iure dicendo reddendoque, fortuna, id est, cæca rerum humanarum arbitra, longè primas partes haud dubie obtineat, utque in eius sententiam plerique eorum qui in consilium mittuntur, pedibus ire soleat, atque in diuersissimam partem ab dignitate transire. Ita fit, ut ex dignitatis solitariae ac destitutæ sententia uix decima quæque res decernatur, quippe quæ in ijs decretis paucissima puncta plerumque ferre soleat, in quibus numerantur sententiæ, non ponderantur. Adde quod qui apud nos Principibus à memoria absunt, quorum auribus & oculis & iudicio Principes omnia ferè credunt, ij (ut Aspendius ille citharistes) plurima sibi intus, id est, in interiore illo ac sanctiore consilio canunt. Studijs enim suis sæpius, aut etiam commodis, quam Reipublice consulere creduntur. Huc accedit quod quantumuis quidam innotuerint, & claritate nominis & integritate fame, haud unquam ferè sola uirtutis commendatione apud aulam penitus insinuatur. Principes enim nostri acres interdum oculos habere dicuntur & acutos, aures plerumque hebetiores. Mitto quod nonnulli quasi admissionis officio præfati, ad aulicos aditus stationes agunt draconea uigilantia, ut nemo nisi amicus aut ab eis excussus, atque etià eorum pace, id est, fide data, autoratus, penitus admitatur, ut mirum non sit obnoxie interdum gestos magistratus à uiris etiam grauioribus. Proinde nisi suffragatorem aut paraueris, aut

nactus

nactus sis, qui uiam tibi ad aulam interiorem muniat, ne ille arduus magis accessus quam dexter ascensus est literarum Pythagoricæ. Quare non cuiusuis est Corinthum adire (ut dicitur) sed quorum meritis fortuna subscribens suffragatores conciliauit. Iam uerò moribus aulicis constitutum esse uisatumque nouimus, ut ne absentium nomina recipiantur in mandandis magistratibus. Atqui modestiores aut ambitus ignari, petitores profiteri se non solent: excipio quosdam beatos quibus dormientibus omnia superi cõficiunt, aut etià qui in crepundijs, non in toga magni sunt. Honoris igitur aut ab ijs teneri necesse est, qui opibus et necessitudinibus præualent, aut ab ijs certè prostituta frontis petitoribus, qui ambiendo, efflagitando, se uenditando, aulicos obtundere atque etià enecare sustinent. Sic enim assolet interdum, faciuntque homines cynomyia procaciores. (Sic muscam caninam uocant) ut quod impetrare non possunt, extorqueant: quod exorare aut emereri nequeunt, eblandiantur & extundant. Præstat autè egregios uiros in secessu latere, aut in uita priuata cõflescere, quam turpiter & obnoxie in prætexta innotescere. Magnumque est solatium hoc modo præteritis, obsoletia uidere in hominibus inaignis honorum insignia. Maius & illud ex dicto Catonis senioris, qui cum multas erectas statuas spectasset eorum qui præclaras res gesserat: E quidem, inquit, malo homines de me percunctari, quamnam ob causam Catoni quoque statua posita non est. Auctor Plutarchus his uerbis: *ωελ ἐμῆς ἕπον, βῆλα οὐκ ἔμαλλον ὀρωτῆρ τὰς ἀνθρώπων, διὰ τὴ ἀνδρείας ἢ κατὰ Κέρων*. Sunt & literarum auocamenta, quæ homines aula ac Reipublica aut interdictos aut reiectos, summa cum tranquillitate secum ipsos (ut dicitur) uiuere, quasque apud se esse hortantur: id quod

ijs

Catonis dictum.

Votum Achil-
leum.

ijs non licet, qui uel in aula uel in magistratibus uitam agunt: & plerunq; uitam in aula comitatu. Quando enim ipsis secum loqui aut commentari secum licet? Vt unq; felices eos esse censeo, quibus in huiusmodi tempestate in portu nauigantibus, id est, à gubernaculis Reipublicæ aut deiectis, aut inhibitis, spectare imperitorum temerariosq; naufragia, ac securis esse licet. Nec ideo tamē compressas (ut aiunt) manus tenere libet, sed (quod unum possunt) exaudibili uel uoce, uel stylo testari, publicā se uicem dolere: ceterum meliorem fortunam uectoribus, mentē uerò optare aequiorem rectoribus. Quibusdam etiam fortasse paulo uehementioris animi suauē nonnunquam fuit Achillei (quod aiunt) uoti compotes se uidere, quod uotum Furii Camilli Liuiano elogio nobilis Imperator cepisse aut etiam nuncupasse dicitur, olim exilio indignissimo solū uertere coactus, moxq; urbe à Gallis capta, summo Reipublicæ tēpore publico decreto honorificētissime reuocatus, uelut unicum accisarum rerum Romanarum subsidium: Precatus est enim à Dijs immortalibus (inquit Liuius) ut si innoxio sibi ea iniuria fieret, primo quoque tempore desiderium sui ingratae ciuitati facerent, quod idem Achilli antea bello Troiano contigerat, ut prouerbio Græco & Homeri carmine testatum est. Nunc tamen omnes sperant fuisse hunc uerius quàm esse statū Reipublicæ. Assulserē enim haud ita multis mensibus aulica ex arce crebri ueluti ignes, prænuntij (ut speramus) iam iam aduentantis atq; adeo ineuntis felicioris seculi. Quæ si nos expectatio (quod ominari uereor) quoquo modo destituerit, præcisa nimirum spes erit in posterum rerum constituendarum. Decretoria certē utraq; in partem hæc tempestas in multorum annorum conditionem erit. Vsq̄

adeo

adeo multa paucis annis præsentissimo numine administrata cernere nobis licuit. Quippe (ut alia nunc mittam) alienissimo Reipublicæ tempore duorum Principum nostrorum altero ex confertissimis hostibus diuina manu recepto, hoc deinde in aduersa ualetudine conclamato, moxq; contra omnis æui medicorum placita incolumem sese uerante, quæ duo aut ostenta aut miracula inclinationem quandam temporum significasse mihi uidentur: proximis retrorsus principatibus, quantum ipsi uidisse aut meminisse possumus, aut etiam audisse, summa uotorum fuit, ut ne ad extremum afflictas res nostras accisasq; adeo uideremus inertia publica, atque etiam ne de focus arisq; dimicandum nobis esset. Tanta malorum Ilias (ut aiunt) impendere nobis quasi saxum Tantalō uidebatur. Huius principatus ea est ratio (quo nequitia propè dixerim in frugalitatem uertit) ut nisi ad tranquillitatem redditam, ad res nostras ex afflictis excitas, ex accisis redintegratis, sartasq; & tectas ex semirutis redditas, constitutæ etiam Reipublicæ gloria accesserit, præsumptæ indicij haud obscuris magnæ cuiusdam spei per multum mortalibus constare ratio non uideatur: sicq; tanquam debito, aut certè promisso non contemnenda ex parte fraudari existimentur. Obluiscuntur enim homines qui dudum nihil nisi extremum quodq; deprecabantur, nunc se de lucro uiuere, ut dicitur. Ac nisi maxima quæq; labes Reipublicæ abstergeatur, nisi quicquid maximè dolet percuretur, hoc statu rerum non acquiescēt. Prægestit igitur animus noster uidere (id quod iam fieri cœpit) cum honores & ma-

De magistratibus.

in

in minoribus imperijs continētia & integritate fame pi-
gnora multa magnaq; dederint prudentiæ atq; innocen-
tiæ. Quippe cum constet in hac nostra Repub. huiusmodi
cautione in primis opus esse, in qua cum perpetuo magi-
stratus, tum uerò causæ dicendæ immunes esse receptum
Lamachus. est. Lamachus Dux quidam Græcorum increpitans or-
dinum ductori erratum quoddam bellicum, cum errorem
ille deprecans non ultra se admissurū id confirmaret; Per-
inde uerò, inquit quasi in bello iterum peccandi locus sit.
Sic apud nos in magistratibus collocandis uix est emen-
dabilis error. Peruelin autem in primis uidere cum ij ho-
mines iuri dicundo sedebunt, aut certè præsidebunt, qui
nec de iustis orari se, nec de iniustis exorari sustineant,
quod uerbis Plutarchi nos alibi diximus, Μὴ δὲ ὑπὲρ τῶν
δικαίων λιπαρῆσθαι, μὴ δὲ ὑπὲρ τῶν ἀδικῶν ἐνδυναστεῖσθαι.
Moribus enim bonis conuenit (ut opinor) ut qui honores
publicos gerunt, meminerint se non magis singulorum ci-
uium magistrōs, quàm legū atq; uniuersitatis ministros
esse debere. Quarum legum omnes ideo serui sumus, ut li-
beri esse possimus. Tum ciuitatis administrōs orari non
oportere, aut etiā obsecrari libello, ea ut munera obeant,
ea negocia suscipiant, quæ actus sui ipsi esse nouerunt.
Nunc uerò utilitatis causa paucorum receptum est, quæ
quisque muneris sui esse nouit, ea ut beneficij sui faciāt.
quæ necessitatis esse leges iusserunt & constitutiones, ea
ut arbitrij esse existimentur. Et quo fit ut si eas operas
quas debent præstiterint, benignitati acceptæ referantur
conniuentia publica. Atqui ingenui animi officium est,
cum is nihil promereatur, gratiam quoq; inire nullam uel-
le. Sed locus hic spinosus est fortasse, atq; id periculum est
ne incautius incedens, aculeum quendam molestum se re-
resp

respiciendæ referam. Et melius uiderint eius ordinis du-
ctores ad quem ea res pertinet, quid sui muneris sit, quoq;
modo omnia sibi officia constare posthac in Republicā
possint. Enim uero constituendæ Republicæ summa in eo-
ferme uertitur, si ijs hominibus primi imperij magistratus
concedentur, qui publica uice commoueri solcant, quod
rarissimum genus est: quiq; citra aras tantum (ut dicitur)
obsequiosi esse didicerint. Multi enim dum gratiosi apud
omnes ordines esse cupiunt, nihil pensi habere putantur.
quin per fas nefasq; ab omnibus gratiam ineant: plerumq;
citam falsam, quod illiberale magis est. Sed hoc nimirum
est illud: Cum multi sint gradus honorum, natura autem
comparatū sit, ut ambitiosissimus quisq; genesis se sum-
mam habere persuasum habeat: quidam aucupanda om-
nium gratia, colligenda comitatus fama, auram quādam
popularitatis excitaturos se sperant, qua uel ad summum
honorū apicem aut tractū aut persultū, per uarias rerū
inclinationes attolluntur. Ita nulla propè cura uectorum,
rectores clauum sibi, non multitudini moderantur, nec
tam officij quàm commodi rationem habendam esse pu-
tant. Qui mores eousq; inoleuerunt infelicitate præ-
teritorum temporum, ut huiusmodi popularitatis aucu-
patis prudentia summa uocitetur. Nota sunt uocabu-
la huiusmodi artificij, dissimulatores appellant. Con-
niuentes & obaudientes in loco, aut etiam absurde-
scentes. Cunctatores & (ut Pythagoricorum uerbo lo-
quar) Echemythos, quod significat sermonis homines
parcissimos: qui aures duas habere se, unicam tantum
linguam in causis (si Diuis placet) publicis memine-
rint. quod tamen ipsum ne ex Philosophiæ præceptis ac
non philotimie potius manare uideatur: Echemythos

Conniuentes.

Cunctatores.

Echemythi.

cum

cum dicunt, non tacendorum tenaces, sed dicendorum palam, & uerò uociferandorum intelligunt. En præclaram Echemythiam, multò certè Pythagorica utiliozem, dicitur eorum rationibus. Sed sit hæc prudentia, quando ita magnis uiris uisum est, modò hoc constet apud omnes, utiliore ista quàm honestiore prudètia neruos omnes imperiorū succisos esse, feruorè omnem charitatis publicæ priuatæq; extinctū, omnes spiritu magnitudinis animi fractos, omnia publicam prodita, magistratū deniq; maiestatem imminuta ac prostituta esse. Nisi uerò existimamus charitatem illā publicam (quam zelum appellamus) in huiusmodi animis cum illa echemythia incuriæ filia uersari insidereq; posse, perinde quasi ira eos non sit fortitudinis (ut sapientissimi uiri dixerunt) quæ indignitate rerum in animis eorum hominum acceditur, qui nihil humani alienum à se putant, id est, qui publicam omniumq; uicè non dolere, cum opus est, non possunt. Verum isti cum omnis animi uires in ambitionem effuderunt, cum recto & honesto salutem multam dixerūt, cum omnes rationes ad uile retulerunt; secundo flumine nauigandum esse dicunt, atq; etiam obsecundante uento, id est, in partes fortunatorum subinde transeundum. O pietatem singularem, nec minus prudentia illa commendabilem. Neq; enim in tantam uecordiam prolapsuros se aiunt, ut Gigantum exemplo Theomachiam meditentur. Theomachos autem antiqui appellauerūt, qui etiam contra Deos bellum suscepisse memorantur à Poëtis non sine allegoria. At qui apud nos Dii uulgi sermone dicuntur, qui immodicam potentiam aut in Republica, aut in aula maioribus fati adepti, supra priuatum fastigium se coli in ciuili insolentia sustinent; nec uerò Dii huiuscemodi unius tantum ordinis sunt.

sunt, maiorum enim sunt minorumq; gentium. minoribus hi hostijs, maioribus illi colluntur: utrique tamen diuinos primum honores ut omni memoria, sic hac ætate adepti; neque enim sunt deorum pronepotes. Huiusmodi igitur humanos Ioues (ut comico uerbo loquar) aucupes quidam gratiæ, ambitione perditissimi, anthropolatriæ ritibus colendos suscipientes, omni ope placare, atq; omnibus (quod dicitur) unguis adnituntur, uel humano (si ita res ferat) sanguine litare ijs parati. Sanguinem nunc appello non caput, sed fortunas hominum. Vbi sunt enim qui claris facinoribus improbitatis editis, tanquã pigra perpetuæ deuotionis dedisse magnis dijs illis existimarentur. Ex quo tandem factum, ut dum deuotissimus quisque maxime placere numinibus suis cupit, resp. studijs huiusmodi priuatis foedissime distraheretur, atq; hos tamè pro tanta pietate (ut cernere est etiam hodie) utilitatem uelis remisq; (quod aiunt) consecrantes, profectur surgens à puppi uentus euntis, usque adeo præsentissima numina coluisse eos constat. Contra autem qui antiquissimam curam honestatis habent, hos omni uento fauoris destitutos, ad scopulos etiam offensionum impingere, in uadisq; inopiæ & interdū egestatis adhaerescere uidemus, hoc uerò quid est aliud tãdem quàm fortunæ triumphantis, uirtutis triumphatæ atque traductæ spectaculum edere bonis omnibus lamentabile? Eorum porrò honestiores, & qui fame suæ cõsulunt, in occulto id faciunt. Quidam uerò uisi sunt tam apertè sese uenditantes, quasiq; Regibus suis (ut dicitur) palam supparsitantes, nec sese nec magistratuum insignia respicientes, ut plus exemplo quàm peccato nocerent, Super omnes tamen perniciosissimi omni æuo fuerūt pseudocatonnes quidam, qui uel Roscium illū histrio-

Pseudocatonnes.

L num

num decus hypocrisis, id est, arte mimica superat, quos tamen precordia charitatis populus esse credit: ut quorum omnia dicta facta que multis simulationum inuolucris obtegantur. Sinuosissimos enim mentis recessus habentes, fronte insuper omnia animi sensa obtendunt, oculis et uultu quicquid commodum est ementiuntur, apud populum quidem qui hebetioribus oculis introspicere per faciem uultuosam non potest, teatorioque histrionico omnia asimulantur. Hi sunt qui ex insidijs uulnificè feriunt, iaculis etiam uenenatis reipublice uitalia consauciantes. Horum nec istus inopinati prouideri, nec uulnera caeca sanari possunt. Hi sunt denique qui ad prima subsellia non euadere, sed erepere, atque arduum quodque inceptum, non corona aut operibus expugnare, sed cuniculis arteque Sinonia solent: uulpina pelle peruinentes, id quod Herculibus leonino tergoe amictis etiam desperandum esset, Proinde magna operæ pretia facere, mereri que uidebuntur aures et oculi Principis, si ut iam fieri ceptum est (tamen si una aut altera hirudo uer non facit, ut dicitur) ab huiusmodi personatorum hominum imposturis cauerint, qui (ut est uicinia quedam uirtutum ac uitiorum) aut seueritatem superciliosa fronte, aut charitatem immodica comitate, aut clementiam ambitiosa placabilitate, aut quoduis aliud prestantis animi ornamentum, exquisito lenocinio emetiri didicerunt, Hactenus animi causa ineptire nobis licuerit, et plane ἀναπολογῶν.

Ex 1. Cum duobus. §. Si in coeunda, eodem titu.

Aut agrum pollicitatori damus. Legendum puto agrum colendum licitatori damus, id est, colono partuario plurimo omnium licitati. Sic enim fieri solet, ut hanc medam ex compendio scribendi inoleuisset, credam duabus ditioni

Elionibus in unam coagnitatis, hoc modo, agrum collicitatori. Fuisse autem morem per notas scribendi in iure civili, satis ex Valerio Probo constat. Accursius autem facile deceptus est, propter uerbum pollicitus est, quod precedit. Pactum est (inquit Valpianus) duorum consensus atque conuentionis. Pollicitatio uero offerentis solius promissum quomodo accipitur per totum titulum. De pollicitationibus. Plinius ad Traianum in libris integris, Huic theatro ex priuatorum pollicitationibus multa debetur, ut basilicæ circa, ut porticus supra caueam. De ijs uero que in contractibus promittuntur, pollicitationem dici, uel promissorem pollicitatorem uocari nusquam lectum est, licet polliceri uerbum ad omnia promiscuum sit. Adde quod cum dixerit, ueluti si pecus pascendum, debuit subiungi agrum colendum. Nos tamen æstimandum relinquimus, ne in re non cõperta audacius iusto periclitemur. Verum ex eo quod sequitur, Pretium enim operæ artis est ualentum, uel uelamentum potius: sensus mea quidem sententia elici uix potest, qui quidem congruus sit elegantie Valpiane, nisi quis hunc sensum esse putarit, operæ pretium enim artis est uelamentum, pro eo quod est magni æstimandum est, et magni pascendum. Liuius in præfatione operis, Facturus ne operæ pretium sim si à primordio urbis res populi Rom. perscripsero, nec satis scio, nec si sciam, dicere ausim. Operæ pretium dixit pro re in primis censenda et magni facienda. Idem alibi, Ibi dies aliquot frustra absumpti: et quia uix operæ pretium erat absceseret: id est, uix tanti fuisset urbs capta ut tempus tandiu terreretur. Et alibi, Fraus fidem in paruis sibi præstruit, ut cum operæ pretium sit cum mercede magna fallat. id est, ut uulgò dicimus, cum res tanti sit. Quod etiam Latine dici potest, cum tanti esse ceperit periclitari.

Operæ pretium.

Et rursus, Quales igitur experiundo cognouerit, perinde eorum operæ pretium faciat: id est, tanti eorum operæ atque industriam æstimet. Idem, Tempus est opulenti uos ac ditia stipēdia facere, & magna operæ pretia mereri: id est, magna præmia militiæ. Cicero pro Roscio, Si nihil in ista pugna Roscij quod operæ pretium esset fecerunt, quam ob causam à Chryfogono tantis præmijs donabantur? Id est, nihil quod ualeret, ut uulgus loquitur. In exemplis autem supraddictis uarios in usus hoc uerbum accipitur.

A Græcis ἔργων τιμωρίη dicitur: id est, τὸ ἐν ἔργῳ ποιηθέν ἢ τὸ φιλόδοξον: id est, quod omni operi, omni rei præuertendum est. Syneus, ὅτι καλὸς διακὸν ἔργων τιμωρίη ἐστὶν τὸ φιλόδοξον, Quomā operæ pretiū quoddā facturus tibi uideris ad patriæ charitatē pertinēs. Aristoteles, ὡς ἂν ἔργων ὄντων: id est, tanquam nullum sit operæ pretiū, tanquā infructuosum sit. Dicitur autē operæ pretiū & pretiū operæ, ut uerisimile & simile ueri, et per tmesin, pretium enim operæ: qua figura Cicero & Gellius frequenter utuntur. Uelamentū autem ornamentum significat & prætextum. Curtius libro v. Nec aut cōmercio linguæ, aut supplicium uelamentis inhiberi crudelitas potest. De sacerdotiū infulis, & insignibus loquēs. Tacitus, Mox uelamēta & infulas pro muris ostentant. Oratores ad Romanos cum infulis & uelamentis miserunt, id est, οὐκ ἔστιν ἰσχυρὸς καὶ ἐμμεσοῖν ἔπεμψαν. Uelamenta dixit gestamina sacra quibus obuiam euntes uicti nictorum acerbitatē mitigare solent urbibus expugnatis. Iuuenalis, Clari uelamen honoris Sufficiunt tunice summis Aedilibus albæ. Quōd si legas ualamentum, ut sit, Pretiū enim operæ & artis est ualamentū: hoc est, ἀντάξιον τῷ τιμῆ, τὸ δὲ ὄργανον ἢ τῆς τέχνης, occurrit

NON

non esse dictionē Latinam ualamentū, nec Vlpiano cōuenientē. Proinde neutra lectio (ut existimo) oritur seruetur: sed Accursius nos admonuit hunc locum citra præuaricationis crimen præteriri silentio non posse, qui multum in eo æstuassee uidetur post Azonem.

Ex 1. Si fratres. §. Item si in communem, eodem tit.

Si uicini semipedes inter se contulerint, ut ibi congratitium parietē inter se ædificarent. Congratitium paries quid sit, ne ipse quidem Papinianus huius legis autor unquam nouit. Cōcratitium autē unius literæ immutatione legēdum esse ex Vitruiuo apparebit. Ut enim ille refert, cum iam aucto mirum in modū Romano populo necesse esse cœpisset in coenaculis habitari (Nam antea cum per urbis laxitatem licebat, unius tantum cōtignationis erāt ædificia) ad altitudines ædificiorū deuentū est & ædium frequentiam. Huiusmodi ædificijs cum lateritij parietes accommodati nō essent, ad alterius generis structuras necessario transitum, id est, lapideas, cæmēticias, testaceas: tandemq; inopia rerum angustiaq; cogente ad cratitias deuentum est. Verba autem eius ex secūdo Architecturæ libro ascripsimus, Leges, inquit, publicæ non patiuntur maiores crassitudines, quàm sesquipedales constitui loco cōmuni. Ceteri autem parietes ne spatia angustiora fierent, eadem crassitudine collocantur. Lateritij uerō nisi diplinthij aut triplinthij fuerint sesquipedali crassitudine non possunt plus quàm unam sustinere contignationem. In ea autem maiestate urbis & ciuium infinita frequentia innumerabiles habitationes opus est explicare. Ergo cū recipere nō posset area planata tantam multitudinem ad habitandū in urbe, ad auxilium altitudinis ædificiorū res

Cōcratitias

L 3 ipse

ipsa coëgit deuenire. Itaq; pilis lapideis, structuris testaceis, parietibus cœmentitijs altitudines extructæ, contignationibus crebris coaxatæ, cœnaculorum ad summam utilitates perficiunt despectationes. Et paulò post, Cratitij uerò parietes uelim quidem ne inuenti essent: quātum enim celeritate & loci laxamento profunt, tanto maiori et cōmuni sunt calamitati, quòd ad incendia uti fæces sunt parati. Itaq; satius esse uidetur impensa testaceorum esse in sumptu, quàm compendio cratitiorum esse in periculo. Etiamq; in tectorijs operibus rimas faciunt arrechariorū et transuersariorū dispositione. Et rursus in VII. Sin autem in cratitijs tectoria erūt faciendæ, quibus necesse est arrecharijs et transuersarijs rimas fieri, id ut nō fiat, hæc erit ratio. Cœcratitius igitur paries in proposito, paries est cratitius inter duos cōmunis. Verū enim uero, ut uerba Vitruuiana intelligātur, quæ à multis fortasse nō percipiuntur, aliquid ad explicationē eorum uerborum addendum est: utiq; postea quàm nos ita huius operis rationem instituisse non semel testati sumus, ut quæcunque aut res, aut uerba ab antiquitate repetenda in ordinem dicendorum incurrerent, ea ut omnia pro ingenij, aut memoriæ facultatula attingeremus, ac si qua præterea in ipso scribendi feruore succurrerēt quæ ad ea pertinere uiderentur: nō enim uetustatis promptuarium memoriam nostram existimari uolumus. In quibus tamen sæpenuero stylum inhibere soleo, ueritus ne scribendi libidini nimium indulgere uidear, aut quasi ieiunam materiam nactus sim, extra rem quam nunc agimus, absurda scribendi diuerticula querere. Verū inter dum rerum quædam turba, aut dici aut perstringi se debere admonentium, exportu me quasi quidam æstus in alium (ut dicitur) refert.

Ibiq;

Ibiq; me reputantem quàm multa à multis cognitu digna, pleraq; non admodum abstrusa ignorentur, libido quædam incepsit uel ea persequendi quæ stomachum mouere fortasse fastidiosius poterunt, Sed quid facerem? publica uice moueor, pudet me nostræ sortis, apud quos solos lingua Latina exoleuit. ille igitur affectus quem zelum uulgò dicimus, qui publicam uicem dolere æquè ac priuatā officiosum hominem cogit, sinus interdum nostros implens, per alium uelificari nos perpulit. In quo tamen delicijs nostrorū seruiuisse mihi uideor. Noui enim, noui tãdem quorundam eorum stomachum usque eò delicatum, ut nisi repetantur omnia sæpius, & multipliciter retrahantur, quasiq; subigantur ut mansos (ut dicitur) cibos & colliquefactos, tanquam infantibus in osculum ingeras, concoquere uix possint, ac mox etiam reiciat. Huiusmodi delicias hominum libellis quibusdã è Græco uersis expertus sum. In eis enim oratoris alter uisus sum, neq; quicquam profuit, legem operis excusare apud eos homines qui omnia una (ut aiunt) pertica metiuntur, quo minus ob libellum unum unus & alter criticulorum cœsoria nota ex numero me scriptorum in perpetuum expungerent, qui nec Plinio ipsi, nec Quintiliano, nec Tacito, nec reliquis eiusdẽ ætatis parcerent, si hac ætate scripississent. Eorum nunc scueritatem reueritus, autore Aristophane usus sum, Indocitius dicere institui, ut apertius atq; explatius dicerem; quod ille ita Græcè faciendū admonuit, ἀμαθὲς ὅπου ὀρθῶς καὶ σαφέστερον. Faciendum igitur mihi putavi, ut quoad eius fieri posset, ad intelligentiam omnium descenderem, nisi fortè sicubi per rerū maiestatem hæc mihi nō licuit. Lateritij igitur parietes Vitruuio dicitur, qui ex crudo latere sicbāt, cuiusmodi parietū ruinas

Lateritij parietes.

L. & Romæ

Cœcratitius
paries.

Later & testa. Romæ dudum uidimus silicis duritia, Lateres autem ex terra albida fiebāt, & cretosa, siue etiā rubrica, aut ma- sculo sabulone, diūq; eos siccescere sinebant, ut docet Vi- truius: Itaque utiliores erunt (ut inquit) si ante bien- nium fuerint ducti: nam antē non possunt penitus sicce- scere. Testacea autem structura ex latere cocto fit; quem **Testaceus.** Curtius laterculum coctilem appellat, quali hodie Gal- **Laterculus co-** **tilis.** lia etiam utitur ad caminos & sumi emissaria, & fācti- ras adificiorum inter pilas lapideas, & inter eas eductio- nes aut lapideas aut materiarias, quæ ossa edificiorū ab architectis appellantur. Diplinthij & triplinthij parie- **Diplinthij pa-** **rietes.** tes dicuntur à duplici & triplici ordine laterum, qui Græ- **Cementa.** cè plinthi uocantur, Cementa sunt quæ à lapide quadra- to cæsoq; differūt, ut alibi diximus. Vitruuius libro 1.1. in certa uerò cementa alia super alia sedentia, inter se im- **Imbricatum.** bricata, non speciosam sed firmiorē quā reticulatā præ- stant structuram, Imbricata appellat inter se hærentia im- bricum modo. Sunt autē imbrices tegulæ conuolutæ, qua- **Les Lugduni uisuntur.** Liuius, Cementa non calce durata erant, sed interlita luto, Accursius aliter censuit in lege, **Qui domum, infra, Locati.** His parietes uillatici sunt, & ea structura quæ incerta uocatur, & uenustate caret. **Fiumt & ijs fācturæ,** quibus aut interstitia pilarum, aut **Paraturæ.** caua operum implentur, Vitruuius, Sed nostri celeritati studentes erecta collocantes frontibus seruiunt, & in me- dio faciūt fāctis separatim cum materia cementis. Ita- que tres suscitantur in ea structura crustæ, duæ frontium, & una media fācturæ. Græci non ita: sed plana collocā- tes corijs alternis in crassitudine instruētēs, nō media faci- ciunt, sed è suis frontatis perpetuā, & in unam crassitudi- nem parietū consolidant. Præterea interponunt singulos perpe-

perpetua crassitudine utraq; parte frontatos, quos diato- ros appellant, qui maximè religando confirmant parie- tum soliditatem. Hactenus Vitruuius. Coria sunt in archi- **Coria.** tectura singuli ductus structure, qui uno tenore dicuntur, aut in altitudinem, aut in crassitudinem, assidentias nostri artifices uocant, id est, assietas, Lapides utraq; parte frō- **Frontati lapi-** **des.** tati, sunt qui utraq; parte parietis faciem certā ostēdunt, ex quibus fiunt, quæ uulgò catenæ & crura dicuntur, qui- bus totius operis firmitas constat, quæ eam rationem in edificio habent, quam ossa in homine, Græce Diatori di- cuntur, quasi perpetua soliditate utrinque extātes, uel ut in quibusdam exemplaribus legitur diatoni, id est, ab una parietis parte ad aliam pertinētes, pertendentesq;. Arti- fices ob hoc perpenas appellant. quasi perpetuo lapide constantes, id est, solido. Contignationes uulgò estagia di- **Contignatio-** **Trifregon.** cuntur: quarum supremæ, aut etiam superiores cœnacula dicuntur. Τριγων Græce uocātur, unde τριγων in Actis apostolorum pro tertiæ cōtignationis cœnaculo. Et τριγων & Δεκάγων & apud Strabonem, pro turri decem cōti- gnationum. Plana, autem area dicitur, quæ plano pede in- **Plana area.** stituitur, & ad planam terram, ut lingua nostra dicam. Quæ sic dicitur ad differētiā hypogeorum, contignatio- **Hypogea.** num, concamerationum, palationum, Hypogeorum ap- pellatio cōplectitur cellas uinarias, carnarias, olearias, pennarias, promptuarias. Concamerationes sunt, quæ ar- **Concama-** **rationes.** cuato opere cōstant, Vitruuius lib. vi. Aedificia quæ pla- no pede instituntur, si fundamēta eorum facta fuerint, ita ut in prioribus libris de muro & theatris à nobis est ex- positū, ad uetustatē hæc erūt sine dubitatione firma. Sin autem hypogea concamerationesq;, instituentur, funda- **ribus** tiones eorum fieri debēt crassiores, quā quæ in superio-

- Palatio.** ribus ædificijs structurae sunt futuræ. Palatio id fundamenti genus est, quod in aquis, aut in uliginosis, aut congestiis locis fieri uideamus, à palis qui in terram depanguntur dictum uocabulum, Idem libro 11. de alno loquens, Ita que quia non nimis habet in corpore humoris, in palustribus locis infra fundamenta ædificiorum palationibus crebrè fixa, recipiens in se, quod minus habet in corpore liquoris, permanet immortalis ad aternitatē, & sustinet immania pondera structurae. quæ uerba mendosè uulgò leguntur. Palatio quæ uulgò pilotium dicitur, fistucatio etiam appellatur, à fistuca machina uulgò nota, quæ etiam pauitores utuntur utrinque ansata. hac enim pali magna ui in terrā adiguntur, Est & alia fistuca magnæ molis, quæ trabalis materies in terram pangitur, aut in aluenum fluminis, quæ similibus tollitur, & pondere suo remissa aliditur, cuiusmodi Parisijs sepe uisitur, De hoc genere intelligendum illud Cæsaris in 1111. de bel. Gal. Hac cum machinationibus immissa in flumen defixerat, fistucisq; adegerat. De secundo illud Vitruuium in 11. Si plano pede erit rudendum, quæratur solū si sit perpetuo solidum, & ita exæquetur, & inducatur cum statumine rudus: Sin autem omnis aut ex parte congestiis locus fuerit, fistucationibus cum magna cura solidetur. Vitruuius libro xxxvi. Quidam festucam & festucare legunt per e. Leo Albertus qui de ædificatoria scripsit, non fistucam, sed figisticam legit apud Cæsarem. Coaxatio autem, opus est axibus cōstans. Axes enim transuersis tignis impositi contignationum sola fulciunt, ex eo autem opere intertignia constant, quod genus apud nos non est usitatum, sed alibi fortasse dicitur. Verū huiusmodi paries quem Papirianus cōcratitium appellat, Latini propriè

propriè intergerinus appellatur, qui à uicinis cōstructus ueluti intergerit, id est, communiter gerendo est. Vulgus medianum appellat, cum medianus Latine aliter accipitur, ut antea diximus. Plin. lib. xxxv. de ædificijs Græcorum lateritijs loquens, Romæ, inquit, nō sunt talia ædificia, quia sesquipedalis paries non plus, quàm unam cōtignationē tolerat, cautumq; est ne cōmunis crassior fiat, nec intergerinorum ratio patitur. Festus, Intergerini parietes dicuntur, qui inter confines struuntur, & quasi intergerunt. Cratitius uerò dicitur ab asseribus qui arrecti transuersiq; in modum cratis texuntur, quos Vitruuius arrectarios transuersariosq; appellat.

Arrectarij & transuersarij.

Ex l. Actione. §. Morte. eod. tit.

Itē dolus & culpa in eo quod ex antegesto pendet, tam ab herede quàm heredi præstandū est. Si præstādū legas, doli & culpā quoq; necesse est ut legas cōstructione Græca. Verg. lib. xi. Aeneid. Alia arma Latini Quærenda, aut pace Troiano ab rege petēdū est. Liu. Itaq; bellū cum haud dubijs hostibus gerēdū, perdomandūq; feroces animos esse. Cic. ad Attic. lib. xiii. Iterādū eadē ista mihi, δὲ τὸ ὄρον τὰ ἄλλα τὸ οὐκ ἔστιν. Quod Seru. adnotauit. Si doli & culpa legatur præstanda sunt legendū erit schemate tam Latinis quàm Græcis usitato. Liu. Magna res in principio statim belli Chalcis, & Euripus adēpta Regi forent. Idē, Formijs portā, murumq; de cælo ta cta nuntiabatur.

Ex l. prima, De contrah. empt.

Sabinus Homero teste utitur.) Locus est ex septimo Niados circa finem,

Νῆες δ' ἐν Λημνοιο παρὲς τῶν οἴνων ἄρσασαι,
 Ἐνθερ ἄρ' οὐκ ἔσονται κερνηκομέναντες Ἀχαιοί,
 Ἄλλοι μὲν χαλκῶ, ἄλλοι δ' αἰθροισίδηρα,

Αλλοι

Ἄλλοι ἢ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' ἄρ' αἰσι βόεσσι.

Ἄλλοι δ' ἄρ' ἀπὸ δέσπης.

Affuit ex Lemno ratibus tunc copia uini,

Cæsarie insignes redimunt hinc uina Pelasgi.

Pars dedit æs nitidum, ferrum pars altera, bubus

Tergora diripiens hic protulit, ille agit ipsos

Ad naues tauros, hic bello corpora capta.

Plinius libr. x x x i i i. Vtinam posset è uita in totum abdicari Aurum sacra fames, ut celeberrimi autores dixerunt, proficissimum conuicijs ab optimis quibusque, et ad perniciem uitæ repertum. Quantum felicior æuo quum res ipsæ permutabantur inter se, sicut Troianis temporibus facilitatem Homero credi conuenit. Ita enim ut opinor commercia uictus gratia inuēta. Alios corijs boum, alios ferro, captiuisq; rebus emptita se tradit. Quanquam et ipse miratus aurum, æstimationes rerum ita fecit, ut centum boum arma aurea permutasse Glaucū diceret, cum Diomedis armis nouem boū. Ex qua consuetudine multa legum antiquarū pecore etiam constat Roma. Hactenus Plinius. Locus autem cantatissima illius permutatio, cuius meminit Plinius, apud Homerum legitur libro v i. Iliados his uerbis,

Εὐθ' ἄρ' τε Γλαῦρον κρονίδης φέρνας ἐφέλετο Ζεὺς,

Ὅς πρὸς Τυδείδῃ Διομήδεα τὸν χεῖρ' ἄμειβε.

Χρυσέα χαλκείω, ἐκατόμβοι' ἐννεβοίων.

Iuppiter eripuit mirè hic præcordia Glauco,

Qui cum Tydide demens crepitanantia mutat

Arma, suberatis auro uisenda corusco.

Est autè huiusmodi historia, Diomedes Græcus, et Glaucus Troianus cum in medio pugnae feruore inter se obuia facti essent, uterque magna sui fiducia fretus, in eoque iam

essent

essent, ut manu conferturi uiderentur, inuicem (ut fit) sciscitantibus alter alterius genus et patriam, amicitiam tandem hospitiumq; auitum agnouerunt. quo facto cum pugnare nollent, atque ideo diuersi abire cœpissent, ibi Diomedes Glaucum ita alloqui cœpit,

Τὸν χεῖρ' ἄλλοις ἐπαμείβομαι, ὄφρα καὶ εἶδε.

Ἐνὸσσι ὅτι ξάνοι πατρίοι δὲ χόμειθ' εἶναι.

Heus tu (inquit) quin arma inuicem commutamus, ut omnibus his immotescat paternum auitumq; hospitium nobiscum intercedere. Quo dicto confestim ex æquis desistentibus illis, et mutuis complexibus accepta, dataq; fide, in tantam amicitiam Glaucus Ioue mentem eripiente prolapsus est, ut arma aurea ac centum bobus æstimata, æreis armis nouemq; bobus æstimatis cōtinuò commutaret. Huius autem permutationis meminit Iustinianus in proœmio Pandectarum his uerbis, Quia uestris temporibus talis legum inuenta est permutatio, qualem et apud Homerum patrem omnis uirtutis Glaucus et Diomedes inter se faciunt dissimilia permutantes.

χρυσέα χαλκείω ἐκατόμβοι' ἐννεβοίων.

Id est, aurea æreis, cetenaria nouenarijs, sic enim Græcè in Pandectis archetypis legitur. Quo in loco operæ pretium est legere Accursij hominis diuinaculi fanatici deliramentum, cuius inscitia locus ille pulcherrimus iam diu obsoleuit. Gellius lib. i i. de Græcarum et Latinarum comædiarum cōparatione loquens, Sed enim (inquit) postquam in manus Menæder uenit, à principio statim dii boni quantum stupere atq; frigere, quatumq; mutare à Menædro Cecilius uisus est? Diomedis hercle arma et Glauci nō dispari magis pretio æstimata sunt. Ad hoc alludens Cicero ad Atticum libro v i. ita inquit, Habes ad omnia

non

Permutatio
Diomedis et
Glauci.

non ut postulasti *χόβεια χαλνάωρ*, sed paria paribus respondimus. Pōponius enim Atticus ut cōiungere licet, scripserat his uerbis aut huiusmodi Ciceroni, Vide ut pro epistola ista quam ad te scripsi, nō magnopere cōmemoranda, aliam scribas mihi: sed tam bonam, tam uenustā, ut uidear ego *ερεας* literas aureis permutasse. Propterea Cicero respondet ad omnia se ita respondiisse, ut paria cum Attico fecisse se putaret, non meliōra scripsiisse. Plutarch. in Theseo, Nummū præterea statuit, bouemq; in eo incidit, uel ob Marathonium taurum, uel ob Minois ducem, uel quōd ad agriculturam ciues prouocare uellet. Ab eo (inquit) nummo dicitur hecatombæon, quod est centum boum, & decabæon decem boum, nomen traxiisse. Pollux etiam lib. i. x. autor est bouem genus nummi fuisse Atheniensibus, à bouis forma sic dictum, quæ in eo sculpta erat ex quo Homerum hecatombæon enneabæonq; dixisse. Quod igitur in Institutionibus Iustiniani eodem in titulo dicitur, Proculum alijs Homericis uersibus nixū, opinionis eius autorem fuisse, quæ uenditionem à permutatione distingueret, de ijs uersibus intelligi puto, cuius hic **Bos** extremus, Chrysea chalceis, hecatōbœa enneabœis. **Bos** Proverbium enim, quod uerbum est Græcum, nummum aliquando significat, unde proverbium natū Βὲς ἰδί γλώτῃς. id est, bos super linguā, quod de ijs dicebatur, autore Suda, qui loqui liberè non audebant multæ metu deterriti, quæ uere eos oportebat, qui paulò licentius loquerentur. Apud Pollucem legitur Βὲς ἐνὶ γλώσσῃ βέβηκεν, id est, bos lingue infidet, de ijs (inquit) dictum, qui prætio silentium uenale habuissent. Eodē pertinet illud quod in Demosthenem Athenis exclamatum est. Demosthenes enim pecunia à Milesijs corruptus, cum postridie à concione flagit

giaretur, ut in eos orationem haberet, excusauit synanchen, cum in cōcionem obuoluta ceruice prodijisset. Vnus autem ex turba suspicatus id quod erat, exclamauit non synanchen eum pati, sed argyranchen, quasi dicas argentinam: quibus uerbis significauit silentiū Demosthenis pecunia à Milesijs redemptum. Synanche Latine angina dicitur: morbus est fauces præcludens ac strangulans, unde nomen utraque lingua accepit. Ab ignaris medicis non synancha, sed squinantia dicitur, simili errore atque epilepsia pro epilepsia, & sciatica pro ischiade, uel ischiaco dolore, qui & ischiadicus dicitur, & scotonia pro scotomate. id est, uertigine, & huiusmodi alia permutata, quæ iam tamen apud nos nisi ab ignarissimis non ignorantur, propter lingue Græcæ cognitionem, quam artis professores apud nos affecuti sunt. Verum quod in principio huius legis dicitur, Ea q; materia forma publica percussa, usum dominiumq; non tam ex substantia præbet, quàm ex qualitate: hoc quo modo intelligi debeat ex Aristotele, apparebit libro quinto Ethicorum. De iure enim commerciaro loquens, quod ipse allacon appellat, in hanc propemodum sententiam, inquit, Enimvero omnia quæ in commercium cadunt, comparabilia quodammodo esse oportet, quam ob causam nomisma in usum uenit, fitque quodammodo medium: omnia enim metitur, & exuperantiam & defectum: ut (uerbi gratia) quot tandem calcei æquare, aut domum, aut cibaria possint. Proinde ut est structor ad sutorem, totidem calcei sunt ad domum, aut ad cibaria. Alioquin nec commercium, nec communitio erit. Commercium porro non erit, nisi æqua quadatenus hæc sint. Vñ itaq; esse oportet, quo hæc omnia metiri possimus. Id autem

Synanche.
Medicinæ uocabula repofita.

Id autem est reapse quidē indigentia, quæ cōtinet omnia, Quippe si nulla re homines indigeāt, aut si non eodē modo, aut iam commercium non erit, aut certē non idem. Idcirco ueluti succidancū quiddā pro indigentia subiit hominum instituto, numus, indeq; nomen habet à nomo, id est, lege dictus: lege siquidē non natura numus est. Ideoq; in nobis sitū est, an mutare numū, an abrogare uelimus. *Numus.* Διὸ πάντα συμβλητὰ δέσπινος εἶναι ὡς ἐστὶ ἀλλὰ γὰρ, ἐπ' αὐτὸ νόμισμα ἐλάλησε, καὶ γινεταί πᾶσι μετ' οὐ πάντα γὰρ μετρεῖ. Et paulo inferius, Δεῖ ἄρα ἐνὶ τινὶ πάντα μετρεῖσθαι. τὸτο δ' ἐστὶ τῆ μὲν ἀληθεία ἢ χρεία ἢ πάντα σωτῆρι. εἰ γὰρ μὴ δὲρ δέοιτο ἢ μὴ δέοιτο, ἢ ἐκ ἐστὶ ἀλλὰ γὰρ, ἢ ἐκ ἢ αὐτῆ. οἷον δ' ἐπ' ἀλλὰ γὰρ τ' χρεία, τὸ νόμισμα γὰρ νε κτλ' σωθῆναι, καὶ διὰ τὸτο τοῦνομα ἔχει νόμισμα, ὅτι ἐκ φύσεως ἀλλὰ νόμος ἐστὶ. Hic locus poscere uidetur omnino, ut uideamus quantum ualeat autoritas poetica. Accursius igitur in eodē Institutionum loco: Nota argumentum (inquit) quod autoritates philosophorū et poetarum sunt in causis allegandæ, quāquam interdum redarguantur ut hic. Hoc dictum Accursianum, quod ad poetas attinet, falsum uidetur (nō enim redarguitur illic dictum Homeri, sed Iuriscōsulti unius dictū alia Homeri autoritate reprehēditur. Sed hoc mox uidero) quod uerò ad philosophos pertinet, etiā inscitissimū. siquidē iuris sciētia, ut alibi dixim⁹, pars est ciuilibus sciētiae, quæ rursus ipsa pars est moralis sciētiae. Porro moralis sciētia, tertia pars est philosophiæ, etiā cū philosophia angustissimis finibus circūscribitur. Latius enim patet philosophia, cum pedisequis suis comitata orbē illum doctrinarū completitur, qui encyclopædia dicitur, ut alibi uidimus. Sed hoc Accursio inauditum, qui nullā partem philosophiæ præter hanc iuris attigit.

Autoritas poetica quantum ualeat.

Philosophia.

Encyclopædia.

attigit. Nunc ad poetas ueniendum. Quintilianus igitur lib. xii. In primis uerò (inquit) abundare debet orator exemplorum copia, tum ueterum, tum etiam nouorum, adeò ut non ea modò, quæ conscripta sunt historijs, aut sermonibus, uelut per manus tradita, quæ que quotidie aguntur, debeat nosse, uerum ne ea quidem quæ sunt à clarioribus poetis ficta negligere. Nam ea quidem propria, aut testimoniorum, aut etiam iudicatorum obtinent locum. Sed hæc quoque aut uetustatis fide tuta sunt, aut ab hominibus magnis præceptorum loco ficta creduntur. Sciat ergo quàm plurima. Vnde etiam senibus autoritas maior est, quod plura nosse et uidisse creduntur, quod Homerus frequentissimè testatur. Itē lib. v. de autoritate loquens, Nam illa septem præcepta sapientum, non ne quādam uitæ leges existimamus? Si causam ueneficij dicat adultera, non Marci Catonis iudicio damnata uideatur, qui nullam adulteram non eandem esse ueneficam dixit? Iam sententijs quidem poetarum non orationes modò sunt refertæ, sed libri etiam philosophorū, qui quanquam inferiora omnia præceptis suis ac literis credunt, repetere tamen autoritatē à plurimis uersibus non fastidierūt. Neque est ignobile exemplum, Megareos ab Atheniensibus, cum de Salamine contenderent, uictos Homeri uersu, qui tamen ipse non in omni editione reperitur, significans Aiacei naues suas Atheniensibus iunxisse. Hæc tamen Quintilianus. Interpret uerò Demosthenis in ea oratione, quæ de falsa legatione inscribitur, id est, *οὐκ ἐπαπαρῆσθαι*, Contendentibus (inquit) Atheniensibus cum Megareis de Salamine insula, Solon Atheniēsis Homericis uersibus causam suā iudicibus approbasse dicitur, uersum commētittum Homericis uersibus intercalando. Cum enim

Homericis autoritas.

enim Homerus dixisset, *ἀίας δ' ἐν σαλαμίῃσι ἀγρυπῶν* ἢ *ἀγρυπῶν*, id est, ut Lopus ex Plutarco uertit, Bis senis Salaminae Aiax cum nauibus ibat, addidit Solon hunc uersum,

Ἐρῆσε δ' ἀγρυπῶν ἰπ' Ἀθλωαίων ἱστῶτο φάλαγγες.

Cecropidum quo castra loco posuere phalanges.

Hoc modo docuit Salamina omni memoria Atheniensium fuisse, sicq; disceptatoribus Lacedaemonijs Salamina Megareis abiudicata. Autore etiā Plutarcho, qui eius historiae in Solone meminit. Et est quisquam qui post tanta testimonia, poetarū autoritatē in iudicijs nihil ad rem pertinere contendat, uel Accursio iudice? Quid? num in dubiū fortē uenit utra praenaleere debeat autoritas, Quintilianus qui in foro & Senatu Romano, id est, in Iuriscensulorum seminario Consularis etiam uersatus est, an Accursius? hominis ut nunime mali, ita qui nec poetis unquam, nec oratores legerit, ne Latinos quidē ullos autores praeter hos Iuriscultos, quorū elegantiam ac doctrinā permultis luculētisq; uestigijs ignorantia sua impressit, quae sagaciſimē persecuta iuris peritorū cohors quingenaria, ijsdem erroribus alijs atque alijs aetatibus subscribens, trecentis circiter annis ad extremū indignitatis perduxisse uidetur. Faciūt sanē quidam iuris studiosorū improbitate sua, ut dum omnia uitae instituta praesua sorte despiciunt, aliorū silentium rumpant, & stylum etiam ultra modum laceſſant. Itaque inuitus facio, ut identidem in istos humanitatis obtrectatores in festo stylo me cōuertam. Non enim alioquin id magnopere mea refert, qui nec poëticam nec oratoriā profiteri, nec ullam omnino humanitatis partē, aut uelim, aut posim. Verūm utriusque studio delectari me non inficior, quo nomine sepe malē me ab nōnullis au disse cōmemini. Agendū uidemus de Homero, quid pro-

In humanita-
tis oblocuto-
res.

ceres scriptorum cēsuerint, ut stomachum tantisper hisce hominibus moueamus. Iuuat etiam paucis in illos deſtomachari, qui patientia literatorum irritati, in literarum delicias petulantissimē debacchati sunt; sic se quammaximum dolorem nobis inurere existimantes. Iamprimum igitur Cicero in v. Tuscul. Traditum est (inquit) Homerum caecum fuisse, at eius picturam non poësim uidemus, quae regio, quae ora, qui locus Graeciae, quae species formae, quae pugna, quae acies, quod remigium, qui motus animorum, qui serarum non ita expectus est, ut quae ipse non uiderit, nos ut uideremus, effecerit? Plutarchus in eo libro, quem de Homero composuit, qui liber nondum Latinus ex professo factus est, licet Politianus uir ille quidem excellentis doctrinae, sed animi non satis ingenui, ex eo librorum summas ad uerbum transcribens, quasiq; flores praecerpens, non crubuit id opus pro suo edere, in quo nullam praeterquam transcribendi ac uertendi operam nauauerat. In eo igitur libro Plutarchus in hunc propē modum inquit, Duas autem Homerus poësis reliquit, Iliadem & Odyſſeam, ab Aristarcho grammatico in numerum librorum diuisas, utranque secundum alphabeti Graeci numerum & ordinem. In Iliade bellum Iliacum scripsit, & res ad Iliam gestas à Graecis, Barbarisq; propter Helene raptum: in primis tamen consecutus edita in eo bello ab Achille strenuitatis ac fortitudinis exempla. Odyſſea Ulyſſis reditum in patriam complexus est, uarijs meandris errorum implicitum, uinq; etiam mentis atque consilij praestantissimi solertiam, quibus Ulyſſes errorum difficultates superauit, inimicosq; homines sibi, suisq; struentes insidias, ex sententia animi sui ad extremum ultus est. Proinde (inquit)

De Homero
doctiorum sen-
tentia.

Plutarchi opus

Homeri poësis

Homeri præstantia.

Homerus uniuerso opere ambas hominis partes cõplexus est. Quippe qui in Iliade uim fortitudinẽq; corporis persecutus, animi præstatißimi specimẽ in Odyßeia exhibuit. Et eodẽ libro circa finẽ, Caterũ (inquit) p̃quam sciũ est illud, quod à quodã dictũ est olim, Poëtica picturã esse loquẽtẽ: picturã uerò poëtica silentẽ. Ecquis est igitur, qui aut prius, aut amplius Homero, uel sententiarũ sensuumq; cõceptu, uel uerborũ in carmine delectu, deos homines, loca, actiões uarias, ac multiplices excoluerit? Hic est enim unus qui uerborũ materie omnisfaria animalia effinxerit: præfertim strenuissimã quãq; leões, pardos, apros. Quorũ impetus animã affectusq; ueluti deformans, humani: q; rebus accõmodẽ cõponẽs, utraq; proprietates expresit. Καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν σοφῶν ὅτι Ἔστιν ἡ ποιητικὴ ζωγραφία λαλῶσα, ἢ ἡ ζωγραφία ποιητικὴ σιωπῶσα. τῆς οὖν ποιητικῆς ἢ τῆς μᾶλλον Ὀμήρου, τῆς φαντασίας τῶν νοημάτων, ἢ τῆς εὐφωνίας τῶν ἐπέων, ἐκδομῆσε θεὸς, ἀνθρώπου, τόπος, πράξις ποιητικῆς. ἀπέπλασε δὲ τῆ ὕλην τῶν λόγων καὶ ζωῶν αὐτοῖς, ἢ μάλιστα τὰ ἀλιμιότατα, λέοντας, σῦας, παρδάλους, ὧν τὰς ἐφορμὰς ἢ διαθέσεις ὑπογράψας, ἢ ἀθροπέοις πραγμάσει παραβαλῶν, ἔδειξεν ἐκατέρας τὰς δειρότητας. De Homero loquẽs Columella in præfatione ita inquit, Nam neq; territus Cicero cesserat tonantibus Demostheni Platoniq; , nec parens eloquentiæ Deus ille Mæconius uastissimis fluminibus faciendiæ suæ posteritatis studia restinxerat. Deũ Mæconiũ à patria Homerũ appellans. De hoc Cicero pro Archia ita inquit, Quã multos scriptores rerũ suarũ Alexander secum habuisse dicitur: at is tamen cum in Sigeo ad Achillis tumultũ astitisset, O fortunate (inquit) adoleseens, qui uirtutis præconem Homerum inueneris. Et uerẽ. Nam nisi illi ars illa exitisset, idem

idem tumultus qui corpus eius contexerat, nomen etiam obruisset. Quintilianus in decimo, de legendis autoribus Grecis ac Latinis loquens, Igitur ut Aratus ab Ioue incipiendam putat, ita nos ritẽ cõcepturi ab Homero uideamur. Hic enim quẽadmodũ ex oceano dicit ipse amnium uim, fontiumq; cursus initium capere, omnibus eloquentiæ partibus exemplum et ortũ dedit. Hunc nemo in magnis rebus sublimitate, in paruis proprietate superauit. Et paulò post, Quid? In uerbis, sententijs, figuris, dispositione totius operis, nonne humani ingenij modum excessit: ut magni sit uiri uirtutes eius non æmulatione, quod fieri non potest, sed intellectu sequi. Verum hic omnes sine dubio, et in omni genere eloquentiæ procul à se reliquit. Hactenus ille. Itaque fremant licet literarũ bonarum inimici: imò uerò si placet et stomacho et cachinnis disrumpantur: nunquã tamen efficiẽt, ut non hunc Plinius libro II. naturalis historiæ, literarum principem iure appellasse uideatur. Et libro V. ingeniorum felicissimum: Magni etiam Alexandri elogio omnis æui memoriæ consecratum. Et libro XVII. ingeniorũ fontẽ. Ut non hunc deniq; Iustinianus legum sanctionumq; genus, omnis uirtutis parẽtem, in præfatione Pandectarum merito esse dixerit, eiusq; poëtæ testimonio Iurisconsulti identidem in responsis suis utantur, ut autoris grauissimi. Hactenus de Homero. De poëtica uerò hoc dici in uniuersum potest, quod Quintilianus in libro X. scribens ex sententia Theophrasti philosophi nobilissimi, A poëtice laudes inquit, et in rebus spiritus, et in uerbis sublimitas, et in affectibus motus omnis, et in personis decor petitur. Ecce autem de integro nugæ, inquit isti, quid (malum) nobis cum Homero, aut Mæconio, aut Mantuano? Quid cum

cum dicendi lepore, cum studiorum amoenitate, cum politioribus literis, cum omni denique carminum, numerorumque ratione? Viderint ista male feriat homines, qui gratuita ac ieiuna, ingrataque studia consecretantur: nobis nullam festinius acroama esse potest, quam cum ad strepitum altercationum forensium aduocati apparitorum uoce uocantur, aut cum ad pomeridianas illas capturas litigatores, consultoresque constituunt, et facerandum studijs tempus, argentumque censemus, non condonandum deperdendumque, quod mente quidam capti solent facere, a musis infatuati, qui nunquam rem faciunt. Nam quid dissimulo, aut que me ad maiora refero? cum conspectus indignitas creuerit, ut me aliquando propinquorum nonnulli, istorum successu permoti, seuerè simul et amice admonerint, ut ab his nugis literarum ad frugem bonam palatini questus tandem me reciperem, neque hic ingeniolum, qualecunque est, nihil agendo atque etiam operam ludendo (ut dicitur) a serijs studijs, ac nostris hominibus dignis diutius distinerem. Respicerem hunc et illum (sordidissimum quemque mihi, et ad rem attetissimum obijcentes quasi frugalitatis exemplar) non tu te respicis (ait bant) non tu te cohibes ab insano isto frugiperda philologie studio? Quod si tam Accursij admirator, quam Ciceronis fuisses, haud dubie ista assiduitate studijs pauculis annis ad frugem bonam euasisses. Cultor enim iuuenum purgatas inserit aures Fruge palatina. Solentque nunc certatim petere hinc iuuenesque, senesque. Finem animo certum, miserisque uatica canis. hoc illud est, scilicet, homines imperiti, expertesque disciplinarum elegantie, nihil equum esse censent, nisi quod ipsis placitum est: omnesque insanire putant, qui non secum sentiant. Ecce autem iterum: manus enim certamen restat cum illis, qui

cum

cum multorum iudicio in Accursiana doctrina non mediocres esse credantur, suo uero tam magni sint, ut caput ad fornicem Fabij subnuttere etiam possint (ut Crassus ^{Scomma.} olim orator de Memmio quodam dixit) nullum Iurisperitum esse posse putant, uel uolunt potius, non eundem Latinitatis contemptorem. Atque ideo in obtreccatione meliorum literarum precipites acti, nullo delectu autores omnes Latinos, preter Iuriscōsultos antiquos (quos elegantie studiosos scribendo fuisse non percipiunt) interdicere suis solent. Quanquam reuera non aqua et igni (ut est in proterbio) pluribus locis uti possimus, quam oratorum, historicorum, poetarum autoritate: ex quorum lectione Latinitatis et eloquentie cognitio existit, id quod attestari possunt honestiores, facundioresque Iurisperiti, et iudices, et causidici, quales iam non pauci sunt, quibus tamen isti qui numero preualent, eadem de causa tanquam transfugis, aut deliris insensu sunt, qui ab illa uera germanaque (ut ita dicam) Accursianitate descuerint. Ex huiusmodi Arcopagitarum numero (proh pudor) extiterunt aliquot non pridem Stoicorum similes, qui in amplissima curia pro tribunali censuerint poetas omnes cremandos, poeticeque adeo trans Alpes relegandam, unde inauspicatis aurbus eam uenisse superciliosè fremebant: dira etiam ijs imprecantes, qui ad nos poetas et oratores, literasque huiusmodi quasi certam reipublice perniciem attulerunt: tragœdias enim mirificas in uenerando illo confesso, non sine assensu excitauerant, arrepta occasione ob uecordiam cuiusdam facinorosi perditissimi, qui nescio quid de Ioue, atque alijs poeticeis numinibus in dira dementia, furoribusque somniauerat, homo uix prima literarum elementa edocuit.

M 4

Quorum

Quorum sententia (ut fama est) risu paucorum, sed prudentiorū exceptis, ac confestim suppressa, memoriae tamen exini non potuit. Manavit enim ad populum, tametsi auctores ut arbitror ignorantur, quorum utique temeritate nota turpitudinis amplissima curia aliquandiu haesit. Hi tam mihi bene meriti de republica nostra videntur gravissimi censores, quam de imperio Romano, atque etiam de genere humano Caius olim Princeps cognomento Caligula, furia faxque orbis terrarum, qui Homeri carmina, ac Luuij Maronisque scripta, Platonisque auctoris Graeci uersa stimulante abolere concupiuit: nec tamen inceptare ausus est: qui etiam Iurisconsultorum superbiam non ferens, decrevit se haud dubie effecturum, nequid praeter aequum bonumque respondere illi possent. Hi autem quamquam in nulla aut iuris, aut auctoritatis arce, praesidium oppugnandis Latinis scriptoribus constituere possunt: meliora tamen iura superioraque interdum simulatione circumueniunt. Diximus superius iudicio multorum in Accursiana ipsos, scientia dicam, an inscitia? (quae tamen saepe homines in coelum effert) non mediocres esse. Exemplum certe priscae iuris prudentiae, Iurisconsultorum decus, columen denique Reipublicae dices te intueri, si incedentes uideris, non etiam si homines excusseris. Ita fit ut in istis, quae populari trutina examinantur, omnes ferme tribus ferant (ut dicitur) id est, ut omnium ciuium iudicio de literis, aut antiquandis, aut probandis hi sentire rectissime, suoque iure uideantur. Augustus Caesar primus Romanorum Princeps, ac de iure ciuili optime meritus, ut etiam ex multis elogijs Iurisconsultorum apparet, Homeri Mantuani poesim ciuilibus iuris auctoritate antiquiorem habuit, id quod testantur notissima eius carmina:

Sed

sed legum seruanda fides, suprema uoluntas
 Quod mandat fierique iubet, parere necesse est.
 Frangatur potius legum ueneranda potestas,
 Quam tot congestos noctesque diesque labores,
 Hauserit una dies.

Eant igitur ignorantiae patroni, frontem perfricent, et se plus uidisse, quam Augustum dicant, Principem utraque lingua non mediocriter doctum, sapientia singulari praeditum: sub cuius imperio lux etiam aeterna humano generi affulsit. Vereor mediisfidius ne plura dicam in homines infantiissimos, aut uehementius forte contendam, quam modestis hominibus audire uel uacet, uel libeat. Proinde suscepti patrocinijs fidem exoluisse mihi uideor, quod iure meo quodammodo suscepisse me puto. Melius uero hanc causam egerint, qui poeticae et oratoriae, et huiusmodi facultates profitentur, imo uero congruentius literis periclitantibus Iurisperitorum quidam patrocinantur, qui proba doctrinae non expertes sunt, et reuerentes. Rem ego abunde (ut arbitror) exposui, illi argumenta explicabunt, et iudices in consilium commodius missuri sunt. Quae uero de re agitur operae pretium est interim meminisse id est huiusmodi, Num iuri aequitatique consentaneum sit, num bonis moribus conueniat, num ex usu, aut e dignitate reipublicae, num in rem famamque huius regni esse uideatur, homines (ut parcissime dicam) Priscianomastigas, id est, tertio quoque uerbo (ut est in prouerbio uulgi) Priscianum per Latini sermonis inscitiam cedentes, censuram omnis generis literarum agitare, poetarumque Aristarchos oratorumque fieri, atque inusitata non modo inclementia, sed etiam demetia a caluo ad caluum, Graecos Latinos, bonos malos, recentes antiquos, omnisque memoriam;

M 5 omnis

De literis Gre-
cis.

omnis generis, omnis meriti eadē nota ex numeris, aut al-
bo legendorum expungere. Neque uerō me præterit quid
istī de Græcarum literarum studiosus loqui cari soliti sint,
ignorantes id quod Linius lib. 1 x. ab urbe cond. tradidit,
morem suo tempore fuisse, ut Romani pueri literis Græcis
erudirētur. Quod etiam Quintilianus ab infantia fieri de-
bere contendit. Ignorātes Romanos philosophiam, atque
omnes ingenuas artes à Græcis habuisse, in quibus & decē
legum tabulas, ut fassus est Cice. in 1. 1. de Finibus, ipse qui-
dem minimē inter Græcos popularis, utpote qui Græciso-
mnia derogare soleat: quicquid uideri uoluerit (id quod erat)
facilitatem dicendi, atque omnes orationis lepōres à Græ-
cis hausisse, quasiq; clauam Herculi, sic Græcorum natio-
ni decus eloquentiæ detraxisse. Non animaduertentes illa
uerba eiusdem ad filiū in præfatione librorū de Officijs,
Tamen ut ipse ad meam utilitatē semper cum Græcis La-
tina coniunxi, neque id in philosophia solum, sed etiam in
dicendi exercitatione feci, idē tibi censeo faciendū, ut par-
tis in utriusq; orationis facultate. Audiant igitur M. Ca-
tonē Censorium, Senatorē omnibus numeris ciuilibus facultatis
consummatissimum, ita apud Ciceronem dicentem in
Catone Maiore, Literas Græcas senex didici, quas sic audi-
dē arripui, quasi diurnā sitim explere cupiens, ut ea mi-
hi nota essent, quibus me nunc exēplis uti uidetis. Discant
nunc deniq; linguā Latinam, linguæ Græcæ imitatricem
esse, quasiq; quandam Græcorum linguæ simiam, ac sine
Græcæ linguæ cognitione Latinam mancam atque debi-
lem esse: quod nemo doctiorū diffitebitur. Nisi uerō cre-
dimus ducenta Pandectarum loca sine eius cognitione le-
tis intelligi posse, aut nisi in ficias ibimus totum penē titu-
lum, De excusationibus, à iuris autoribus Græcè scriptū
fuisse,

fuisse, sicq; à Tribuniano relictura: quod ipsum facile est
cernere ex genere styli, qui sordidus & obscurus uidetur
cum stylo Iuriconsultorum compositus: nec ex Græco tra-
ductus, sed extortus utriusq; linguæ ignorātia, quomodo
& in multis alijs locis Pandectarum. Sed quid cum ijs ho-
minibus agas, qui ne audierunt quidem quid gallus galli-
naceus in lege Pompeia, à gallo semiuero differat? aut
quid ius Prætorium à iure Apitiano? Non ne cōcedas in-
terdum ut excusatione summæ ignorātiæ, summæ impro-
bitatis odium deprecentur? Proinde libet eos postremū
nunc (ut dixi) allocuturus admonerim, si paucorum an-
norum studio literatissimos esse se uulgō persuaserunt, in
uno tantū genere literarum occupati, gaudeant in sinu
(ut dicitur) & gloriose ac superbe, atque etiam contume-
liosè loqui desinat. Iamiam enim futurū est (ut auguror)
ut quod adhuc pauci perspexerūt, omnibus luculento quo-
rundam rubore innotescat. Fientq; forsasse nonnulli asini
inter simias, qui nunc ferocia subnixi inciviliter incedunt.
Res ipsa iam clamitat, omnia fora palatiaq; personat, diu
fallere imponereq; populo non possunt. Omnibus palam
fiet altissimam illam, & uastam multorū scientiam mul-
to minus operis, quā ostentationis habere. Vtar hic exem-
plo (si quid iudicij habeo) quā appositissimo. Titus
Quintius Imperator populi Romani Græcia à seruitute
liberata, ac suis legibus restituta celeberrimus, cum ei
Aegæi in Achaia datum esset concilium, eoq; Antiochi
legati, & Aetolorum accedentes huiusmodi orationem
habuissent ad Achaeos fide Romanorum adducendos,
equitum innumerabilem uim trajci Hellesponto in Eu-
ropam, partim loricatedos, partim sagittis ex equo
utentes, quibus copijs equestribus, uel totius Europæ ex-
cerc

De commēta-
rijs recentiorū
Iurisperitorū.

exercitus obteri, & obrui possent, si in unū essent coacti ad hæc multiplices copias peditum addentes, nominibus quoq; gentium uix fando auditis Achæos terrerēt, Dacas, Medos, Elymeosq; & Cadusios, Tyrios, Sidonios, Aradios appellātes. Ad ea Quintius Aetolorū omnē ferociā dicere in uerbis, nō in factis esse, & in cōcilijs magis concionibusq; quā in acie apparere. Regē Antiochū peditū equitūq; nubes iactare, & maria cōsternere suis classibus. Est autē (inquit) res similima cœnæ Chalcidensis hospitis mei, hominis et boni & sciti cōuiuatoris. Apud quē solstitiali tēpore comiter accepti, cum mirare mur, unde illi eo tēpore anni tam uaria, & tā multa uenatio: homo nō quā illi sunt gloriosus, renitēs, cōdimētis ait uarietas illā, & speciē ferinæ carnis ex māfuetō sue factā. Hoc idē dici aptē in copias regis, quæ paulō antē iactatæ sunt, posse, & in uaria genera armorū, & multa genera gētū inauditarū. Dacas enim & Medos, & Cadusios, & Elymeos uiros omnes esse, haud paulō mācipiorū melius propter feruilia ingenia, quā militū genus. Autores historiæ Liv. in v. de bello Macedo. & Plutarchus in Problematīs, Εἰπέρι ἢ τὸν ξένου ὅτι τὰ ὅλα πάντα χορραῖ ἐστιν, ἠδύσμασι ἢ σκευασις διαφέροντα, μὴ τοῖνυρ θαυμάζετε τὴν βασιλικὴν δόναμιρ λογχοφόρος, καταφράκτις πεζεταίρος ἀριπποτοξότας, πάντες γὰρ οὐραὶ εἰσιρ ὀπλαείοις ἀλλήλων διαφέροντες. Ad ea hospite dixisse, Omnia hæc qua uides, suilla carne cōstant, condimētis & apparatu differūt. Proinde (inquit) regiā istam potentiā, ne magnopere stupēdam putetis, lanceatos, cataphractus, pedites, ex equo sagittis figentes. Omnes enim Syrii sunt, armis inter se ad speciē ingētis exercitus distincti. Hæc Quintij similitudinē omnibus numeris in istos quadrare prom

promptius est intelligere, quā ut à nobis sigillatim explicare necesse sit. Omnia enim coherentia in oculos (ut ita dicam) æstimantis incurrunt. Nam quo modo Antiochij Legati peditum equitūq; nubes mōstris quibusdam uerborum, atq; alia quæ supra dicta sunt iactare uidebantur, eadem isti uaniloquentia doctores priscos, modernos (uerbis enim eorum utar) & mediæ cuiusdam ætatis intonant. Adde & legistas, canonistas, cismōtanos, ultramōtanos, & huiuscemodi sesquipedia uerba, quibus imago uocis plenioris in locis cameratis consiliorum resultat, iam Baldi, Bartholi, aliorumq; doctrinas quasdam distinctim gunt, ueluti philosophiæ sectas multipliciter partientes simul ad miraculum excitandum nomina quædam autorum citant, ne nomēculatoribus quidē nota. Palmariū est enim inter eos ignobilissimū cuiusque & omnibus inauditi auctoritatem asferre. Translatitium uerō & obsoletum ueteres commemorare, id est, omnium optimos, sed qui iam ad manum sunt omnibus, & ueluti obsorduerunt. Tam sunt sua cuiq; uerba quædam mirifica, omniū tamen barbarica: Hoc enim unum maxime inter omnes conuenit. Adde quōd interim doctores suos honorificentissimis appellationibus inter diuos propemodum referūt, eorumq; adnotata quædam apophthegmata pro oraculis ediscunt. Huiusmodi illi sonitu uerborum inani non modo pullatam turbam, sed etiam primarios homines literarum ignaros in stuporem adducunt: quasi arcana sapientiæ ex altissimamente proferant. Niuius enim hybernis crebriora, copiosoraq; iura allegasse dicuntur, omniaq; maiorum placita inaudita facundia recensuisse. Quod cum ipsi obaudientes audiunt, digito se cælum attingere propediem posse confidunt, etiam si in omni genere literarum

rum; præter hoc unum ab imis unguibus ad uerticē summum toti ex inscitia concreti sint. Verum hoc illud est eis Amaltheæ cornu, ubi inest quicquid uolunt: hæc illa est eisdem encyclopædia. Vnus eis Accursius omnium instar est, omnisq; generis autorum. Ex eius recondita doctrina uel lac gallinaceum (ut dicitur) haurire didicerunt. sub Accursij nomine intelligi alios glossularios uelim iuris pontificij, quædo eadem autoritate præditos esse uideamus. Cui uerò nesciamus unius, aut Alexandri Felui lectione, aut alterius recentiorum mirificam istam doctrinæ speciem facile præberi posse, qui ex antiquorum ipsi commentarijs ad unum excussis, rerū summas haurientes, huius scientiæ breuiaria summo studio & labore composuerunt: aut perinde quasi doctorum illa turba (haud dubie per ingeniosa) alia aliq; semper, aut in aliam potius, atq; aliam uersa speciem, antiquis addiderit, ac non exquisitis lenocinijs uetusta iterum iterumq; interpolans, non sine stellionatus crimine insignem imposturam fecerit. Siquidem posteriores præceptam sibi à prioribus ingenij gloriam indignantes, quæ ab illis inuenta, ac literis mandata compererant, ea uarijs mangonijs interpolata, magna ex parte posteris pro suis tradiderunt interuersa maiorum suorum laude. At uerò recentiores cum nec noua comminisci possent, nec uetera toties interposita ultra aliquid moliendi argumentum ullum præberent (quod unum reliquum erat scribendi argumentum) & antiquos & recentes & inter medios forulis omnibus excussis, nullo negotio legendos huic ætati dederunt, frementibus istis qui cornicum (ut aiunt) oculos à cornicibus confixos indignantur. Sexcenta enim uolumina, quæ ad speciem operosissimi studij aperta in bibliothecis habere solent, situ

pler

plerūque obstita, ad paucissima uolumina esse redacta scriptoribus illis malè seriatis succensent: scientiamq; antehac omnimachinamento ad obscuritatē adductam, in medium positam nunc omnibus esse. Equidem ipse quid de ijs doctorum commentarijs sentiam, bonæ fide fatebor ad extremum. Memini enim legisse me apud Plinium uerba quædam ad hunc locum admodum pertinentia. Is igitur de commentarijs & magicis quibusdam herbis loquens, quæ uirtutes mirificas, & supra fidem uolentas habere monumentis Democriti & aliorum traduntur, libro uicesimo sexto naturalis historiæ ita inquit, Mirum est profectio hucusque prouectam credulitatem antiquorum, saluberrimis ortam initijs, si in ulla re modum humana ingenia nouissent. Sed hæc est in omni re animorum conditio, ut à necessarijs orsa primum cuncta uenerint ad nimium. Hactenus ille. Quemadmodum igitur herbarum inuentione saluberrimæ rei, derogata tandem est fides suadente Aesclepiadæ (ut idem Plinius inquit) qui nouam medicinæ rationem instituisse, & ad compendium artem redigisse dicitur: ita legum interpretatio iuris prudentibus olim concessa sub Augusto, & eius successoribus, ab Iustiniano postea seuerissimè interdicta est, ut labori studentium consuleretur. Et ut herbariæ medicinæ inuenta nimia magorum uanitate abrogata sunt, qui uires herbarum supra fidem tradebant: sic iuris interpretandi spes omnibus abscissa est sub Iustiniano Principe propter Iuriconsultorum insanam scribendi libidinem, qui stylo temperare iam non posse cernebantur. Quod rursus idem facere pergunt nostri seculi Iurisperiti, multo tamen antiquis illis deteriores. Hocq; perpetuum est (ut uidetur) utpote cum Cicero non dubitauerit

Seruio

Servio Sulpitio palam in iudicio presentique obijcere, cum multa praeclara legibus essent constituta, ea Iuriconsultorum ingenij pleraque corrupta, ac depravata esse. Atque etiam ea quae olim à Iuriconsultis, tanquam arcana petebantur, postquam opera Flauij scribae peruulgata, atque in manibus iactata, et excussa sunt, inanisima prudentiae reperta esse, fraudis autem et stultitiae plenissima: et sic quoque nunc in manu sunt illis istius scientiae peritissimis, qui Gallicè reipublicae iuridiciale imperium moderantur. Melius igitur ipsi uiderint, an hoc statu rerum res iuridicales rectè, atque ordine administrari possit. Vnum hoc si addidero, finem dicendi faciam, quamquam huius orationis difficilium est mihi quidem certè exitum quam principium inuenire, dicentiq; non tam copia querenda erat, quam modus magnopere adhibendus, què nec scio cur tenere non potuerim. Hoc igitur affirmauerim, Franciam sub regio imperio liberam esse posse, si per istorum intemperias licuerit in posterum, qui prouinciam suis legibus post hominum memoriam uiuere solitam, id est, institutis patrijs, et regum constitutionibus, haud ita multis annis, legibus non Romanorum (ferendum enim esset) sed Gothicorum hominum foedissime manciparunt. Contra uero humanitatis doctrina, plus operis, minus ostentationis habet. Quae quo labore cõparetur, quid ad uitam transigendam conferat, uel unico dicto Isocratis autoritas grauissimi apparebit. Ad Demonicum enim de praeceptis sapientiae scribens post multa exhortamenta ita inquit (Graecè enim eius uerbis prius dicam ex meo instituto, ne quid commisci uidear, praeterquam quòd nonnihil eadem opera literarum Graecarum cupidos hoc labore subleuabo, Graeca in Latinum sermonem uertendi) $\chi\rho\iota\ \eta\ \mu\epsilon\ \mu\acute{o}\nu\omicron\upsilon\ \tau\omicron\iota\varsigma\ \upsilon\pi\ \eta\mu\acute{\omega}\nu$

$\epsilon\iota\rho\mu\acute{\omega}\nu\tau\epsilon$

$\epsilon\iota\rho\mu\acute{\omega}\nu\tau\epsilon\ \epsilon\mu\acute{\mu}\epsilon\iota\upsilon\eta\mu\epsilon\upsilon\ \alpha\lambda\lambda\acute{\alpha}\ \eta\gamma\ \tau\omicron\omega\upsilon\ \tau\omega\iota\eta\tau\omicron\omega\upsilon\ \tau\acute{\alpha}\ \beta\epsilon\lambda\lambda\iota\sigma\tau\alpha\ \mu\alpha\upsilon\delta\acute{\alpha}\nu\eta\mu\epsilon\upsilon,$ $\eta\mu\acute{\omega}\nu\ \tau\omicron\omega\upsilon\ \acute{\alpha}\lambda\lambda\omega\upsilon\ \sigma\omicron\phi\iota\sigma\tau\omicron\omega\upsilon\ \epsilon\iota\tau\iota\ \chi\rho\eta\sigma\iota\mu\omicron\upsilon\ \epsilon\pi\acute{\alpha}\rho\eta\kappa\alpha\sigma\iota\upsilon\ \acute{\alpha}\nu\alpha\gamma\iota\omega\delta\omicron\sigma\kappa\epsilon\upsilon\mu.$ $\acute{\omega}\sigma\omicron\delta\epsilon\ \gamma\delta\ \tau\eta\upsilon\ \mu\acute{\epsilon}\lambda\iota\tau\eta\tau\alpha\upsilon\ \delta\omicron\upsilon\omega\mu\epsilon\lambda\iota\ \epsilon\pi\ \acute{\alpha}\pi\alpha\iota\tau\omicron\epsilon\ \mu\epsilon\lambda\iota\ \tau\acute{\alpha}\ \beta\lambda\alpha\sigma\tau\eta\mu\acute{\alpha}\tau\alpha\ \kappa\alpha\delta\iota\zeta\acute{\alpha}\nu\kappa\sigma\alpha\upsilon\mu,$ $\acute{\alpha}\phi\ \epsilon\upsilon\acute{\alpha}\tau\eta\varsigma\ \delta\epsilon\ \tau\acute{\alpha}\ \chi\rho\eta\sigma\iota\mu\alpha\ \lambda\alpha\mu\beta\acute{\alpha}\nu\sigma\alpha\upsilon\mu,$ $\omicron\upsilon\tau\omega\ \chi\rho\eta\ \eta\gamma\ \tau\omicron\varsigma\ \pi\alpha\iota\delta\acute{\epsilon}\alpha\varsigma\ \delta\omicron\epsilon\gamma\omicron\mu\epsilon\lambda\iota\sigma\varsigma,$ $\mu\epsilon\delta\epsilon\ \nu\omicron\delta\omicron\varsigma\ \mu\epsilon\lambda\iota\ \acute{\alpha}\pi\acute{\epsilon}\rho\omega\varsigma\ \epsilon\ \chi\eta\mu,$ $\omega\pi\acute{\alpha}\lambda\lambda\ \chi\omicron\delta\epsilon\upsilon\ \delta\epsilon\ \tau\acute{\alpha}\ \chi\rho\eta\sigma\iota\mu\alpha\ \sigma\upsilon\lambda\lambda\acute{\epsilon}\gamma\alpha\mu.$ $\mu\acute{o}\lambda\iota\varsigma\ \gamma\delta\ \epsilon\kappa\ \tau\acute{\alpha}\upsilon\tau\eta\varsigma\ \tau\ \epsilon\ \pi\iota\mu\epsilon\lambda\acute{\epsilon}\alpha\varsigma\ \tau\acute{\alpha}\varsigma\ \tau\ \psi\acute{\upsilon}\sigma\epsilon\omega\varsigma\ \acute{\alpha}\mu\alpha\phi\iota\sigma\tau\alpha\ \epsilon\ \pi\iota\kappa\rho\acute{\alpha}\tau\eta\sigma\eta\sigma\epsilon\upsilon.$ Te autem oportet non his solum quae diximus acquiescere, sed et optimū quodque dictum Poëtarum ediscere, ac si quid alij quacumque dicendi facultate praepollentes scite dixisse uideatur, id perlegere. Quomodo enim apes uidemus uarijs stirpium germibus insidentes, ab unoquoque desumere, quod sibi maxime sit usui: sic eos qui doctrinae desiderio capti sunt, ut nihil intactum relinquere, sic undique colligere, quod sit operae peruenire poterunt. Nam et Quintilia. libro 1. de encyclopedia loquens, et mathematicis artibus, quibus Oratorē carere comode non posse contendit, ita inquit: Similiter Oratorē qui debet esse sapiēs, non Geometres faciet aut Musicus quaeque his alia subiungā: sed haec quoque artes ut sit cõsummatius inuabunt, nisi forte antidotum quiddam, aut alia quae oculis et uulneribus medetur, ex multis atque interim contrarijs quoque inter se effectibus cõponi uidemus, quorum ex diuersis fit illa mixtura una, quae nulli earum similis est ex quibus cõstat, sed proprias uires ex omnibus sumit. et multa animalia mellis illum inimitabilem humanae rationi saporē uario succorum, ac florum genere perficiunt. nos mirabimur si oratio qua nihil praestantius homini dedit prouidentia, pluribus artibus eget: quae cum se non ostendunt in dicendo nec proferunt, uim tamē occultā suggerunt, et tacite quoque

N

sen tiunt

sentiuntur. Eodem illud pertinet eiusdē Isocratis, τὰ μὲν σώματα τοῖς συμμέτροις ὠνοῖς, ἢ δὲ ψυχὴ τοῖς ἀνομοίοις λόγοις ἀνέχειται, Vt enim corpora laboribus modicis & ad naturam accommodatis, sic animū bonorum scriptorū lectione auferere natura comparatū est. Eodem quoq; pertinet illud Basilij Magni in oratione, qui Paraneiticus inscribitur, quā ad exhortationē iuuenū scripsit, docens eos quomodo rationem studiorū suorum instituere debeā. Is igitur de uita beata loquēs, quam unam omnibus neglectis exoptandam esse ait, in hac propemodum sententiam inquit: Est igitur opera pretiū existimare certamē quoddam propositum nobis esse, ut si quod inquam maximū, cuius inuēdi gratia nihil intentatum nobis relinquendū sit, quin omni ope, atq; scripijs omnibus excussis contendamus, ut undiq; ad id instructi, praemeditatiq; simus, Et poētis enim & historicis, & oratoribus, & omni deniq; homini adhaerendū, unde aliqua modō spes sit ad institutionē animae futuram quid in rem fore. Quomodo autē tinctores nouimus pigmētis quibusdam tingendas res primū inficiētes, ut colores melius cōbibere possint, floridos mox colores purpureū, aut alium quēnis inducere solitos: eodē nos quoq; modo si inuētā recti, honestiq; opinionē in animis nostris insidere uolumus, cām his externis, secularibusq; disciplinis instituti, quasiq; initiati fuerimus, tū demū sacris illis scriptis, arcanisq; disciplinis audiēdis admittēmur, ac ueluti solem in aqua cernere praesueti, deinde lumē ipsum, obuersis etiā oculis intuemur. Ἐπειδὴ οὖν οἱ ἀσσοποιοὶ παρασκευάζουσιν ἄλλοτερον θεραπέυσι τοῖσι ὀτιπῶν ἢ τὸ ἀεθόμενον τῶν ἄλλων. ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν ἐπάγασιν, ἀπὸ τῶν ἀλεργῶν, ἀπὸ τῶν ἐπιγορῶν, τῶν αὐτῶν δὲ καὶ ἡμεῖς ἴδιον ἐπιμέλλοι ἀνεπαλλὰς ἡμῶν

ἡμῶν ἢ τῶν καλῶν παραμύθων ἀλέξαι, τοῖς ἕξασιν δὲ τῶν προτελεσθέντων, τῶν αὐτῶν τῶν ἰδίων ἢ ἀπορρήτων ἐπακροόμεθα παραμύθων, καὶ οἷον ἐν ὑδρατι τὸν κλίον δρεῖν ἐδισθητες, δύνωσιν, ἀπὸ τῶν προσκελευμένων τῶν φωνῶν τὰς ὀφθαλμοὺς. Quomodo igitur se uerterint isti, manifesti sint, aut iniquitatis necesse est, aut summe ignorantiae, q; testimonijs et Graecorū, et Latinorū, et Gentiliū, et Christianorū reuincuntur. Qui tamē (ut opinor) qua sunt animi pertinacia, ut quaeq; res quā documq; nata erit, de hoc nō conquiescēt, quin odio suo indulgeāt, omnia undiq; crimina colligentes, arripiētes, cōmiscētes, quae delendo humanitatis nomini esse uideātur, atq; eloquētia memoriae hominū nostrorū eximendae. Sed iā uela contrahā. Vereor enim ne aut rei indignitate transuersus, aut indignatione incōsulta, in altū rursus ferar. Tanam ne autē esse proteruitatem quibusdā, quicquid scire se posse desperēt, quicquid nō didicisse pudeat, quicquid inchoare pigeat, ut id sibi damnare permittant tantā uacordīā, ut inertiae suae neuū luculentō R. eip. uulnere rescare nō dubitent? tantam peruersitatem, ut quod apud Cimmerios alti sint, et tenebricosis literis instituti, iā eos serenissimos scriptores capitaliter oderint, insecētur ijs, obtrectēt deniq;, quoniā glande barbarica distēti sint, idcirco à frugibus Latinis omnes arceant? Sed retrò inhibendus impetus. Melius enim hoc uiderint p̄fessores ipsi, quorū summa res agitur. ego me tādē ad meum munus, pensamq; reuocabo serius, ut sentio, quā oportuit.

Ex I. In uenditionibus, eod. tit.

Ego in uino consentio, quia eadē est usia, si modō uinū uenit.) Vt Graecē, Latine essentia dicitur (si Plauti uerbo uti nō recusamus, quod Quintiliano nō admodū displicuit) quae usia & hyparxis & hypostasis dicitur. quo

usia.
Hyparxis.
Hypostasis.

uerbo medici pro sedimento urinae utuntur, quasi substantia. Aliqui tamen usiam essentiam esse proprie dicunt, hypostasim autem substantiam, quae et substantia dicitur. Sunt etiam Προσάσεις diuinae, quas Latini personas uocant. unde Πιάς Προσάσις et dicta et Προσάσις. Acuit autem praeteritum est ab aceo. acere enim uinum dicitur, cum in acetum degenerauerit, Graeci ὄξιζον dicunt, et παρσίζον. Cato de Re rust. Vinum in dolijs hoc modo uenire oportet. Vini in culeos singulos quadragenae et singulae urnae dabitur, quod neque aceat neque muceat. Acidum uinum & mucidum, Acidum uinum dicitur, quod coacuit. a Graecis ὄξις dicitur, et ὄξιζον. Mucidum est quod emucuit, id est, quod mucore respicit. Plin. li. XIII. Proprium autem inter reliquos humores uino mucescere, aut in acetum uerit. Vappa dicitur, cum odorem saporemque amisit, ut inquit Acron. Graeci ἐκρωτάριον uocant. ab huiusmodi uitio uini uappa probrosum nomen esse coepit homini, cum a pristina solertia, et animi uigore, et industria degenerare coepit. Hora. in 1. Sermonum: Non ego auarum, Cum ueto te fieri, uappam in beo, ac nebulonem. Plin. libro supradicto Vitium musto quibusdam in locis iterum sponte feruere: qua calamitate cum deserbuit, deperit sapor, uappa accipit nomen. probrosum etiam hominum cum degenerauerit animus. Vinum etiam fugiens dicitur dubium, et in uitium inclinans eodem autore. Et fugere in uino Latine dicitur, quod uulgo non seruare dicimus. Cic. lib. III. de Offic. Qui uinum fugiens uendat sciens, debeat ne dicere? Non necesse putat Diogenes, Antipater uiri boni existimat. Fugiens Cicer. pro aetate cedente dixit. Unde Plinius mala persica fugacis appellat his uerbis li. xv. Pretiumque singulis triceni numi fuere, nullius maiore, quod miremur, quia non aliud fugacium.

cuius longissima namque decerto bidui mora est, cogit se uenundari. A Graecis hoc ἐξίσασις dicitur, et uinum fugiens ἐξίσασις οἶνος, et quod iam fugit, id est, uappa ἐξίσασις, detritum uulgo dicimur et praeteritum. Theophrast. ἀλες βαλλοῦσαι ἐς κεράμους οἶνος, ἐπὶ τὴν μὴ ἐξίσασις μὴ ὄξιζον ἀκέραιος, Sal, inquit, in dolia uini mittitur, ne uinum facile aut fugiat, aut acescat. Interpres tamen desinere et senescere ubique uertit, cum melius fugere esset, et magis Latinum, uir alioqui doctissimus, et uerba reddere Latina Graecis solutus. Contraria autem fugiendi qualitas a Theophrasto παρσίσασις dicitur, quod idem Theodorus consistere uertit, cum uinum firmitate et austeritate propria retinet. Fugere autem cedere est, unde uina quae aetate ferre non possunt. i. fugientia, annis cedere dicitur, ut cedere oneri dicimus onus non perferre. Ab eadem ratione fictiliae gemmae scarificationi cedentes fugere dicuntur. Plin. lib. xxxv. Fictiliae gemmae scarificationis candicantiam fugiunt. Vbi forte candicantia septimo casu legi debet. Fugientes etiam literae dicuntur exolescentes, quae uetustati cedunt, id est, ἐξέρχονται γράμματα, quasi defluentes dilabentesque: quod fit etiam cum membranae praepingues, literas non retinent.

Ex I. Qui fundum, primo responso, eodem titulo.

Nam si ita dictum sit, ut exptor, et reliqua. Huc locum Accursius obscurum esse dicit, uidelicet constructionem non percipiens, licet mentem affectus sit. Mihi satis clarus uideatur, si recte ac distincte legatur. Hoc autem modo eum lego, ut post uerbum Nihil ei profuturum, distinguam, id est, colon apponam: deinde inferam. Si ita factum esset, et initium alterius membri faciam, hoc sensu, Si uero ita pactum. Et alioquin in hoc textu tria esse errata existimo. Primum est

Vinum constans.
Annis cedens.
Gemmae fugientes, & literae.

eo in loco ubi legitur, Quærebatur an id quod minoris esset, consequi à suo uenditore posset. Legendū enim censeo: An id quo minoris esset: ut sit quo pro quanto, ut sepe apud magnos autores legimus, et intelligamus quanto is modus minor esset. Secundum est illic: Et domino renuntiet intra id quanti modus agri minor sit. Legendum enim quanto, id est, quanto spatio, nam si quanti legatur, ad pretium referri necesse erit, quod non congruit. Tertium est in fine, Posse eum quo uel qui potius, minoris modus agri fuisset repetere, ubi similiter minoris duobus uerbis legendum, qui minor is, id est, quanto is minor. Renuntiatio autem, cuius hic fit mentio, id est, testimonij genus, quod reportum uulgo dicunt, cuiusmodi edere solent architheti & magistri uniuscuiusq; opificij cum opus est, qui propterea publicè sacramento adiguntur. Qui tamè plerunq; ut bene aut malè appositi sunt, uel comiter aut secus accepti, commodè aut incommodè renuntiare solènt, fidem publicè præbitam ualere iubentes. Maximè autem refert uter ligatorum ad corrumpendam renuntiationem præuerterit, ut occupantis haud dubiè melior sit cōditio, unumq; demum litigatori occupato per fugiū, si licitationem operarum animosè uicerit. Multa sunt huiusmodi scelerata, nec tamen moribus nostris crimina quorū ab uniuersis impunitas est perpetua, cū à singulis capitalia esse censeantur: & quorum questio aut raro, aut nunquā decreta est: quæ quidem non frustrā ad extremum fuerit, quanquā publica & certa autoritatis fama, ea sint testatissima. Ut enim ab omnibus accusantur, ita à nullo damnantur. In causa est segnis conuientia magistratum, qui nulla memorabili charitate Reipublicæ affecti sunt, quos ut suspectos legum tutores remoueri decebat. Huiusmodi re-

Renuntiatio.

nuntiationis fit mentio in titulo: Si mensor falsum modum dixit. Est enim renuntiatio Legatorum. Cicero in Philippica v. 1. Cum enim Legati renuntiarint (quod certè renuntiant) nō in uestra potestate, non in Senatus esse Antonij, quis erit tam improbus ciuis, qui illū ciuē habendum putet (Idem in 1. x. de Seruio Sulpitio loquens in legatione defuncto, Nec uerò dubito quin si ille uir renuntiare legationem potuisset, & reditus eius uobis fuerit & Reip. salutaris futurus. Quod etiam nunc processum uerbalcm dicit, renuntiatio dici debet, qualis est uiatorū & apparitorum: omniumq; eorū qui edicta aut sententias Iudicū aut curiæ exequuntur. Renuntiare autem magistratum, id est, quod nominare dicimus, atq; etiam proclamare, ut Venetijs more memorabili faciliari uidiū ad comitia honoris gratia admissi. Primò enim aliquot sortitione deliguntur (si tamè satis animaduerti) qui suo arbitrio renuntiare magistratus possint ac designare, quasi prerogatiuæ ius habeant. Ab hac prima renuntiatione suffragio omnium disquiruntur, exactis prius omnibus qui renuntiatū hominē aliquo iure necessitudinis cōtingant. Suffragijs autè disquisitis, quæ ipsa calcularia sunt (discurrentibus enim subselliatis mira celeritate calculi gerulis, in sitellam cōijcti pillulares calculos mos est) q̄ comitijs præsumt septē uiri (ut opinor) editore loco atq; undiq; cōspicuo sedētes, inspectantibus omnibus numerant, & ex euentu suffragiorū aut magistratū renuntiant, aut ad prerogatiuā illam decurri iterū rē reijciunt, quādo quidē comitio renuntiatu nō placuit, hoc est, maiori parti nobilitatis. Ea est autè ratio comitiōrū, ut nec ulla psus impostura in suffragia cūtibus fieri possit, nec in suffragia nisi aliquo studio deprimari, quò minus id cēseāt quod maximè aut è Rep.

Renuntiare.

aut è dignitate Reipublicæ futurū uideatur. Romano au-
 tem more res explicabatur suffragijs tributim centuria-
 tim uelatis, prout comitia aut curiata aut centuriata erāt.
 de quibus alibi diximus. Cic. in Philippica secunda: Ecce
 Dolabella comitorū dies, sortitio prærogatiuæ: quiescit
 Antonius, renūtiatur, tacet. Prima classis uocatur, renun-
 tiatur. Deinde (ut assolet) suffragia. tū secunda classis uo-
 catur. Renuntiat (inquit Cic.) id est, undiq; exaudibili
 uoce nūcupatur & proclamatur, ut ceteræ classes, si ita
 uisū esset, prærogatiuæ classis exemplū sequeretur. Erat
 enim prærogatiua tribus uel classis qua sortito obtinne-
 rat, ut prima in suffragia iret, & quæ ei uideretur, crean-
 dum renuntiat. Idem pro lege Manilia: Nam cum pro-
 pter dilationē comitorum ter Prætor primus centurijs
 cunctis renūtiatus sum, facile intellexi Quirites, & quid
 de me iudicaretis, & quid alijs præscriberetis. Idem pro
 Muræna: Neq; enim uestrum quenquam fugit, cum multi
 pares dignitate fiant, unus autē primus solus possit obti-
 nere, nō eundē esse ordinem dignitatis & renūtiationis,
 propterea quod renūtiatio gradus habeat, dignitas autē
 sit pæsepe eadē omnium. Renūtiare à Græcis ἀναγορεύειν
 dicitur. Valerius lib. 111. Manibus Tribunorū pro Ro-
 stris Consul Piso collocatus, cum hinc atq; illinc eum am-
 bisissent, ac Palicanū suffragijs Consulē creatū an renun-
 tiaturus esset, interrogaretur, primò respondit non exi-
 stimare se tantis tenebris offusam esse Rempublicam. ut huc
 indignitatis ueniretur. Deinde cum perseveranter insti-
 rent, ac dicerent, age si uentū fuerit: non renuntio, in-
 quit. Hæc autem renūtiatio extrema, Consulis est, aut
 eius magistratus qui comitia habuit. peractis enim omni-
 bus designati magistratus exaudibiliter nūcupantur.

ἀναγορεύειν.

In

In titulo, De in diem adiectione.

Additione legi debere nemo nunc ignorat, uel refrā-
 gātibus exemplaribus. Laurētius enim Vallēs iamdiu id
 admonuit. Emendari itaq; hīc per totū titulū & passim in
 iure debet. Neq; uerò de die hīc agitur emptioni præsti-
 tuta, sed de re addicta in diē certū, id est, uenūdata. Addi-
 cere est licitanti rē auferēdam permitttere, hoc est lingua
 uernacula deliberare. Quo modo accipitur Cod. in titu.
 Ne pro dote muliebri bona quondā mar. add. Ex quo fā-
 ctū ut addicere pro destinare deuouereq; ponatur. Cic. li-
 bro 111. de Offi. Cum is qui morti addictus esset, paucos
 dies cōmendandorū suorū gratia postulasset. de duobus
 Pythagoricis loquēs. Addicere etiam est auctionē facere,
 hoc est, bona sua proscribere & licitātibus obijcere. quod
 ἀποκαλύπτειν Græcè dicitur. Quital. Omnes facultates in
 pretia collegi. rus. seruulos, & omnia utiliora properatū
 festinatione parētis addixi. Ob hoc addicti uocati sunt ho-
 mines oberati, qui & nexi dicuntur, qui lege x 11. tabula
 rum ob æs alienum creditoribus in temporariam seruitu-
 tem addicebātur. Hos ἀγορεύεις Græci dixerūt, id est, κα-
 τὰ δίκην ἀγορεύεις, quos creditori ducere domum à Præto-
 re permittēbatur. Quod ius à Solonis lege manauit. Plutar-
 chus in Solone, οἱ χρεὼτα λαμβάνοντες ἐπὶ τοῖς σώμασι, ἀ-
 γορεύοι τοῖς δανείσειν ἄσπον, Qui opigneratis corpori-
 bus mutuabantur, creditoribus addicebātur. Liu. lib. 11.
 ab urbe condita: Sed & bellū Volscū imminēbat, & ciui-
 tas secū ipsa discors intestino inter patres plebēq; flagra-
 bat odio, maxime propter nexos ob æs alienū. Et paulò
 pōsti de quodā insigni iniuria in uinculis habito ob eandē
 causam, qui cum euasisset, ad populū iniuriam creditoris
 expostulare cœpit: propē, inquit, in cōcionis modū. S abi-

Addicere.

ἀποκαλύπτειν.

Addicti & nexi.

κατὰ δίκην ἀγορεύεις.

N 5 no bell

no bello ait se militante, quia propter populationes agri non fructu modo cauerit, sed ulla incensa fuerit, directa omnia pecora abacta, tributū iniquo suo tēpore imperatum, et alienū fecisse. id cumulatū usuris, primò se agro paterno auitoq; exuisse, deinde fortunis alijs: postremò uelut tabe peruenisse ad corpus. ductū se à creditore non in seruitium, sed in ergastulū & carnicinā. Inde ostē-

Ergastulum.

tare tergū fœdum recentibus ue stigijs uerberum. Ergastulū L. iu. appellat locū in quo mancipia deteriora in uinculis opus facere cogebātur, ut metallarij serui solent. Idē lib. v. i. i. Eo anno plebi Romane uelut aliud initiū libertatis factū est quòd ne cū desierūt. Mutatū ius ob unius fœneratoris simul libidinē, simul crudelitātē insignē. Lucius Papyrius is fuit, cui cum Senatusconsulto Publius ob aēs alienū paternum nexum dedisset: quem atas formāq; ad misericordiam elicere poterant, ad libidinē & contumeliam animū accenderunt, et florem ætatis eius fructum aduentitium crediti ratus, primò perlicere adolescentem

Inire nexum.

seruone in cœsto est conatus. Inde inire nexū, est lege nexum addici. Quare apud Liniū loco supradictō non nexū dedisset: sed nexū inisset legendum puto. Idē lib. v. i. i. Non eadē domi quæ militiæ erat fortuna plebi Ro. Nam etsi unciario fœnore factio leuata usura erat, sorte ipsa obruebantur inopes, nexūq; inibant. Hoc ius reuocatam est per Diocletianum in lege. Ob aēs alienum, de act. & obligat. Cod. Nexus etiā neruus uocabatur à Plauto in pœnulo: Vtinam mihi argentum reddas priusquam in neruum abducere. Terentius in Phormione: Ceterum cum argentum repētent, nostra causa scilicet in neruum potius ibit. Nexi igitur obligati sunt, quorum corpus ut pignus, capi potest obligationis iure atque conditione.

Neruus.

Et

Et

Erat & nexus quod & nexū dicebatur, transferendi rerum dominij genus. Cic. pro Mur. In ijs rebus repetendis quæ mancipi sunt, is periculum iudicij prestare debet, qui se nexu obligauit, id est, qui mancipio dedit & promisit: qui cui stionem prestare sponndit. Huiusmodi autem additi apud Hebræos quoq; fuisse uidentur, ut quarti Regum capite quarto: Ecce creditor uenit, ut tollat filios meos ad seruiendum sibi. Quintil. lib. v. i. de Finitione loquens, serui & additi differentiam his uerbis ponit: Seruus eam manumittitur, fit libertinus, additus recepta libertate est ingenuus. Seruus inuito domino libertatem non consequitur, additus dissoluto ere alieno inuito creditore consequitur. Ad seruū nulla lex pertinet, additus legē habet. Propria liberi quæ nemo habet nisi liber prænomen, cognomen, nomen, tribū, habet hæc additus. Additorum autem lex quòdam fuisse durissima uidetur: cuius idem meminit in tertio: Sunt enim quædam non laudabilia natura, sed iure concessa, ut in xii. tabulis debitoris corpus inter creditores diuidi licuit, quam legem mos publicus repudiavit. Et aliquid æquum, sed prohibitū iure, ut libertas testamentorum. Gell. lib. xix. Confessis igitur æris ac debiti iudicatis xxx. dies sunt dati conquirendæ pecuniæ causa quam dissoluerēt, eosq; dies iustos Decemuiri appellauerunt uelut quoddam iustitium: id est, iuris inter eos quasi inter stionem quandam & cessationem, quibus diebus nihil cum ijs iure agi posset. Post deinde nisi dissoluerent, ad Prætorē uocabātur: & ab eo quibus erant iudicati addicebantur. Erat autē ius interea patiscendi: ac nisi pacti forent, habebantur in uinculis dies l. x. Inter eos dies trinis nundinis continuis ad Prætorē in comitium producebantur, quantaq; pecuniæ iudicati essent

essent, prædicabatur. Tertius autē nundinis capite pœnas dabant, aut trans Tyberim peregrè uenium ibant. Sed eā (inquit) capitis pœnam, sancieda fidei gratia horrificam atrocitatis ostentu, nouisq; terroribus metuendam reddiderunt. Nā si plures forēt, quibus reus esset iudicatus, secare si uellēt atq; partiri corpus additi sibi hominis permiserunt. Verba legis hæc sunt: Tertius nundinis parisi secanto, si plus minus ue secuerint, se fraude esto. Et paulò post: Dissectum esse antiquitus neminē equidem neq; legi neq; audiui, quoniam sententia ista pœna cōtemni non quita est. Inde tria uerba illa Prætoria. Macrobius in 1. Satur. Fasta dies sunt, inquit, quibus licet fari tria uerba solennia, do, dico, addico. His contrarij sunt nefasti. Et fastis quidē lege agi potest, cū populo non potest. In lege, ita, supra, Mandati, circa principiu, abijcere corruptè pro addicere legitur: Quid enim fiet si exiguo pretio hi cū quibus tibi communis fundus erat, rē abijcere uel necessitate rei familiaris uel alia causa cogeret̃ur? Addicere enim p uenundare legi debet. Traquillus in Cæsare: Bello ciuili super alias donationes amplissima prædia minimo addixit. Quo in loco numo rectè quidam legunt. Est enim prouerbiale Addicere numo, quòd nostrates dicunt, fragmēto panis uendere. quod donationis est instar, cum obtentu uenditionis rem donantes, inuidiam donationis uitimus, aut pudori accipientis consulimus. Valerius libro v. Marco, inquit, Cornuto Prætore funus Hirci & Pãse iussu Senatus locante, qui tunc libitinam exercebāt, tum rerum suarum usum, tum ministerium suum gratuitum polliciti sunt, quia ij pro Repub. dimicantes occiderant, perseuerantiq; postulatione extuderunt, ut exequiarum apparatus sestertio numo ipsis præbentibus addiceretur.

MEM

Meminit Vlpianus in l. Si quis, infra, Locati, Si quis conduxerit numo uno, conductio nulla est.

Ex l. pri. §. ult. De peric. & com. rei uend.

Si doliare uinum emeris. Doliare uinum quid sit, ex Vinū doliare. Marci Catonis uerbis scire possumus. hic enim de lege doliaris uini loquens, ita inquit, Vinum in dolijs hoc modo uenire oportet. uini in culeos singulos quadragenæ et singula urnæ dabuntur. quod neq; aceat neq; muceat id dabitur. In triduo proximi boni uiri arbitrato degustato. si non ita fecerit, pro degustato erit. Quot dies per dominū mora fuerit quo minus uinum degustetur, totidē dies emptori procedent. Vinum accipito ante Calend. Ianuarias primas; si non antè acceperit, dominus uinum admetietur quod admensum erit, pro eo domino resolutio. Si emptor postulauerit, dominus iusiurandū dabit uerum fecisse. Locus uinis ad Cal. Octob. primas dabitur. Si antè non deportauerit, dominus uino quod uolet faciet. Doliare uerò uinum dicitur ad uini pendens differētiam. de quo idem sic inquit; Lege hac uinum pendens uenire oportet. uina- Vinum pendēs ceos illutos & facē relinquito. Locus uinis ad Cal. Octo. primas dabitur. Si non ante eas optaueris, dominus uino quod uolet faciet. Quod uinum per corbem admetiendum Vlpianus censet, id Cato per labrum culeare pertusum in fundo faciendum præcipit.

Ex l. Ex empto, De actio. empt. §. ult.

Satis autē non dantē condemnari, quanti plurimi actorem periclitari oportet. Elegātia Vlpiani & Latine loquentium consuetudo poscunt, ut quanti plurimo legatur & hic & multis alijs in locis, ubi sic scriptum esse à Iurifconsultis uel affirmare ausim. Sic paulò superius: Quanti minor modus, pro quanto. Et alibi: Quanti pretij in

Quanti plurimo: non, quāti plurimi.

ARCA

Addicere numo.

arca habeo, pro quantū pretij. Hoc autem in loco quanti plurimo sic resoluitur, tanti dānari debet uenditor, quanti periclitari oportet emptorem, cum plurimo periclitatur, id est, plurima pecunia. Cic. in Frumentaria: Quæro si ipse excogitare non poterat, quemadmodum quam plurimo uenderet. & reliqua. Non enim periclitari plurimi dicimus, sed plurimo, ut fortunis periclitari dicimus, id est, periculum uitæ & fortunarum adire. Idem Ulpianus lege sequenti: Emptorem noxali iudicio condemnatum, ex empto actione id tantum consequi, quanti minimo defungi potuit. Id est, quanti explicari potest cum minimo explicatur, et quāti diligentissimus explicare se potuisset. Tanti autē & quanti genitiuo enuntiantur adiuncta quidem uerbis sibi accommodatis, sed per ablatiuū respondetur illis. Quāti enim misti uili uel magno. Scæuola: Si fisco aliquid debebatur, et res stipulatoris uilissimo distracta est. Post cōparatiua uerō ablatiuo enuntiantur. Iuue. Quanto delphinis ballena Britānica maior. Sic igitur quāto minor modus, non quanti. Idē: Quanto metiris pretio quod mi tibi deditus essem. Plin. lib. xxxvi. Docuit neminē minoris talento decem annis. Pomponius supra: De in diem additi. Si fundus in diem additus fuerit pluris, ut quādā ei accedant quæ non acceperunt priori emptori, si non minoris sint hæ res, quā quo pluris postea fundus uenerit, uenditio prior ualet: id est, quā quanto pluris: non quanti. Sunt enim in hoc genere modi quidam loquēdi nō cuius facile intelligibiles, ut illud Ciceronis in quarto Finium: Omnia quæ secundum naturā sint, æstimatione aliqua esse digna, eaq; pro eo quantum in quoq; sit ponderis æstimanda. Tabolenus supra. Mandati. A reo autem fideiussor non aliud triticū repetere poterit, quā quo pesti-

mo tritico liberare se à stipulatore licuit. Plin. libro secundo: Solem abesse à luna undeuiginti partes, quantum lunam ipsam à terra, multi prodiderunt. id est, decies & nouis plus quā luna à terra abest. Sed frigida hæc uidebuntur fortasse, ideoq; huiusmodi multa intacta scientes prudentesq; præterimus.

Ex l. sequenti.

Emptorem noxali iudicio condemnatum, ex empto actione id tantum cōsequi, quanti minimo defungi potuit. Defungi est explicari negotio aliquo aut molestia, & finem ei imponere. Lilius: Defuncta morbis corpora salubriora esse cœpere. Idē: Tempestas cum magnis procellis coorta, cōgēgit plerosq; tabernacula in foro statuere. eadē paulō postea, quum undiq; differenasset, sublata, defunctosq; fato uulgō ferebant, quōd inter fatalia uates cecinissent, necesse esse tabernacula in foro statui. Quorum uerborum sensus est, uulgō ita dicitur, populū Romanum eiusmodi castrorū imagine quæ in foro fuerat, uideri cum fati decidiisse, quæ dirā olim castrorū metationem in medio foro mimitari credebatur. Defunctos igitur fato, id est, solutos & exemptos, nec ultrā illi fato obnoxios. Idē lib. x. At ex parte altera Pontifex Lilius, cui lictores Decius tradiderat, iusseratq; Proprætorē esse, uociferari uicisse Romanos defunctos Consulis fato. Id est, Consulis sese de uouentis spontanea morte, ab imminentibus periculis liberatos & exemptos. Tranquill. in Nerone: Britannia Armeniaq; amissa, ac rursus utraq; recepta, defunctū se fatalibus malis existimabat. Liu. li. ii. Sed ad eō coorta erat infensa plebs, ut unius pœna defungendū esse patribus. Id est, ut Mar. Coriolani dānatiōe ab illa populari cōsternatione liberandus esset Senat⁹. ἀπαλλάττω et ἀπαλλάττω ἄπαλλάττω id ὀδοί.

Defungi.

ἄπαλλάττω
id ὀδοί.

id à Græcis dicitur. Demost. Αλλὰ ὑὸ τῶν πολλῶν
 Ἀπαλλὰτ-
 ρου ἡμῶν ἀπαλλὰχασι: id est, Sed eorū per multi durio-
 re, quā nos cōditione defuncti sunt, id est, ἀπαλλὰχασυ.
 Aphth. Οτι ᾧ ἂν Ἀπὸ τῶν σὺμβολῶν γένοιτο. ἄριστα ἐκεί-
 νος ἀπαλλὰτ-
 ρου ἔσ τὰς Δίκας. Nā quicūq; cōsulebat An-
 tiphōtem, is præclarè in iudicijs defūgebatur: id est, opti-
 mum exitū litis habebat. Elegantius autē uoce actiua di-
 citur apud eos, quā passiuā. Simile est autem ac si dica-
 mus: Vnius Christi morte defūgendum humano generi
 fuisse, id est cum seueritate iustitiæ æternæ decidendum,
 quod Caiaphas, Ioānis undecimo, propheticè dixit homo
 minime omnium propheta: Οτι συμφέρον ἡμῖν, ἵνα ἔσ ἀνθρώ-
 πῳ ἀποθάνοι ὑπὲρ τῶ λαῶ, Cōducibile est nobis, ut unus
 homo moriatur pro populo. Similiter dicere possumus,
 Christianorū dogmatum hanc summam esse, filij hominis
 morte humanū genus defunctum esse, id est, ab omni mo-
 lestia & anxietate imminētis atq; etiam grassantis in bo-
 minibus mortis liberatū esse, & à diuturno reatu exem-
 ptū, nexuq; hostili perpetuo ereptū. Quod quidē ad eos
 pertinet quibus particeps esse cōtigit orthodoxæ religio-
 nis, & eius sacramēta amplecti fideliterq; retinere. Pro-
 pterea defuncti absolute dicuntur qui mortē obierūt, quasi
 ærumnis seculi liberatos & exēptos significemus. Defun-
 ctumq; etiam more Græcorū pro cadauere intelligimus
 substantiuē. Vnde scitum illud Plinianū in 11. Naturalis
 hist. de terra habitabili loquentis: Et ut publicos gentium
 furores transeā, hæc est in qua conterminos pellimus, fur-
 toq; uicini cessitem nostro solo affodimus: ut qui latissimè
 rura metatus fuerit, ultraq; famā exegerit accolas, quoti
 terrarū parte gaudeat: uel cū ad mensuram auaritiæ sue
 propagauerit, quā tandē portionē defunctus ei⁹ obtineat
 Græci

Defunctus.

Græci necron hoc modo accipiunt, quo Lucianus uti so-
 let. Defungi etiam dicimus, non toto conatu, nō magno pe-
 re aliquid accurare, sed tepidè & instrenuè: & eo tantū
 animo, ut officio functi uideamur, & quatenus satis sit
 ad uitandā reprehensionem, aut emerendā ueniam. Liuius
 lib. 11. de Remo & Romulo, Sorte quadā diuinitus super
 ripas Tiberis effusus lenibus stagnis, nec adiri usq; ad iu-
 lli cursum poterat amnis, & posse quamuis languida mer-
 gi, aqua infantes spem ferentibus dabat: Ita uelut defuncti
 regis imperio in proxima alluue ubi nunc ficus rumina-
 lis est, pueros exponūt. Defunctos regis imperio dixit eos
 qui satisficissent regis imperio. Ille enim in aquam fluen-
 tem pueros demittit iusserat, hi in stagnantibus aquis ex-
 posuerunt. In quibus tamen sperabant mersum iri itidem,
 ut in amne. Inde defunctorie agere, pro languide & re-
 misse. Vlpianus in l. secunda, Ad Tertul. Non solum autē
 quæ nō petit coërcetur, sed etiam quæ defunctorie petijt,
 uel priuilegio munitum uel oneratū tribus tutelis, id est,
 neglectè & oscitanter. Hoc autē & perfunctorie dicitur
 ab eodē, in l. Aut, qui, in frā, Quod ut aut clam, Neq; qui-
 dē perfunctorie aut obscure dicere aut denuntiare debet:
 id est, non bona fide, nec ex animo, nec iusta denunciatio-
 ne. Lingua uernacula per acquicium dicitur, ut cum dici-
 mus rogatus rogo, hoc tantum laborantes, ut orasse uidea-
 mur, non ut exorasse, quod facere ambitiosi homines so-
 lent ab omnibus gratiā inire uolentes, uel falsam si ita res
 ferat, aut re aut uerbis mentientes ea se amicitie gratia fe-
 cisse, quæ ne facere quidem conati sunt. Perfungi tamen
 plus est quā defungi. Est enim perfungi, ad extremū ob-
 ire munus suum, & strenuè operā nauare. Liuius lib. 11.
 secundā bel. Puni. Romani Cōsules perfuncti quod ad Ca-
 puam

Defungi.

Defunctorie.

Perfunctorie.

Perfundi.

puam attinebat cura, Caio Neroni ex legionibus quas ad
 Capuam habuerant, sex milia peditum & trecetos equi-
 tes decernunt. In l. unica, Cod. Qui numero tutelarum se
 excusant, Si tres tutelas uel curas eodem tempore nō de-
 Defunctorie
 fufcipere. functorie susceptas administras, onere quarta tutela non
 graueris. Defunctorie hic nō transitorie susceptas, aut
 etiam simpliciter affectatas significat, ut Accursius diui-
 nauit, sed eo animo susceptas ut in numerum cedāt, & ut
 Proprietas
 Ένεκα. Græci dicūt, πρὸς ἀφοσίωσιν Ένεκα, id est, quæsito prætextu,
 ut sub leuū tutelarū obtētu iustis ac molestis tutelis exi-
 matur. Hoc enim significat defunctorie munus suscipere.
 Πρὸς ἀφοσίωσιν. Defunctorie & perfunctorie Græcè πρὸς ἀφοσίωσιν uel
 ἀφοσίωσιν Ένεκα & ὁσίως Ένεκα dicitur, & per uerbum
 Αφοσίωσιν. ἀφοσίωσιν, quasi defungēdi gratia, hoc est, parce & more
 ἡ ὁσίως Ένεκα delibātis. Isocrates in Panathenaico circa finē, Οὐχ ὀψά-
 Αφοσίωσιν. ως ἡ δὲ ἐλέγοντο ὁπρὶ τούτων τοῖς ἀφοσίωσιν, ἀλλ' ἰ-
 παρπαυοῦντες, Neq; uerò defunctorie de his disserēbāt,
 quasiq; delibātibus similes, sed in laudes effusi in cœlū fir-
 rebāt. Utitur hoc & Herodotus sæpe. Hoc idē penē trās-
 latiue etiā dicitur Latine. Martianus, Præuaricator esse
 eū ostendimus, qui colludit cū reo, & trāslatiue munere
 Translatiue. accusandi fungitur. Trāslatiue, inquit, id est, uulgari &
 nō accurata diligētia utitur. Vlpianus in lege prima, De
 iare patronatus, Patronorum querelas aduersus liberos
 Translatiue.
 Trāslatiue. præsidēs audire, & nō trāslatiue exequi debēt. Trāslati-
 uū enim & translatiuū, uel ut aliqui loquūtur, tralatitū,
 uulgarē & publicū dicitur, & ut Græci dicunt ἀδιάρ-
 Ein-αιον, τὸ
 τυχόν. ρον, hoc est, indifferēs, quod significat nō eximū, sed ple-
 Eγκύκλιον. χόν, quod & ἐγκύκλιον dicitur: id est, in orbem uel orbi-
 Αγοράιον. nem cogēdum, Αγοράιον. Plinius in epistolis, Nec tunc na-
 tura

turæ est translatiua hæc, quasi publica officia à familia-
 ribus amicis contra ipsorum commodum exigere. Et ego
 te constantius amo, quam uerear ne aliter ac uelim acci-
 pias, nisi te Calendis statim Consulem uidero. Translati-
 ua officia appellat uulgaria, & ab omnibus usurpata,
 non ab intimis modo, & ijs qui exquisitè amicitiam col-
 unt. Cicero in Verr. action. 11. Sed in re uisitata satis
 est ostendere omnes antea ita ius dixisse, & hoc uetus
 edictum translatiuum que esse. id est, non nouum & nu-
 per inuentum, sed ab omnibus Prætoribus antea usur-
 patum, & ex ueteribus Prætorum albis translatum. Vn-
 de Plinius maior pro uisitato accepit, & pro eo quod fre-
 quentatur. Translatitium, inquit, in Aegypto & octa-
 uo mense gigni. id est, uulgò solitum & consuetum. Ali-
 bi pro importato libro x. Translatitiorumq; inuenta mo-
 ri. Contrà uerò antiqui cū fieri aliquid non perfun-
 ctorie nec translatiue, sed accuratè & enixè & totope-
 re intelligi uolebant, bona fide facere dicebant, & ut
 uulgò dicunt, ad bonum etiamnum: hoc est, citra illum
 figmentum, quasi ἀπικειθωμύως, κατ'επιστάσμύως,
 ἀρδαιώς, ἰδαικώς etiam dici potest, & ἀνυπόβως. Plau-
 tus in Aulul. Dic bona fide, tu istuc aurū non surripuisti?
 Lyconid. bona non. Eueh. istuc quoq; bona? Idem in Capt.
 Bona fide tu mihi istæc uerba dixisti? Erg. bona. Terent.
 Bonā' fide? Syr. bona hercle. Quintilianus in x. de se-
 cessus amoenitate loquens, Nanq; illa ipsa quæ delectant,
 necesse est uocent ab intentione operis destinati. Neque
 enim se bona fide in multa simul intendere animus to-
 tum potest. & quodcumque respexit, desinit intueri
 quod propositum fuerat, ἀντὶ τῷ ἀλοσχερῶς, ἀτεχερῶς.
 Plin. libro x. optima fide dixit, pro citra omnem prorsus
 Bona fide.
 Optima fide.
 simul

simulationē remissionemq; Sic enim inquit, de Cesare loquens, illa fuit uera et incōparabilis inuidi animi sublimitas, captis apud Pharsaliā Pompeij Magni scriuijs epistoliarū, iterumq; apud Thapsum Scipionis, ea optima cōcremasse fide atque non legisse, ἀπλῶς ἢ ἄν' ἠίσιμ. Aristoteles in VIII. Ethicōn, ἄν' ἠίσιμ συναλλάξαιτες.

Ex eadem lege. §. ultimo.

Veluti cum futurū iactum retis à piscatore emeris, aut indaginem plagis impositis à uenatore, uel pantheram ab **Indago.** aucupe.) Indago (inquit Seruius) ferarum inquisitio est. Vergil. lib. II. Aeneid. Dum trepidant ala, saltusq; indagine cingunt. Inde indagare pro uestigare. Sic autē indago pro effectu et proposito indaginis accipitur, id est, pro captura, quo modo et Græcè therama (quod Gellius indaginē uertit) non magis uenatū significat, id est, actum quàm effectuū, hoc est, τὸ τῆροσθῆρ. Nonnulli tamē censent (quibus ego assentior) indaginem apud Vergiliū nō ferarum indagatiōnē, sed plagarū seriē significare in uarros arrectarū, id est, in furcas uenatorias, qualē describit Lucan. in III. Pharsaliæ, Aut dū dispositis attollat retia uarris Venator, tenet ora leuis clamosa moloſi. et reliqua. Et in VI. Magnoq; recessu Amplexus fines, saltus, nemorosaq; tesq; Et syluas, uastaq; feras indagine claudit. Polit. in Herodianū li. II. de militibus pratorianis ab exercitu Seueri circumdatis, Quos ubi uelut indagine armorū conclusos captiuosq; habuit, magna uoce ita ad eos uerba fecit. Plinius in Panegyri, de delatoribus loquēs in insulas deportatis à Traiano, Memoranda facies, delatorū classis permissa omnibus uētis, coactaq; uela tēpestatibus perdere, iratosq; fluctus sequi quoscunq; in scopulos detulissent. Et paulō pōst, Cum insulas omnes quas modō Senato

rum

rum, iam delatorum turba completeret, quos quidem non in presens tantum, sed in eternū repressisti mille poenarum indagine inclusos, id est, sanctionū seuerissimarū terrore à delationibus cōercitos cohibitosq;. Quo in loco indagine non inquisitione exposuerim, ut quidam censuerūt, sed ambitu potius et septo, et ueluti cancellis circūdatis. Est enim indago propriē id quod à Græcis στοιχισμός dicitur, Στοιχισμός, id est, ἀ λεγόμενα γάλλυκες ἢ γήχου κέμυλα. Stœchi enim Græcè uarris sunt. unde stœchismos indago, id est, plagarū expansio uarris subrectarū, ferarum lustra et stabulatio. Stabulatio. Stabulari enim de feris dicitur, hoc est, uersari et locū capere. De indagine Demosthenes in I. Philip. Καὶ ἔχ' ἴος τε ἐστὶν ἔχου ἢ κατ' ἐσραπτα, μὲν δὲ ὑπὸ τῶταρ, ἀλλὰ ἀέ τι πρῶτα βάλματα, ἢ κὲν κω παταχῆ μελλοῦσας ὑμᾶς ἢ κἀν μὲν πρῶτα χιτῶνα, Neq; uerò potest (de Philippo loquēs) ijs urbibus acquiescere, quas iam ditioni suæ subegit, sed latius latiusq; in dies suarū expeditionū ambitum indagine cingit. Alioquin indago inquisitionē significat, quæ Græcè thera et therama dicitur. Vnde sciatheras Sciatheras. instrumentū gnomonicon, quo etiam architecli metandis urbibus utebatur. Hoc enim sciathera octo cœli regiones exactè colligentes, uentorum uim moleſtam urbibus, oppositis platearū angiportorumq; angulis frangebant aut amoliebantur: aurasq; corporibus salubres platearum directionibus admitterebant, ut docet Vitruuius libro I. Sunt autem plateæ uerbo Græco uici in urbibus latiores, quas Platea. uis Cicero Latine appellare solet, uulgò autem pro areis accipiuntur. Vitruuius de colligēdis regionibus loquens,

Ο 3 Colloc

Collocetur, inquit, ad libellā marmoreū amussium medijs
 moenibus, aut locus ita expoliatur ad regulam & libellam
 ut amussium non desideretur: supraq; eius loci centrum
 medium collocetur aneus gnomon indagator umbræ, qui
 Sciathericon. Græcè σιαθηρας dicitur. Ab hoc Sciathericon horologiū
 apud Plinium dictum est lib. 11. id est, umbræ indagato-
 rium. Est autem solarium quo hodie utimur ad horas
 æquales æquinoctialesq; colligendas, antiqui autem ad in-
 Iachus. æquales & temporales. Iactus uerò retis etiam iachus ab-
 solute dicitur. Valerius lib. 111. cap. 1. circa finem, A' pi-
 scatoribus in Milesia regione uerriculum trahētibus qui-
 dam iactum emerat. Vbi historia memorabilis à Valerio
 narratur ad hunc locum pertinens, cuius admonuisse suf-
 ficiat, si quis adire Valeriū uelit. A' Græcis hoc tractum
 Bolos. apud quos bolos, id est, iactus in eadem significatione ac-
 cipitur, autore Suda. Quo uerbo alex etiam iactus signi-
 Plauti locus. ficatur. Vnde iocus ille Plautinus in Rudēte malè ab ali-
 quibus enarratus, Oh Neptune lepide salue, nec te alea-
 tor ullus est sapiētior. Profectò nimis lepidè icisti bolon,
 periurum perdidisti. Verba sunt Trachaleonis serui exi-
 stimantis lenonem naufragio perijisse. Perdere autem per-
 imere & euertere interdum significat, unde iocus resul-
 tat: & aleatores autè & piscatores bolon iaciunt. Perdi-
 didisti igitur Neptune hominem perditissimum: id est, leno-
 nem maxime perdendum. propterea Neptune aleam pul-
 chre icisti, pulcherrimū iactum fecisti. Idem in Curcul.
 Si uis tribus bolis Βάλλω chlamydem. Id est, si uis tribus
 iactibus mittere uel opponere chlamydē. Mil. Quin tu is
 in malam crucem cum bolis cum bullis. Ab hoc Βόλος
 Græci pro uenereum iacere dicunt, qui in alea felicissimus
 est iactus: de quo Cicero in 1. de Diuinatione, Quatuor
 tili

tali ei est, casu uenereum efficiunt: num etiam centum ue-
 nereos si ccccc. talos icceris casu futuros putas? Bol-
 lus priore producta frustum significat. Terent. in Heaut.
 Crucior bolum tantū mihi esse creptum subitò è faucibus.
 Panthera autem hic pluraliter intelligo, potius quàm pan-
 Panthera. theram genero fœminino. Patheron enim retis genus est
 ex eo nomen habens quòd omnes aues concludat, eadē fe-
 rē ratione qua panagron, quod rete piscatorium est. The-
 ra uenatum significat & aucupium. unde Pantheron di-
 ctum, & ὀπριδοθήρας auceps. Est autem huiusmodi rete
 quòd nostri saltabudum appellat, quòd cum humi expor-
 rectum est, & in oblongam tenuitatem contractum, tegi-
 tur quisquillijs, ne ab auibus prouideri possit. Deinde cum
 opus est, adducto magna uī fune, repente expanditur, in-
 fectasq; aliquot diebus auiculas uno icū uniuersas conte-
 git. Hoc reti nostri ad passerēs & sturnos utūtur, & ad
 grues & otidas, quas stardas uocat, quasi tardos anseres.
 Hic autem in plurali per metonymiā accipitur pro captu-
 ra, eo modo quo indago. Ab eadē tamē etymologia pan-
 therā dici possūt, quicquid auceps ceperit. Suda huius uo-
 cabuli meminit, licet non interpretetur. Quid si non pan-
 therā, sed pantherama legam: id est, quicquid aucupio ce-
 perit. Aliud est retis genus bimēbre, quòd duabus alis cō-
 sistit, humiq; expansum deuolantibus auibus adducto fune
 in se complicatur ad eas irretiēdas, nec semel, ut illud sim-
 plarium genus, sed identidem contrahitur, expenditurq;.
 Hoc ad corydalos utuntur, & ad eas auiculas quas pere-
 grinas appellant, de quo hic intelligi nō potest non magis
 quàm de eo genere aucupij uenatorij, quòd hodie ubique
 gentium notum & frequentatum, mirū est prisceis inaudi-
 tū fuisse. Neq; enim Aristoteles, neq; Plinius, qui genera
 O + aquil

De aucupio accipitrario.

Accipitrum differentia.

aquilarum accipitrumq; tradidere, usquam eius rei meminerunt, nec alius prorsus ueterum scriptorum qui extant, ut arbitror. Iulius tantum Firmicus lib. v. cap. v. III. mentionem prædonum accipitrum, & solconum facit, qui tempore Constantini Imperatoris fuit, Constantini Magni filij. Quin & Plinius lib. x. ita inquit, In Thraciæ parte super Amphipolim homines atque accipitres societate quadam aucupantur. hi ex syluis & harundinetis excitant aues, illi superuolantes deprimunt. rursus captas aucupes diuidunt cum eis. Idem genera accipitrum sedecim meminisse se dicit, nec tamè prosequitur ne nominatim quidem, cum Aristoteles genera tantum decem ponat, ut fortasse erratum esse in notis numeri apud Plinium suspicari debemus. Quæcumq; enim de aquila et accipitre dicit, ex Aristotele ad uerbum uertisse uidetur, Hodie nomina feruari (ut arbitror) uix possunt, quo modo permulta in reliquis auiibus piscibusq;. Primam differentiam faciunt pugillariæ & pinnariorum: quidam enim prætento pugno reuocantur enisii; alterum genus nõ nisi pinnarum scapo reuocatur. Secunda differentia est inuolantiæ & deprimentiæ, quod alterum genus inuolare prædam solet, alterum tantum deijcere ac deturbare. Est & alia differentia eorum qui sublimes prædam in ueprietis latentem circumuolare solent, & cum à canibus aut uenatoribus excitata est (Sic enim uocauerim potius, quàm aucupes) superne sese librare, deuolantes, subuolantes, prouolantes spectanda celeritate, sic interdum prædam lancinantes, ut humi afflictam enecent elisis interancis: quod testari oculata fide possumus, qui eius oblectamenti studiosi magis in prima & plena pubertate, quàm literarum suum. pumetum subrigi castitæq; quasi lineis rectis appellat. hi autè omnes ex genere pinnario

nario sunt. Grauiores & qui sublimi uolatu lustrare prædam, atque humi conditam prodere ac circumscribere circinatu non solent, quales sunt omnes pugillares, & nonnulli pinnariorum, arboripetæ dicuntur & statarij, porrectoq; uolatu contendunt. Qui autem mansiones obseruare non assueuerunt, temere trãsuolantes, erronee appellatur & stationis desertores. Quidam sublimipetæ prædam nõ nisi uolantem petunt, quã si prouolatu assequi nequiuerint, in fruteis cadentem subsequentiibus magistris emicatu produnt, sagittæ modo sursum uersus elisi. Humipetæ decorsum cum præda deferuntur. Sunt quos sublimiuagos dicant, qui neglecta interuallum præda iam designata, cum differena uit, ad meridiem plerumq; apricatione delectati, in nubes licentius attolli solent, & diu ex hominum prospectu auferri expatiantes, quasi quidam emasores, id quod prouidentes magistri receptui continuo stentorea uoce canunt, interim scapum oblongo loro rotantes, quos oportet uocalissimos homines esse uocisq; præconia. Si uerò nubila uerit, nullum est periculum. Nidularios mansuetarum uocant, qui ex nidulo rapti sunt, & domi adoleuerunt. Rames sunt qui iam ferme adulti & nido oberrantes, ramulatum uolitantes capiuntur. Hos (ut arbitror) præferunt, celeritate enim nidularijs præuolent. Nidularij ut obsequiosissimi, sic deterrimi. Peregrini ut in primis uolucres, sic contumaces, & maiore negotio curabiles, ut qui ab infantia non obduruerint. Hi tamen duorum generum, hornotini præstantissimi putantur: id est, qui antequam deplumescant, mansuescunt. anniculi, qui aut bini, aut tri mi & deinceps, feri capti sunt, ad obsequium redigi non possunt. Accipitribus ingluuiem reiecit letiferum, quod nonnullis generibus contingit si paulò incautius curentur.

Aduentitij hodie pinnarij anniuersaria negotiatione ex Creta importantur, sacros facellos q̄; appellant, quasi lepuros & ἰεραίωνας. Supradictis autem generibus alij aliter utuntur. Campestris appellat perdicarios, leporarios, picarios, cornicarios, miliarios. Lacustres & riuiarios lacunarios q̄; dicunt, anatarios atque ardearios. Vidimus pridem accipitrem ex genere perdicariorū palumbis magnitudine, gruem tractim deturbantem, uisenda solertia oculis inuolatam, ita ut praeda torpens & in terram decidens secum auem inuolatricem detraheret, & humi cum cecidisset, raptim à cane leporario exciperetur, ad id condoce facto, stupente Principe Carolo, qui ob rei miraculū quingentis aureis licitus est. Adnectuntur eorum pedibus tintinnabula, cum orbiculis argenteis indice circūscriptis, ut si amissi inuenti fuerint, ad dominos referantur, repositos autem suppressisse inter nobiles iure recepto criminofum est. Saepe enim euagari longissimè & ultra famam solent ij qui sublimiuagi dicuntur. Anniuersaria cura plumas in auarijs amittunt. Incunte autumno accipitrarij signinam auarij medicamentis exinaniunt (extenuare id appellant, quod nostri exaginare dicunt) rursusq̄; ad praedam in stituunt, inediaq̄; perdomitant, inditis in os stupris turūdis caruncula praeditis aut inuolutis in gluniem corū ludificantis: simul enim sic euocatis pituitis & excrementis uolaciores reddi perhibent, simul famem irritari, atq̄; ita ad obsequium redigi. Hyeme etiā ad gelu sub dio nonnullos noctu alfisse iuuat, nonnulli si alserint, continuo inhorrescunt, cum morte periclitantur reiecta in glunie. In omni genere ueterani difficiliter extenuantur, & minus uolucres sunt, sed ad praedam solertiores & minus obnoxij. terram enim uolatu stringentes, deuolantem auem excip

excipere nouerūt, aut angustissimis finibus latebram eius circumscribere, ne uenatores aberrerent. Tyrones ut uolaces & rapiāi, sic errones & expatiatores. Magna nunc gratia huius artificij, quod mirum est olim inauditū fuisse, praesertim cum uenationis genera omnia (ut arbitror) fuerint antiquis percognita & usitata.

Ex I. Iulianus. §. Quod autem diximus, eodem titulo.

Hic non debuit facilius esse ad temerariā indicationem.) Indicatio hoc in loco quid significet, pauci (ut opinor) percipiunt. Indicare (inquit Nonius) promittere atque addicere est: quae significatio mirè hic quadrare uidetur, atque haud scio an usquam alibi ita expressam legerimus. Indicare igitur aestimare est, & pretiū rei uenalis statuere. M. Tullius in 111. de Offic. Quintus quidem Scauola Publij filius, cum postulasset ut sibi fundus, cuius emptor erat, semel indicaretur, idq̄; ita uenditor fecisset, dixit se pluris aestimare: addidit centū milia nummorum. Nihil expressius his exēplis. Sed apud Ciceronē multi uulgariter intelligunt indicare pro demonstrare. Indicare uendentis est, τιμᾶσαι, ut mercari et liceri emptoris. Plau. in Persa, indica, sic pretiū, τιμῶ, τὰ τῆ τῆ ἀξία. Dord. Tu merx est, tua indicatio est. Id est (ut uulgò dicunt) qui bonè uenale habet, is pretiū imponit. Idē, V' n' bene emere? age, indica pragnariter. Hoc est, aestima, dic quanti uēdes uno uerbo. Et rursus in Aulula. Venio ad macellū, rogito pisces, indicat caros, agnina caram, caram bubulā. Licetur emptor, id est, πλεισμενία, quod etiā παραθεμενία dicitur. Fortasse autē apud Plaut. sic legendū, Rogato pisces: indicat caro: agnina caro: caro bubulā. ut hic apud Vlpia- πλεισμενία- ὀπαθεμενία- dit

dit? Quod autem sequitur, Atqui ignorauit: atqui una est particula, *ἢ μὴ, ἀλλὰ μὴ*, per hypophorā posita, & obiectiue pronūtianda. Indicat uēditor, id est, *τιμᾶται*, quā *Πράσιπ.* quā Lucianus aliter expressit his uerbis, *ὄδορ ὡρᾶν ἡμεῖς ὑπὲρ τέρη.* Quanti hunc indicas. Indicatio estimatio est, atq; etiā probatio. Plin. lib. x x i i. Mellis causas atq; differentias nationesq; et indicationē, in apium ac deinde florum natura diximus. Vbi imperiti, aut qui nō satis animaduertērūt, indicationē legunt. Indicatura etiā in eundem sensum ab eodē dicitur in præfatione his uerbis, Hec **Indicatura.** fiducia operis est, hæc indicatura, id est, pretiū & estimatio operis, & quo maxime opus probatur, & censetur. Idem lib. x x v i i. Traditur Hismeniā coraulē multis fulgentibusq; gemmis uti solitum, comitāte fabula nantatem eius, indicato in Cypro sex aureis denarijs smaragdo, in quo fuerat sculpta Amygone, iussisse enumerari: & cū duo relati essent immunito pretio, male mehercules curatum dixisse. multum enim detractum erat gemmæ dignitatis. **Plinij locus.** Qui locus uulgò corruptissime legitur. Vbi etiā nos non enumerari, sed c. id est, centum numerari legimus. Et rursus, Nec est hodie Murrhini alterius præstātor indicatura. Hoc autem in loco indicatio significantissime accipitur pro uerbosa illa ac scurrili propemodū uenalium rerū cōmendatione, qua uenditores uti solent emptoribus alliciendis. Sic enim solent ultrò gratissimas res futuras emptoribus spondere, & futurū ut bene secū actū esse dicant. Maxime autē omnium Iurisconsultorum Vlpianus proprietatis atq; elegantie studiosus fuisse mihi uidetur.

Exl. Limes & labra, eodem titulo.

Funes non limes proculdubio legendum cenſeo. Hunc autem errorē litera maiuscula & miniatā induxit, quales fieri

fieri in capitibus legum solent, funesq; haustorios intelligendum. At uerò labra crateres lapideos significant, quibus aqua saliens ex siphunculis concipitur. Crater est enim quē uulgò peluim appellat in fontibus manu factis, id est, salientis aquæ conceptaculū. Plin. in v. Epist. in hoc fonte crater, circā siphunculi plures muscent iucundissimū murmur. Idē, Libadio aqua uelut expressa cubantiū pondere siphunculi effluit, cauato lapide suscipitur, gracili marmore continetur, atq; ita occultē temperatur, ut impleat nec redundet. Sunt alioqui labra uasa uinitoribus accommodata, quæ admodum lacus & cuppæ, quibus labris apud nos uindemiæ exportantur in uehiculis. Labra etiam lapidea balneis usum præstāt, fossæq; lapideæ in balneis labra uocabantur, cuius significationis exēpla sunt apud Vitruui. lib. v i i. *ὠυελοὶ* & *ὠλυοὶ* Græcè dicuntur, hoc est, solia balnearia. Salientes autē capita sunt fistularū, atq; etiam ipse tubulorū fistularumq; scaturigines, quæ & siphunculi dicuntur & siphunculi, ab aquæ expressione tanquam ex siphone salientis. hos Græci *κρηνὲς* uocant. Lucianus, *Ἐμφορέμῳ χαυδὸν Ἐποθείς ἴσθ κρηνῶ τῆρ κεφαλήρ.* **Κρηνοί.** Vnde Enneacrunos fons Atticæ ab nouem salientibus sic dictus. Et *κρηνί?* qu uerbum Galeno, quod fundere aquam gracili saliente significat. Cicero ad Quintum fratrem, *Πίσцина & salientibus additis mira suauitate uillam habituruses.* Vitruuius lib. v i i i. Collocentur in castello tres fistule equaliter diuise in tria receptacula coniuncta: uti cum abundarit, ab extremis in mediū receptaculū redundet: ita in medio ponentur fistula in omnes lacus & salientes. Accursius de his omnibus aliter prorsus censuit.

Exl. Fundi. §. Si ruta eod. in tit.

Si ruta & cæsa excipiantur.) Quid sint ruta & cæsa Vlp

Labra.

Crater.

Salienter.

Siphunculi.

Κρηνοί.

Enneacrunos fons.

Κρηνί? qu.

Ruta & cæsa
recipere.

Vlpianus hic, & in l. sequenti aperte docuit, aliquid ta-
men his addendum. Cicero in fine Topicorum de rutis &
cæsis ita inquit, scribens ad Trebatium hominē Iuriscōf.
Nam ne præterirem aliquid quod ad argumentū in omni
ratione reperitū pertinere, plura fortasse, quàm à te
desiderata erant, sum complexus: feci q̄, quod sæpe libera-
les uenditores solent, ut cum ædes fundum ue uendiderint
rutis cæsis receptis, cōcedant tamen aliquid emptori quod
ornandi causa apte & suo loco positum esse uideatur. Sic
nos ad id quod quasi mancipio dare debuimus, ornamenta
quædam uoluimus non debita accedere. Inde illud Crassi
In Lucium Brutum Bruti Iuriscōf. filium, ex 11. libro
de Orat. Quid patri nuntiari uis? cui rei, cui glorie, cui
uirtuti studere? patrimonio? ne augendo? at id non est no-
bilitatis: sed fac esse, nihil superest, libidines totum disipa-
uerunt. An in iure ciuili? est paternum. sed dices te cum
ædes uenderes, ne in rutis quidem & cæsis solum tibi pa-
ternum reliquisse. Prouerbialiter à Crasso dictum est in
hominis nequitia, qui adeo effusus fuit paternis bonis ad-
dicendis & dissolutus, ut nihil cauerit sibi in rutis saltem
& cæsis recipiendis, in quibus ut ex illis uerbis Ciceronis
apparet, maiorum memoria conseruari solebat. Crassus
enim cum Brutorum gentis imagines in funere anis cuius-
dam ferrentur, quæ ex familia Brutorum erat (ut moris
fuit antiquis) scommatis occasione arrepta ita ad Brutum
in foro inquit, unde pompa funeris uideri poterat, Tu lu-
cem aspiciere audes? tu hos intueri? tu illam mortuam: tu
imagines ipsas non perhorrescis? quibus non modò imi-
tandis, sed ne collocandis quidem locum tibi ullum reli-
quisti? Plinius lib. x x x v. de ijs loquens, Alie, inquit,
in foribus & circa limina animorum ingentium imagi-
nes

nes erant, affixis hostium spolijs, quæ nec emptori refrin-
gere liceret, quæ etiam dominus mutatis domus ornamen-
ta erant. In rutis igitur & cæsis huiusmodi imagines &
stemmata familiarium erant. Neq; uerò Mutius in titu-
lo, De uerborum significatione, rutorum cæsorum signi-
ficationem tam arctè complexus est, quàm hic Vlpianus
fecit: In rutis, inquit, & cæsis ea sunt quæ terra non tenen-
tur, quæq; opere struclili tectorio ue non continentur.
Secundum quæ uerba opus intestinum in rutis & cæsis
continetur: quod cum ex dicto loco Ciceronis in Topi-
cis intelligitur, tum uerò ex ijs quæ s. superiore de plu-
teis dicuntur. Est autem opus intestinum, instrumentum
domus, ut scamna, sedes, grabati, abaci, subsellia, fulcra,
plutei, armaria, scrinia, foruli, loculamenta, mensæ, tri-
podes, monopodes uel potius monopodia, dorsualia quæ
igni opponuntur cum accumbimus, repagula, & clau-
stra lignea, & omnia denique quæ materia constant. Vi-
truius libro 11. de abiete loquens, Ima autem cum ex-
cisa quadrifluis disparatur, eiecto torulo ex eadem ar-
bore ad intestina opera comparatur. Idem libro v. 1. de ca-
uedijs disfluuiatis loquens, Itaque redundantes canales re-
stagnant, & intestinum & parietes in eis generibus ad-
ficiorum corrumpunt. Vbi intestinum pro fenestris po-
suit. Et rursus alibi, Habent autem hæ domus uestibula
egregia, & ianuas proprias cū dignitate, porticusq; pe-
ristylorum albarijs & tectorijs, & ex intestino opere
lacunarijs ornatas. Materiaria autem incrustatio, quam
lambritium dicunt, tectorij uicem implet. Coaxatio enim
quæ & coassatio dicitur, tabulis id genus cōserta est, qui-
bus cuppe & lacus conficiuntur. Asses enim quæ & axes
dicuntur, tabulæ sunt scæiles non absimiles scandulis,
quibus

Opus intestinū

Incrustatio ma-
teriaria.
Coaxatio &
coassatio.
Asses & axes
& assamenta.

- quibus tecta tegularum uice in quibusdam locis teguntur.
- Σαυδομασία.** Plinius assamenta etiā appellat lib. x v i. ut Graeci σαυδομασία. Coaxatione antiqui ad intertignia utebantur, quod nuper in usum redijt. Lignea uerò incrustatio tympanis & orthostatis compacta est, panella & mordesiās à mordendo appellant artifices, & tenones quasi tenaces. Axes ij sunt excauati cardinatiq; , quibus tympana undique ambiuntur & continentur. Arrectaria etiam transfuersariaq; ingamenta dicuntur. Cardio summa pars est ingamenti quod in cauum inditur. Contabulatio generale nomen est. Asseres ab assibus differunt. Sunt enim asseres oblongi, triontali circiter materia, latitudine serè ac crassitudine æquales, uulgo membraturæ dicuntur.

Ex eadem lege.

- Castellum.** Castella plumbea putea opercula puteorū epitonea.) Lego castella plumbea putealia, id est, opercula puteorū, epistomia, ut forsasse hæc uerba, id est, opercula puteorū, sint ex margine in textum addita. Castella in aquæductibus duplicem usum præbent. Sunt enim castella cõceptacula quædam laxiora certis spatijis emodulata, ex quibus aqua per fistulas in uaria loca distribuitur, id est, in uillas & prætoria nobilium indultu principali, ut docet Frontinus in libro de Aquæductibus. Vitruuius lib. v i i i. Ductus aquæ sunt generibus tribus, riuis per canales struiles, aut fistulis plumbeis, seu tabulis fictilibus, quorum hæ rationes sunt: Si canalibus, ut structura fiat quàm solidissima, solumq; riuu libramenta habeat fistigata ne minus in centenos pedes semipede. Et q; structura conformentur, ut minime sol aquam tãgat: cumq; uenerit ad moenia, efficiatur castellum, & castello coniunctum ad recipiendum aquam triplex immissarium. Collocenturq; in castello

castello tres fistulæ æqualiter diuisæ in tria receptacula coniuncta, uti cum abundauerit, ab extremis in medium receptaculum redundet. Ita in medio ponentur fistulæ in omnes lacus & salientes, in altero in balneas quæ uectigal quotannis populo præstet. Ex quibus tertio in domos priuatas ita ne desit in publico. Immissaria Vitruuius & receptacula pro iisdem accipit. Lacus autem pro ijs conceptaculis aquæ in quibus mulieres lintea abluabant, Canales struiles semiruti hodie Romæ uisuntur. Tabulis & fistulis Gallia utitur. Castellorum altera est utilitas, quod aqua per canalium aut tubulorum angustias magno spiritus impetu elisa, cum in castellorum laxitatem incidit, impetum illum à spiritu elidente per angustias conceptum amittit, qui alioquin aquæductibus propter rapiditatem noxius esse posset. Propterea crebra in aquæductibus erant castella certis spatijis astructa. Vlpianus autem hic de priuatis castellis intellexit, hoc est, de quibusdam conceptaculis atq; immissarijs aquæ uel tubis deriuatæ, uel haustæ machinis, quæ cum usus uenit per emissarium, uel per salientes emittitur ad eum locum quo emitti opus est. Vitruui. libr. x. de organis haustorijs loquens, Cum autem altius extollendum erit, eadem ratio communiabitur sic. Rota fiet circum axem ea magnitudine, ut ad latitudinem quæ opus fuerit conuenire possit. circum extremum latus rotæ, figentur modioli quadrati, pice & cera solidati. Ita cum rota à calcantibus uersabitur, modioli pleni ad summum elati, rursus ad imum reuertentes infundent in castellum ipsi per se quod extulerint. Idem de æsibica machina loquens, Ita ex interiore loco castello collocato ad salendum aqua subministratur. Epistomion eramentum est quo ora salientium obturantur

P & lax

Epistomion.

et laxantur cum opus est, dum manu dicitur uertibulum illud pertusum, quod admittit uel arceat aquam, prout hoc aut illo modo uersatur. Epistomion enim Graecum est quasi oris obturaculum dicas. Hoc ad hauriendum ad quod tidianu usum uinu in hypogeis utimur, fonte appellantes. Vitruuius libro x, de hydraulicis organis loquens, singulis autem canalibus singula epistomia inclusa sunt, manubrijs ferreis collocata, quae manibus cum torquentur, ex arca patefaciunt nares in canales. Idem, Motione uero uelium uehementiore spiritus uehemens compressus epistomiorum aperturis insuit, et replet animalia canales. Epistomion accepit pro eo obturaculo quod in muscis organis spiritu continet et laxat ut opus est. Vbi que tamen apud eum epithomion corrupte legitur. Varro li. iii. de Re rust. Epistomij, inquit, uersis ad unum quibus actum sic ut insuat in conuiuium. Epistomizo uerbu conuincit et suffreno significat. Unde epistomion dictum, quia ori uasis pertusi opponitur, ut fluentem liquorem cohibeat, et rursus transmittat cum opus est. Fistulae porro applumbatae sunt quae eliquato plumbo in lapidum canis ferruminatae sunt, quae interdum extra parietes prominent, interdum introrsus latent eminente tantum mammae area, quae Mastos uerbo Graeco dicitur, cuiusmodi passim uisuntur Parisijs. Ferre enim mastis erumpunt non epistomij, cum perenniter fluant. Sigilla parua sunt signa, id est, simulacra in suis ediculis collocata quasi parietum honestamenta. Iuuenalis, Si quis in edicula Deus uicui. Vel etiam simulacra columnarum ab acis insidentia.

Ex l. Si uenditor, eodem titulo.

Si de plumbeo castello fistula sub terram missa aquam duceret in equum lateribus circumstructum. Legendum est in

est in specu, licet Accursio aliter uisum sit. Specus enim inter opera aquariorum numerantur. Frontinus de Aqueductibus, Quicumque post hanc legem rogata, riuos, specus, fornices, fistulas, castella, lacus aquarum publicarum, quae ad urbem ducuntur, forauerit, ruperit, et reliqua. Idem, Placere circa riuos qui sub terra essent et specus citra urbem et extra urbem ad continentia aedificia, utraque ex parte quinos pedes uacuos relinqui.

Ex l. Creditor, in fine, eodem titulo.

Ante domum mari iunctam molibus pyrâ constituit. Legendum pilam. Pila lapideae in aedificijs sunt columnae strucliles, aut struclurae ex lapide caeso, quasi quaedam aedificiorum femora, quibus mutili (quos coruos uocant) incumbentes trabes et epistylia sustinet, de quibus alibi diximus. Pila etiam opera sunt informia quae in aqua construuntur, cuiusmodi magnifica Genuae uisitur. molem uulgo appellant. Earum usus est ad tuendas a fluctibus naues intra portus et naualia. De quarum constructione Vitruuius lib. v. sic inquit, Deinde super eam exaequationem pilam, quam magna constituta fuerit, ibi struatur, eaque cum erit extructa, relinquatur ne minus duos menses ut siccescat. Tunc autem succidatur margo quae sustinet arenam, ita arena fluctibus subruta efficiet in mari pilae praecipitationem. Huiusmodi pilam Ver. li. x. describit his uerbis,

Qualis in Euboico Bataurum littore quoddam Saxeae pila cadit, magnis quam molibus ante Constructam ponto iaciunt; sic illa ruinam Prona trahit, penitusque uadis illisa recumbit.

Huiusmodi autem fiebat ex puluere Puteolano qui in aqua lapidescit. Fiunt et alia ratione intra aquam circumdatis tubulationibus, quas arcae Vitruuius appellat ab arcedis

Epistomizo.

Fistulae applumbatae.

Mastos.

Sigilla.

Pila.

Mutuli.

Suscudes.
Securicla.
Securiclatus.

aquis ab opere. Alij aquaria septa uocant. Nostrates fabri & struiores bastardellos dicunt. cuiusmodi dudum in ponte Parisiensi uidimus suscudatis lignis ad perpendicularum de partibus, ne aqua per rimas erumpere posset. Sunt autem suscudes, subcudesq; lignea retinacula quae etiam securiclae à forma dicuntur quasi securiculae, quibus duo tigna tenacissima inter se uinciuntur, unde securiclati cardines apud Vitruuium lib. x. licet uulgò securidati legatur nostri (ut arbitror) hirundinũ caudas appellat. Cato Subcudes iligneas adindito: eas ubi confixeris, claus corneis occludito. Apud Augustinum lib. xv. de Civitate, suscudines legitur. Vitruuius lib. x. cap. v. de tympano ad molendam farinam loquens, Secundum id tympanum maius, item dentatum planum est collocatum, quo continetur axis habens in capite summo subcudem ferream quo mola cõtinetur. Quod Vitruuius subcudem hic appellat, nostri ferrum molendini appellat, ex quo forma subcudis intelligi potest. In codicibus tamẽ impressis locus ille mutilatus est. Desunt enim decem uerba à uerbo priore continetur, usq; ad alterum idem uerbum.

Ex l. penultima. eiusdem tituli.

Putat enim eum fuisse seruum qui per catadromum descendere, aut in cloacam demitti solitus esset.) Catadromus de quo miranda cecinit, id est, uaticinatus est Accursius, Latine decursorium ad uerbum transferri potest. Dromos enim cursum significat, Tranquillus in Nerone, Nobilissimus eques Romanus elephanto supersedens per catadromon decucurrit. Id est, per stadium in quo equites decurrere solebat imaginario praelio, ut fit saepe in Gallia Principe spectante: licias uocant. Nonnulli catadromum & hippodromum pro eodẽ accipiunt. Est autẽ hippodromus

mus equorum curriculum, in quo de pernicitate certatur cura simulacrum pugnae. Neutra autem significatio hic comenit. Quid enim simile catadromo cum cloaca? aut quid seruo cum decursione eque stri? Propterea suspicor locum hunc madosum esse. Decurrere autẽ quid sit, unde decursorium dictum, docet Liuius lib. x. de bello Macedonico his uerbis, Mos erat lustrationis sacro pacto decurrere exercitum, & diuisas bifariam acies cõcurrere ad simulacrum pugnae. Regij iuuenes duces ei certamini iudicio dati. Gellius li. v. 11. Ut in decursibus, inquit, iudicris aut simulacris praeliorum fieri uidemus. Vergil. de Palantis funere loquens in unaecimo,

Ter circum accensos cõstitit fulgentibus armis
Decurrere rogos, ter moestum funeris ignem
Lustrauere in equis.

Et caelo clamorq; uirum clangorq; tubarum.

Huiusmodi autẽ decursione equites Romanos uti solitos ex Traquillo apparet in Nerone, Deductus, inquit, in forum tyro populo congiarium, militi donatiuum propositum in dicta decursione. Torneamenta edicere, hodie appellant, aut etiam ludicere.

Ex l. Videamus, in titulo, Locati.

Inter conductorem & locatorem conuenerat, ne in uilla urbana foenum cõponeretur.) Quid sit uilla urbana, non omnes, credo, Accursius scire uoluit, quum de hoc nihil dixerit. A aliquo igitur antiquorum id requirẽdum. Is erit Varro, qui libro i. de re Rusti. sic inquit, temporum suorum luxuriant taxas, Fructuosior certe fundus est propter aedificia; si potius ad antiquorum diligentiam, quam ad horum luxuriam dirigas aedificationẽ. Illi enim ad fructuum rationẽ faciebant, hi ad libidines indonatas.

Decurrere:
Decursorium.

Villa urbana;

Itaq; illorum uillæ rusticæ erant maiores, quàm urbanæ, quæ nunc sunt pleræq;. Idem paulò post, Item cætera ut essent in uilla huiusmodi, quæ cultum quærent, prouidebant: nunc contrâ, uillam urbanâ quam maximam, ac jolitiissimam habeant, dant operam, ac cum Metelli ac Liculli uillis pessimo exëplo edificatis certat. V illam urbanam Palladius prætorium appellat his uerbis, ipsius etiâ prætorij situs sit loco aliquatenus erectiore & sicciore, quàm cætera propter iniuriam fundamentorum, & ut leto fruatur aspectu. Tranquillus in Augusto, Ampla & operosa prætoria grauebatur. Id est, uniuo animo ferebat Augustus uillas quasdam elegantius & sumptuosius extructas, & in Calig. in extructionibus uillarû & prætoriorum omni ratione posthabita, nihil tam efficere cupiebat, quàm quod effici posse negaretur. Vlpianus etiâ alibi prætorium, quod hic uillam urbanam, appellauit his uerbis, Plenum autem usum habere debet, si & uille et prætorij ei relicta est. Villa rustica est ea pars uille, quâ uillicus colonus, uel uinitor, uel arborator habitanda sibi obtinet, & familie uillaticæ, atq; instrumëto omni rustico condendo, aut continendo. Villa urbana, quæ & prætorium dicitur, ea pars est quâ dominus sibi recepit, quæ quia elegantius amœniusq; edificari solet & instrui, idèo urbana uocatur, quasi urbani nitore & elegantia plus habes, quâ rustica. Propterea Vitruuius huiusmodi ædificia pseudourbana appellat, sic enim inquit lib. v. I. Earum autem rerum non solum erunt in urbe ædificiorum rationes, sed etiam ruri, præterquàm quod in urbe, atria proxima ianuis solent esse, ruri in pseudourbanis statim peristylia. Columella uillâ tripertito distribuit, partem unam urbanâ, rusticam alteram, & tertiam fructuariam

appel

appellans. In proposito igitur nihil mirum dominum uillam sibi urbanam recepisse in locatione fundi, ne fecnilis usum colono præberet.

Ex l. seq. Item quæritur si cisiarius.

Cisium uehiculi genus est biroti, ut inquit Nonius. Cisiaria. M. Tull. in ii. Philipp. Cum hora diei decima ferè ad Saxa rubra uenisset, delituit in quadam cauponula, atq; ibi se occultans perpotaui ad uesperum. Inde cisio celeriter ad urbem aduectus domû uenit capite inuoluto. Ita enim locum illum legunt Nonius & Gellius, licet corruptè cassis in impressis libris legatur. Hoc autem uerbo utitur Plin. li. xxviii. Multa sunt autem nomina uehiculorum, ut carrum qui & carrus dicitur, plaustrum, carpentum, & sarracum, quod uehendis marmoribus, & grandi materie accommodatum est apud Vitruu. & Iuuen. Longa corruscat Sarraco ueniente abies. Supradicta igitur uocabula sunt onerariorum uehiculorum. Gestatoria uerò sunt carruca, cisium, effedum, rheda, petorritum, & staticulum. Cic. in eadem Phil. Vehabatur in effedo Tribuni plebis, lictores laureati antecedeabant, inter quos aperta lestica mimæ portabatur. sequebatur rheda cum lenonibus, comites nequissimi. Plin. lib. xxxiii. Argentum incoquere simili modo cœpere, equorû maximè ornamentis, iumentorumq; iugis. Cœpere inde effeda, & uehicula, & petorrita exornari, similiq; modo ad aurea quoq; & argentea staticula luxuria peruenit. quæq; in scyphis cerni prodigium erat, hæc in uehiculis atteri cultus uocatur. Hactenus Plin. Ex cuius uerbis apparet multum olim usum gestatoriorû fuisse etiam uiris. Vidi certè nuper gestatorium currum Præfecti prætorio in quodam lib. pictû quadrivotum, aratum, aut inauratum magnifica specie;

P * extant

Vehicula oneraria:

Vehicula gestatoria:

- extante in eo sella curuli. Lampridius in Alexandro, Car-
 rucas Romæ & rhedas Senatoribus omnibus, ut argenti-
 tas haberet, permisit; interesse Romane dignitatis putas,
 ut ijs tantæ urbis senatores uterentur. Erant & sacra ue-
 hicula, quæ Thensæ uocantur, autoribus Seruio & Festo.
 Tranquillus in Cas. Ampliora etiam humano sibi de-
 cerni sibi passus est, sedem auream in curia, & pro tribu-
 nali, thensam & ferculum Circensi pompa. Ferculi au-
 tem pompa traducebatur, & deorū simulacra gestaban-
 tur. Idem in eodem, Pontico triumpho inter pompæ fercu-
 la trium uerborum prætulit titulum. Cur autem sic uoca-
 retur, diuus Augustinus lib. 11. De ciuitate Dei docet. Sic
 hodie uocari possunt gestatoriola, quibus Eucharistia, et
 sanctorum reliquiæ in supplicationibus circumferuntur. Pi-
 lenta muliebria erant uectabula, quibus matrone gestaban-
 tur, autore Festo; quibus tamen solis castis uti licebat, ut
 inquit Seruius. Vergilius in VI. Castæ ducebant sacra
 per urbem Pilentis matres in mollibus: id est, pensilibus.
 Sunt autem pensilia gestatoria, quos tremulos currus uo-
 camus. Bigæ, trigæ, quadrigæ, ad curule certamen, & sa-
 cra certamina pertinet. His enim uerbis non tam uehiculū,
 quam equi biuges, trijuges, quadrijuges significantur.
- Ex I. Ex conducto. §. primo.**
- Calamitas.** Si uis tempestatis calamitose contigerit. Calamitatem
 (inquit Donatus) proprie grandinem rusticū dicit, quod
 calamum, hoc est, culmum, ac segetem comminuat. Plinius
 lib. xviii. naturalis hist. Oracum ex omni frumento mi-
 nimè calamitosum, quia tollitur antequam triticum occu-
 pet rubigo. Vnde Cice. metaphoricòs in Ver. actione 11.
 ita inquit, Eademq; ui & iniuria cum pecunias maximas
 cogeres, per omnes partes prouinciæ te tanquam ali-

quam

quam calamitosam tempestatem, pestemq; peruasisse de-
 monstro. Idem alibi de eodem, Quacumq; iter fecit, eius-
 modi fuit, ut non Legatus pop. Rom. sed ut quaedam cala-
 mitas peruadere uideretur. Non potuit Cicero significan-
 tius Verris Prætoris furta ac rapinas & iniurias expri-
 mere. Quo uerbo uocari potest nostro tempore militum
 improbitas pagatim grassantium, qui quacumque iter fa-
 ciunt, impotentissima petulantia uestigia ad finem anni
 uertētis impressa relinquere soliti sunt, usque ad eò omnia
 diuexata, omnia exhaurta, omnia disiecta, quasiq; grādi-
 ne, ac procella proculcata, obrutaq; digressis illis uisun-
 tur, simul ignorante Principe, simul ijs quos editiore lo-
 co positos hic turbo percellere non potest, nihil ad se at-
 tinere eam calamitatem interpretantibus. Quis enim (si
 ad normam ueritatis loqui uolumus) publica uice commo-
 ueri, aut certe permoueri in huiusmodi rebus uisus est, eo-
 rum quidem qui populo apud Principem adesse & de-
 bent, & possunt? Noui unum & alterum eorum, qui sum-
 marū rerum actui aliquando præfeci fuerunt, quos com-
 pertum habeo difficilimè plebis temporibus, cum ad eos
 huiusmodi calamitates deferrentur (Sunt enim quocumq;
 tempore uiri boni, qui uicem miserorum non dolere ne-
 queunt) cumq; his alijsq; per multis ærumnis iam iam ces-
 sura plebis inopia diceretur, ad Principemq; & sanctius
 principis consilium referri de hac re debere primo quoq;
 tempore: hæcenus uice publica commotos esse, ut respon-
 derent, non sibi id negotium esse, ut afflictæ plebeculæ il-
 lachrymando, periculum non quidem sibi metipsis, sed
 fortunæ suis creatum irent, & tanquam popularibus æ-
 rumnis piacularem fortunam suam subderet, publica ca-
 lamitatis succidancam, sic enim loqui solent, bellissimum
 esse

In eos qui uicem calamitose plebis non dolent.

P 3

esse putantes, improbius quàm facetiùs dictum risu etiam prosequi. At enim huiusmodi nuntij, nec Principibus festini sunt, & in nonnullorum aliquando potentium offensionem incurrunt. Ita ne uerò tauris ipsi à natura datum esse fatebuntur, ut pro uitulis imbelliq; armèto summa uis, summoq; discrimine cum leonibus, dimicent: ad se autem præter naturalem hominum inter homines commendationem, etiam in magistratibus aut honoribus positos, popularia incommoda pertinere negabunt? primos honores ipsi gerant, coli se à populo supra modum quoq; uelint? stipendia immensa, & (quod indignitatem auget) collatione plebeculæ corrasa mereant, & calamitosa plebis querelæ nihil ad se pertinere dicent? Videant queso rectum he sit, aut num id tueri citra grauem animæ noxam possint. Verum illi fortasse plus uiderunt. Vt enim in membris & partibus corporis humani aliqua sibi tantum quodammodo nata esse uidentur, ut aures & oculi, alia cæteris membris subseruire, suumq; munus obire aliorum causa nata sunt, ut crura, ut manus, ut pedes: sic aures & oculi Reipublicæ, id est, hi quos primos ordines in administrandis rebus ducere Princeps uoluit, more hominum sepe faciunt, ut sibi suisq; consulere in communibus rebus agendis, id est, publicis, satis habeant: reliquos omnes uectores, qui procul gubernaculis agunt, & plebeculam præfertim quæ ad scalmum interdum noxiuq; adherescere cogitur, & remis incumbere, tanquam a sinum ad elicellæ, sic ad inopiam & arumnas natos esse censeant: ut clauum tenentibus ipsis, & omnibus felicibus seriatim esse liceat, atq; etiam si dijs placet, laboribus arumnosorum frui. Quasi uerò non eadem naui, id est, eodem periculo tempestatum, & gubernatores, & remiges, & ueloci-

res, pro huius uitæ uarios euentus, quasi per fretum aliquod undabundum, transmittantur. Aut quasi remigio assiduo otiose etiam, ac placide uelificari possint. At qui isti, ut uideatur, cum ad summa honorum fastigia cœserunt rem ita inter se componunt, ut inuicem Plautinum illud dicant, Si tu proreta huic naui es, ego gubernator ero: atq; ita distributis sibi suisq; primis quibusq; numerib⁹, summis inter se (quasi ad populares & oppidanos homines loquentes) dicere solent, Nunquam sic cura deorum se premit, ut uestræ morti, uestræq; saluti Fata uacent, procerum motus hæc cuncta sequuntur, Humanum paucis uiuit genus. Deos autem more nostro nunc appello (ut antea diximus) quos immodica potentia uiuos, uiuentesq; inter diuos retulit, in quorum manibus tanquam in cardinibus summa rei Gallicæ uertitur. Qui tandiu in cælo esse solent (ut Ciceronis uerbo utar hic appositisimo) id est, omnium ore celebrari, ac nominis sui fama, sora ac conciliabula, omnesq; conuentus, circulosq; implere, quandiu fortuna collibuit. Quorum diuinitas toto hoc imperio quamlibet latè patet ipsum, locis omnibus, omnibusq; horis, omnium uocibus inuocatur, nominatur, agitur, laudatur, arguitur, & interdum cum cœuicijs colitur. Volubilis tamè & cæca existimata, uaga, inconstans, incerta, uaria, indignorumq; fauatrix, desultoria celeritate subinde in alium, aliumq; transiens. Cui omnia expensa, omnia feruntur accepta, & quæ in nostrorum hominum ratione sola utranque paginam facit, ut inquit ille. Vt enim quicquid publicè priuatimq; rectè secus ue cesserit, ita bene eos, aut malè audire ilico necesse est. Quibusdam uerò eorum in ista beatitudine tanta humanitatis obrepit

In cælo esse.

obliuio (quasi ad lethæas aquas biberint) ut se uelut oneros omni lege solutos, omnis ærumnæ ac laboris inuicines esse, nimia fortunæ indulgentia cæci interpretentur, nec populariū calamitatibus ueluti iniquis a fellorum exitellis condoleant. In quo tamen longe uulgi falli uideatur homines ambitiosissimi. Amplissimū est enim hominum uiribus, aut corporis, aut animi præuolenti; aut etiam opibus, quā plurimos homines inuisse; Deus est mortalium re mortalem (inquit Plin.) & hæc ad æternā gloria uita, & Herculem, Liberum, Aesculapium, Castorē & Pollucem in cælum (ut inquit M. Tullius lib. 11. de Legib.) meritis uocauerunt. Quod quomodo intelligi debeat, ex uerbis eius colligi potest lib. 11. de Natur. Deor. Atqui (inquit) in plerisq; ciuitatibus intelligi potest augendæ uirtutis gratia, quo libentius Reipublicæ causa periculū adiret optimus quisq; uirorum fortium memoriam honore Deorum immortalium consecratam. A quo etiam mutatus ex professo Lactantius libro 1. Institut. ita inquit, Suscepit autem uita hominum, consuetudoq; commune, ut beneficijs excellentes uiros in cælum fama, ac uoluntate tollerent. Hinc Hercules, hinc Castor, hinc Pollux, hinc Aesculap. hinc Liber. Et rursus, In plerisq; autē ciuitatibus intelligi potest acuedæ uirtutis gratia, aut quo libentius Reipublicæ causa periculum adiret optimus quisque, uirorum fortium memoriam honore deorum immortalium cōsecratam. Sed hoc nimirum est illud. Quæ admodum membrorum, id est, partium corporis aliandentur propter usum a natura esse data, ut manus, ut pedes, ut ea quæ sunt intus in corpore: alia nullam ob utilitatem, sed quasi ad ornatum, ut cauda pavoni, pennæ uersicolores columbis, uiris mammæ et barba: sic eorum qui

ad

ad primos magistratus uocantur, quasi ad unum corpus Reipub. administrandum, quidam rebus egregiè gestis perficiunt, ut non sibi nati esse, sed omnibus uideantur: quibus morte extinctis gloria perpetua succedit, quidam fœcordia tanta præditi sunt, ut nō magistratus gerere, sed magistratum personā induisse uideatur, ut Reipublicæ suarum interim partium si minus ratio, at numerus certè constet. Sed fuisse nobis huiusmodi homines speramus Reipublicæ præfectos, ut alibi dictum est. Omnia iam nobis meliora non modò fore, sed etiam esse spondimus. Et alioquin hoc Principe iandiu in portu nauigare uidemur. Qui cum ad semiernem huius Reipublicæ nauem, atque in alto luxus, & incuriæ publicæ fluitantē nauarchus accessisset, in multos eam tumultus ingruentium, instantiumq; bellorum iamiam incursum, sacra quadam anchora frugalitatis haud dubiè stabiliiuit. Ut ad rem redeamus: Terentius in Eunucho, Sed eccā ipsa egreditur nostri fundi calamitas. Propterea factū ut calamitas pro dispendio & sterilitate accipiatur. Cicero pro lege Manilia. Nam in ceteris rebus cum uenit calamitas, tum detrimentum accipitur. At in uectigalibus non solum aduentus mali, sed etiam metus ipse affert calamitatem. Calamitosus ærummosus est, malis calamitatibusq; prægrauatus inquit Nonius. Cicero in Diuinatione, Honoris amplissimū esse puto, & accusare improbos & miseros, calamitososq; defendere. Inde calamitosus ager Catoni, & calamitosum periculosumq; cælum. Calamitas etiam in ludis scenicis dicebatur, cum sâbula exigebatur. ut in prologo Hecyræ, à Græcis τράισμα dicitur, cum alioqui calamitas λήμα et οἰκοδόμηα dicatur, et ἐπιταρσις. Vlpian. igitur omnis antiquitatis peritissimus ut hic, sic ubiq; serē

Calamitosus.

Calamitas.

sermonis proprietatem seruauit. His enim uerbis talem procellam significauit, quae segetes frugesq; procellere solet, qualem Vergilius i. Georgicorum describit,

Omnia uentorum concurrere praelia uidi,

Quae grauidam late segetem ab radicibus imis

Sublimè expulsam eruerent, & reliqua. Hæc $\chi\alpha\lambda\alpha\sigma\iota\varsigma$

notia à Græcis dicitur, id est, grando procellosa. Cete-

Sturnus. rum sturnus, cuius hic Vlpianus meminit, auis est maculo-
Pfarus. sa, quae Græcè Pfarus dicitur, magnitudine merula, ut inquit Aristoteles, gregatim uolās ut passer. Sturnellus uulgò dicitur. Auis est docilis, ut turdus, & galerita, & monedula, et reliquæ humanæ uocis imitatrix. Graculus.

Graculus. lus, genus est monedulae, coracias ab Aristotele dicitur à coruina nigritie, rostro tamen rutilo, docilis etiam, & facile mansuescens. Huiusmodi uidentur ad uiuarium Vincenarium innumerae, rostro serè migrante. Et sturni & monedule aues sunt gregariae quotannis migrantes, remigrantesq; nonnunquam tanta ut earum ingruente, ut frugibus & uitibus late depopulatis sterilitatem afferant.

Ex eodem. §.

Rauca. Si raucis aut herbis segetes corrupta sint. Rauca uermis est, cuius Plinius in uitijis segetum non meminit, sed in xvi. de cultura talearū loquens: Olea, inquit, ubi quercus effossa sit, malè ponitur: quoniam uermes qui rauca uocantur, in radice quercus nascuntur, & transeunt. Idem in xviii. Nascuntur & uermiculi in radice, cum semen tem imbribus secutis incluserit repentinus calor humore. Gignuntur & in grano cum spice in pluuijs calor inferuescit. De herbis autem noxijs idem ita inquit, Nam lolium & tribulum & carduum lappamq; non minus quam rubum, inter frugū morbos, potius quam inter ipsius terræ pestem

pestem numerauerim. Lolium herba est, quæ Græcè $\epsilon\rho\alpha$ Lolium. dicitur, de qua idem alibi. Triticum enecat $\epsilon\rho\alpha$, ordeum $\epsilon\rho\alpha$. Acra. $\epsilon\rho\alpha$ sicca, quæ agilops dicitur, lentem herba securidaca. Et hæc quidem complexu necant. Aeræ granum minimum est in cortice aculeato, quod cum est in pane, celerrimè uertiginos facit. herba uulgò nota est, hibræia à nostris dicta. Aegilopem Vergilius Latine auenam appellauit in hoc uersu, Infelix lolium & steriles dominantur auenæ. Plin. primam omnium, inquit, frumenti uitium auena est, & ordeum in eam degenerat, sicut ipsa frumenti fit instar. Quippe cum Germania populi edant eam, neq; alia pulte uiuant. Runcatio contra inutiles huiusmodi, aut etiam noxias herbas inuenta est. Vnde runcare uerbum, quod Græcè $\beta\omicron\gamma\alpha\lambda\iota\varsigma$ dicitur, id est, herbas noxas uellere, & runcatio botanistis. Plin. lib. xvi. Postea pauci runcant, quod botanistis mon uocant. Idem, Runcatio cum seges in articulo est, euulsis inutilibus herbis frugum radicem nudiat, segetemq; discernit à cespite. Et rursus, Faba runcari non gestit, quoniam euincit herbas, $\omega\omicron\sigma\mu\omicron\delta\iota\varsigma$ à Theophrasto dicitur. Sarritio quæ à Græcis $\sigma\alpha\alpha\lambda\iota\varsigma$ dicitur (ut sarrire $\sigma\alpha\alpha\lambda\iota\varsigma$) sarculo perficitur. Vnde etiã Sarrucatio dicitur, de qua idem Plinius, Sarrucatio induratum hyberno rigore soli tristitiam laxat teporibus uernis, nouosq;soles admittit. Qui sarriet, caueat ne frumenti radices suffodiat. Triticum, ordeum, semen, fabam bis sarrire melius.

Ex eodem.

Sed & si labes facta sit, omnemq; fructum tulerit, damnū coloni nō esse. Et paulò post, Sed et si uredo fructū oliuæ corruerit. Labes hoc in loco pro ruina et agri confidentia accipi potest, quæ Græcè $\sigma\omega\lambda\iota\varsigma$ dicitur. Labes enim

enim à lapsu dicitur, ut inquit Seruius in illum Vergilij locum, Hinc mihi prima mali labes. Est autem labes agri, cum ager repète terræ motu, aut quavis alia ratione subsidet in uastam uoraginem, quæ Græcè chasma dicitur, id est, hiatus terræ. quo uerbo Vlpianus usus est supra, De periculo & commodo rei uenditæ. Vnde chasmaticus terræ motus dicitur, cum mouente terra huiusmodi hiatus existunt. Plin. lib. 11. de terræ motu loquens, Hiatus uerò alias remanet ostendens quæ sorbuit, alias occultat ore compresso, rursusq; ita inducitur solo, ut nulla uestigia extant, urbibus plerūq; deuoratis, agrorumq; tractu hausto. Aristoteles chasmatiam appellat in libro De mundo, τὰ πρὸς αἰὼν, ὅτι μὴ σιωπῆσαι τοῖς ἄνθρωποις ἐστὶ τὰ νοῦλα, χαοματῖα λέγουται, Terremotuum, inquit, hi qui soli confidentias in cauernas faciunt, chasmatie dicuntur. Lucae xvi. inualuit erratum, ut chaos pro chasmate legatur, his uerbis, Et in omnibus inter nos & uos chaos magnum firmatum est. ubi Græcè χάσμα μέγα ἐξήρηται, id est, chasma magnum firmatum est, legitur. Est enim error librariorum, aut eorum, qui locum emendare se putauerunt, non interpretis. Cuiusmodi alia inoleuerunt in iisdē libris. simile est Ecclesiastici ca. vii. Noli amare mendacium aduersus fratrem tuum. ubi interpret scripserat, noli arare, μὴ ἀροτῶναι. Ἐὐδὲ & πᾶσι ἀδικαίῳ σβ. antea enim dixerat, Non semines in sulcis iniustitiæ, & non metes eam septuplum. Sed ridebunt illi, qui euangelia Græca, & totum instrumentum nouum fidei nostræ, id est, Apostolorum & Euangelistarum editionē, nullius autoritatis esse credunt, præiudicio illo utentes, quod hæc nostra traductio ab uniuersa ecclesia occidētis recepta sit. Quasi uerò errata etiam nominatim recepta sint, aut quasi hæc traductio

Chasma.

Chasmaticus terræ motus.

Chasmatie.

Locus emendatus in Luca.

Locus restitutus in libro Ecclesiastico.

siio publico decreto Græcæ origini prælata sit, ab ijs præfertim qui Græcè prorsus nihil sciuerunt, id est, qui post Hieronymum, Ambrosium & Augustinū suerunt. Quod simile est, atq; si traduces ex uite, aut arbore ductas, præstantiores stirpibus ipsis esse contendat unde sint enatæ. Huiusmodi hominum pertinaciam Hieronymus insectari multis in locis solet. nec ab re id fecit. Iniquum est autem & literis incommodum, opinionem secularum aliquot errore cōstanter assertam, facile extorqueri è manibus mordicus retinentium non posse. Cum autē ille liber Sapientia solomonis inscriptus Græcè sit mirè sententiosus, Latine ita corruptus est, ut sæpe absurdi sint sensus & incongrui partim errore interpretis supra modum oscitantis & imperiti; partim emendatorū culpa: ut capite 11. Quoniam fumus afflatus est in naribus nostris, & sermo scintillæ ad commouendum cor nostrum: Οτι καπνὸς ἢ πνοὴ ἐν ῥισῖν ἡμῶν, καὶ ὀλίγη πνοὴ ἐν κινίστῃ καρδίας ἡμῶν, Quoniam fumus, spiratio, uel anima in naribus nostris: & modica scintilla ī motu cordis nostri. Sic enim uerti debuit, nisi interpret præ imperitiā & stupore ingenij ὀλίγη, id est, sermo, pro ὀλίγη, id est, modicus, intellexisset. Quod sequitur: Qui extinctus cinis, erit corpus nostrū. legi debet, quæ extincta, scintilla scilicet. In eodem ca. Quoniam Deus creauit hominē inextremabile, & ad imaginē similitudinis suæ fecit illū, ὅτι ὁ θεὸς ἐποίησεν τὸ ἀθάνατον ἄφθαστον, καὶ ἐκὼνα τῆς ἰδέας ἰδιότητος ἐποίησεν αὐτόν. lego: Quoniam Deus creauit hominē ad naturam non interituram, & effigiē proprietatis suæ fecit illū. Ca. 111. Maledicta creatura eorū, quoniam felix est sterilis: ἡδύνα ἀφ᾽ ἡμεῖς ἀθῶν, Execrabilis eorū genitura, quando beata sterilis non inquinata. Et paulò post: Filij adulterorū cum

In libro Sapientia.

Q consum

consummatione erunt. lego, Liberi adulterorū imperfici erunt, id est, non cōsummati. Error est emendatorū, *Τῶν αμοιχῶν ἀρέτης*. Et in ferius: In die agnitionis allocutionis. lego: In die dijudicationis solamē, uel solatiū, *ἢ ἡμέρας διαγνώσεως παρὰ μὲθιορ*. Cap. 111. circa finem: Et quare minuerit illum dominus. legendū nūmerit: id est, securitate donarit, *ἰσφαλισάτο*. Error est librariorū, aut enarratorum. Cap. v 11. cum multa perpera sint uersa, tum illud in fine absurdissimē de sapientia, Attingit ergo a fine usq; ad finē fortiter, *ἔ* disponit omnia suauiter, *διεπνεῖ ἢ ἀπὸ τῆς ἀφῆς εἰς τῆς ἀφῆς ἀποσῶς, ἢ διουεῖ τὰ πάντα χερῶς*, Perspirat autem ab extremo ad extremū firmiter, *ἔ* adnistrat omnia commodē. Et in cap. sequenti: Doctrina est enim disciplina Dei, et doctrix operū illius, *κῆρυξ γὰρ ἐστὶ τῆς θεοῦ ἰδρυμένης, ἢ ὑπερῆς τῆς ἐργασίας*, Initiatrix est enim scientiæ Dei, *ἔ* inuentrix operum eius. Vbi interpret corruptum exemplar secutus est, *ἔ* per multis in locis. Illud miror in cap. 1. Et hoc quod cōtinet omnia scientiam habet uocis, *ἢ τὸ συνήχον τὰ πάντα γῶσιπ ἔ* *χασοφίας*, Cognitionem habet sapientiæ, uel notitiam: quam sunt huiusmodi multa temere immutata. Appetit autē tempus, cum hæc *ἔ* alia huiusmodi à plerisq; intelligentur, propter literarū Græcarum studium. Sed ut in uiam redeam, est etiā chasma coeleste, cuius meminit Plinius lib. 11. *ἔ* Seruius lib. 1 x. Aeneid. De labe autē Cicero lib. 1. de Diuinatione sic inquit: Delata etiam ad Senatum labe agri Priuernatis, cum ad infinitam altitudinem terra desedisset, Apuliaq; maximis terramotibus cōquassata esset. Quibus portentis magnæ populi Romani, perniciosæq; seditiones demuntiabantur. Verum quoniam uredinis Vlpianus hic meminit, *ἔ* paulo post infra: Agri terram

terramotu corruentis, propterea non labe hic sed tabes *Tabes*. legendum existimo ex Plinio *ἔ* Theophrasto. Plin. lib. decimo septimo, de uitijs *ἔ* morbis arborum loquens: Quædam inquit, temporum cause aut locorum propriè dicuntur morbi, quoniam protinus necant: sicut tabes cum inuaserit arborem aut uredo, uel flatus alicuius regionis propius, ut est in Apulia atabulus, in Eubœa olympias. Sic enim si flauerit citra brumam, exurit frigore arefaciens, ut nullis solibus postea recreari possint. Hoc genere conualles, *ἔ* apposta fluminibus laborant, præcipueq; uitis, olea, ficus. quod cum euenierit, detegitur statim in germinatione. Quæ uerba Plinij ad uerbum ferè ex quarto Theophrasti, de plantis transcripta sunt, qui hanc tabē *ἐκπληξιν τῶν δένδρων* uocat, quasi percussione aut stuporem arborū, cum stirpes arefcunt tabido morbo exuati, eo modo quo homines ægri longa tabe emaciati, deficiūq;. Id tamē quod Plinius ex Theophrasto dicit, exurit frigore arefaciens, ut nullis solibus postea recreari possint, nos ita apud Theophrastū legimus, *ἀπονείει ἢ τὰ δένδρα, καὶ οὐτως αὐτὰ ποιεῖ καὶ ξηρὰ, ὡς ἐστὶ ἀρῶν ἡλῆς καὶ χερῶς πολλῆ γένοιντ' ἀρ. διὸ καὶ καλεῖται καυθμὸρ*. Id est, Exurit autem arbores, eousq; arefaciens, ut ne sol quidem eodem modo multo tempore arida facere possit, quare *ἔ* uredo *Uredo*. uocatur. Qui sensus congruentior uidetur, sed Plinius in tumultuaria lectione aliud exemplar secutus est. Similis uredini est sideratio, que Græcè *σφαιελισμός* dicitur, *ἔ* Latine etiam carbunculatio. Plinius lib. decimo septimo: Sideratio tota è cælo cōstat, quapropter *ἔ* grādo in his *Sideratio*. canis intelligi debet, et carbunculatio, quod pruinarū iniuria euenit. Hæc enim uerno tēpore inuitatis, *ἔ* erūpere *Carbunculatio*. audētibus satis mollibus infidēs adurit latefcetes germinū

oculos, quod in flore carbunculum uocant. Pruiua perniciofior natura, quoniam lapsa praesidet, ac ne aura quidem ulla depellitur, quoniam non fit nisi immoto aere & sereno. Proprium tamen siderationis est sub ortu canis: siccitatum uapor, cum insitae ac nouella arbores moriuntur, praecipue ficus & uites. Idem libro decimo octauo: In hoc temporis interuallo res summa uitium agitur, decretorio uuis sidere illo, quod caniculam appellamus, unde carbunculate dicuntur, ut quodam uredinis carbone exustae. Non comparatur huic malo grandinis procellae, nec quaequam annonae intulere caritatem: agrorum quippe mala sunt. carbunculus autem regionum late patetium. Haecenus Plinius. Columella libro quarto: Sed ea tamen praecipua est, si nec nimis celeriter frondet: & primo quoque tempore deflorescit, nec nimis tarde marescit, quin etiam pruinas, & caliginem, & carbunculum facile propulsat. Huc autem pertinet, quod dicitur in lege, Si merces. §. Vis maior. infra hoc eodem titulo, Vis maior, quam Graeci appellant, non debet conductori damnosa esse. Quo in loco libenter quaesierim ab Accursianis Iurisperitis, qui per uim maiorem Iurisconsultus Caius intelligi uoluerit. Haecenus, inquit, dic ipse. Agedum audiant Plinium libro decimo octauo, de sterilitatum causis loquentem his uerbis. Ante omnia autem duo genera caelestis iniuriae meminisse debemus, unum quod tepestates uocamus, in quibus grandines, procellae, caeteraque similia intelliguntur, quae cum acciderunt, uis maior appellatur. Haec ab horridis sideribus exeunt, ueluti arcturo, orione, hœdis. Alia sunt quae silente caelo, serenisque noctibus fiunt, nullo sentiente nisi cum facta sunt. Publica haec & magna differentiae a prioribus, alijs rubiginem, alijs uredinem, alijs carbunculum appellan-

Horrida sidera

lantibus, omnibus uero sterilitate. Ex his uerbis apparet uim maiorem esse, quam Vlpianus supra calamitosam tempestatem uocauit. Columella libro primo: Nam ubi sedulo colitur ager, plerumque compendium: nunquam nisi, si caeli maior uis, aut praedonis incescit, detrimentum affert. Quo modo autem Caius Graecae appellauerit, ex antiquis exemplaribus conijcere non potui, nisi quod thian in secundo uerbo legisse ut hi uideor, id est, diuinam: sed quod sit, substantiuum uocabulum, non facile dixerim. Vis diuina appellatur in titulo, De damno infecto. Theophrastus libro quinto, de causis plantarum τὴν ἀπὸ τῆς ἀλαμῶν & ἀρταῶν appellat: id est, causam diuinitus demissam, uel ut interpretes uertit, Deorum numine urgente, cuius exemplum χαλαζοπείρα ponit, id est, grandine pollicentem. Dicitur etiam a Graecis μεγὰν παγισάσει. Haec autem quatuor est genera. Repentini enim flatus exhalante terra coorti, rur-
 Grādinum iiii. genera.
 susque in terram deiectioni, obducta nubium cute multiformes existunt. Vagi quippe & ruentes torrentiam modo tonitrua edunt & fulgura: qui maiore illati potere incursumque, si late siccam ruperint nubem, procellam gignunt, quae Ecnephas uocatur a Graecis, quasi è nube erumpens: sin uero depresso sinu arctius rotati effregerint sine igne, hoc est, sine fulmine, ecnephian illum faciunt, qui typhon a Graecis, Typhon. id est, uibratus appellatur, & a Latinis uertex. Vertex.
 Defert hic secum aliquid abreptum è nube gelida conuoluens uersumque, & ruinam suam illo potere aggrauans, & locum ex loco nutans rapida uertigine, praecipua nauigantium periculis. Qui etiam illis ipso repercussus, correpti secum in caelum refert, sorbetque in excelsum. Quod si maiore depresso nubis eruperit specu, sed minus alto quam procella, nec sine fragore, turbinem uocant, proxima quaeque

prostermentem: idem ardentior accensusq; dum fuerit
 præster. præster uocatur, amburens contracta pariter & prote-
 rens, autor idem Plinius libro secundo, & ante cum Ari-
 storeles libro tertio Meteorologicôn, qui *διβλω*, id est,
 uertiginem appellat, quam Plinius uerticem. In libro
 tamen de Mundo strobilon appellat, ubi genera multa
 ponit uentorum, quos uolentos uocat. Proinde ex præ-
 dictis colligere possumus sterilitatum causas alias inte-
 rnas, alias externas esse. Interiores causæ sunt, quæ ex
 Sterilitatum
 caulæ. re ipsa oriuntur, & damno coloni cedunt, ut uermiculatio
 Vermiculatio cum enatis uermiculis & bestiolis segetes, arbores ue in-
 festantur, quod uermiculari dicitur, & à Græci: *σκολινο-
 σι*, & *θνοσι*. Eadem ratio est herbarum exitium,
 contra quas runcatio inuenta est: aut earû in quas fruges
 ipsæ de generant, cuiusmodi est auena in ordeo, aut lolium
 in tritico. Theophrastus *ἐξαιρησι* uocat, quasi lollescere,
 id est, in lolium degenerare. In eadem causâ etiâ est luxu-
 Luxuria. ria segetum, cum nimia pabuli ubertate lasciuunt, quod
 Syluescere. *ἐξυβελσι* dicitur, & in arboribus *ὄλομασι*, id est, syl-
 uescere. & itidem de alijs. Externæ causæ duorû sunt ge-
 nerum, aut enim iniuria humana accidunt, ut si uiator
 aut prædo aliquid abstulerit. huiusmodi causæ damno co-
 loni cedunt, aut iniuria cœlesti: hæc rursus bifariam di-
 stribuuntur, aut enim ui maiore accidunt, quæ & calami-
 tosa dicitur, in quo genere est grando procellosa, turbo,
 uertex, & reliqua, quæ tempestatis nomine cœsentur. Sub
 hoc genere chasma nûc & labem agri cõprehendi uolu-
 mus, tãetsi aliud genus sit. Aut ui silente, et quæ nullo sen-
 tiente obrepit, & hoc genus cum superiore damno colo-
 ni cedit. In eo sunt uredo, quæ Græcè *καυθμός* dicitur,
 pruina quæ *παχυν*, irroratio, uel ut Plin. appellat rora-
 tio

tio, quæ *ροῖς*, tabes quæ *ἐκπλησις*, carbunculatio, sidera-
 tio, quæ ipsa tamẽ tanquam genus multas species comple-
 ditur. Sideratio enim tota (inquit Plinius) è cœlo constat. Sideratio.
 Pruina. Pruina est quæ lapsa persidet & gelat, nec fit nisi immoto
 aère et sereno. Hoc genere alternis propè annis in Gallia
 uites, arbores & frumenta interdum præcocia uitiantur.
 Etenim pruina à perurendo dicta est, quasi perurina: urit
 enim germina cum sole liquefacta est, ut sæpe uidimus.
 Vulgò gelu uocamus. Aristoteles in lib. de Mundo, *κρύ-
 ζα* & *μέγ* *επι* *ἀθρόου* *ὑδατος* *ἀθελίας* *ωπεπυγός*. *πά-
 χυν* *ἢ* *ρόος* & *ωπεπυγός*: Gelu, inquit, est aqua conferta,
 Gelu. aserennitate cœli cõcreta. Pruina uerò ros cõcretus. Gelu
 Carbunculatio. igitur est glacies, pruina est quod gelu uulgò dicitur. Car-
 bunculatio & carbunculus in arboribus est (quantû ego
 conijcere possum) eiusmodi corruptio, quam uulgari ser-
 monie pruinam appellamus, quæ uerno tempore adurit la-
 tescentes germinum oculos, & cum flores adufferit, car-
 bunculus tum uocatur. Apud Theophrastum nomen eius
 non memini me legisse. At uerò in uitibus carbunculatio,
 quæ circa Idus Augusti in Italia accidit, uitium est, cum uuae
 non satis folijs tectæ, præferuidis solibus interdû retorra-
 dæ sunt & exustæ, ex quo tandem acescunt, ut quodam
 uredinis carbone exustæ, acini que tunc præcoquantur in
 callum, ut quodam in loco Plinius ait. Quod fit ad canis
 ortum interlunio accidente. Quanquam Plin. paulò post
 ita inquit: Pleriq; tamen dixerè rorem inustum sole, agri
 frugibus rubiginis causam esse, et carbuculi uitibus. Quod
 ex parte falsum esse arbitror, omnemq; uredinem frigore
 tantum innoxio constare sole. Id manifestû fiet attenden-
 tibus. Nam primum omnium hoc non euenire nisi nocti-
 bus, & ante solis ardorem deprehenditur, totumq; lunari
 Q 4 ratione

ratione cōstat, & reliqua, quæ ille solertissimè indagata, prosequitur magis, quàm explicat, ut mihi quidè uideatur, nec mirū, quippe qui in his multa dixisse se affirmet à nullo antè dicta, utcumq; certè memorabilia. Hæc igitur uita Plinius noctu cōtrahi existimat, non interdū. Vnde illud ab eodem dictum est: Alia sunt quæ silente cælo, serenèq; noctibus sunt nullo sentiente, nisi cū facta sunt. Publica hæc & magnæ differētiæ à prioribus, alijs rubiginè, alijs uredinè, alijs carbunculum appellantis. Et rursus: celestis, inquit, sterilitatis alterutrū fore in causa, hoc est, plenilunium, aut interlunium, non erit dubium: & in hoc admirari mirabile naturæ benignitatē succurrit. Iam primū hanc iniuriam omnibus annis accidere non posse propter statos siderum cursus: nec nisi paucis noctibus anni, idq; quando futurum sit facile nosci. Sic quoque non sine remedio. Deinde remedium addit. Vnde iterū alibi de carbunculo loquēs: Non difficili remedio, inquit, nisi calumniari magis rerum naturā homines, quàm sibi prodesse mallant. Tum asruit hystoriam Democriti, qui primus intellexit, ostenditq; cæli cum terris societatem. Rubigo in segetibus est, quam Theophrastus eruginem appellat, id est, ἔρυσιν: quo genere (ut ipse inquit) frumentacea præcipuè corripuntur, & inter ea triticum præcipuè & ordeum, ἔρυσιν ἢ σῆλις ἔρι τὴν ἐπισημαίνουσαν ὕρον. Est autem Erugo. erugo incidentis segetibus humoris putrefactio. Propter ea cū multum pluerit, humor ille abluitur, nec in eruginè putrescit. Cū uerò rores per multi stillauerint, & sol subsecutus cum tranquillitate fuerit, tunc erugo putrescit. Ideo in locis editioribus minus fit, in conuallibus autem plerumq; ubi uenti consulescunt. Cuius tamen pro parte in causa lunaris calor, proptereaq; plenilunio, id est, præval

prævalente luna magis fit. Quæ uerba Theophrasti ex lib. quarto, de Causis plantarum, Plinius suprascripto loco reprehendere uideatur. Rubigo uel erugo (nisi fallor) est quam nauillā nosstrates agricolæ uocāt. Spicæ enim marcidæ sunt hoc uitio, & in puluerem foetidum cōfractiles. A rubigine rubigalia dicta, id est, festi dies amoliedæ rubigini instituti ab antiquis, quales sunt supplicationes amburbie, aut ambaruales, quæ hodie propter eiusmodi causas faciuntur. Plinius: Rubigalia Numa constituit, quæ nunc aguntur ad septimum Calendas Maij, quoniam tunc frē segetes rubigo occupat. Roratio quam Theophrastus rhoada, quasi defluxum, appellat, morbus est uitium, quem uulgo colaturam uocamus, de quo Plinius lib. uigesimo septimo: Siderationis genus est in uitibus de florescentibus, roratio. Theophrastus li. i. de plantis: Roratio, inquit, fit cum uitis deflorescens irrorat. Fit autē id genus affectionis cū acini defluūt, et qui remanēt paruuli sunt. Idem Plin. alibi: Pestimum est inter omnia cū deflorescentem uitem, & oleam percutit imber, quoniam simul defluit fructus. Propter hoc uitium floralia ab antiquis instituta sunt autore Plinio his uerbis: Floralia instituerūt anno urbis quingentesimo ex oraculis Sibyllæ, ut omnia bene deflorescerēt. Fuerūt et Florales ludi, quæ Floralia etiam dicuntur in honorē Floræ instituti, qui cum omni obscœnitate rerum uerborumq; celebrabantur. Vnde natū prouerbiū: Florales agentē spectari à Catone. Horū meminit Lactantius lib. i. Valerius lib. i. cap. v. Augustinus lib. i. de Ciuitate. Erucæ sunt, quas Græci campas appellant, unde Pitocampæ, id est erucæ in pinu nascentes, inter uenenata numerantur in lege, Eiusdē, Ad legem Corneliam de Sicarijs: ubi corruptè legitur hoc uerbū. Plinius,

Q 5 Sunt

Sunt eadem causa, id est, ex imbre nascentes, & erucæ di-
rum animal, eroduntq; frondē, aliæ flores, oliuarū quoq;
ut in Mileto: ac depastam arborem turpi facie relinquunt.

Sideratio. Nasctur hoc malum tempore humido & lento. Sideratio
apud Plinium morbus est arborū afflatarum fidere, quo-
cumq; modo id acciderit. Peculiare autem nomē sideratio-
nis est sub ortu canis siccitatū uapor, cū insit: ac nouellæ
arbores emoriūtur, præcipuè ficus & uites. A Grecis si-
deratio astrobolismos dicitur, quasi sideris percussio, quā
sphacelismos quidam appellant, ut inquit Theophrastus
lib. v. de causis, qui sideratas arbores astrobolias appel-
lat, quasi fidere percussas. Siderantur autem, inquit, præ-
cipuè plantæ nouellæ, ac surculi suæ causa imbecillitatis,
quod accidit cum siccata tellure humorē trahere nequeūt,
quapropter plurima pereunt sub fidus. At maiores etate
utpote ualidiores magis resistunt, et alimentū longē tra-
hunt. Idem sphacelismū morbū esse radices ait lib. iiii. de
plantis, Οταν αὐτῶν μελῶσι, id est: Cum radices ni-
grescūt. Siderationis nomē ad homines per similitudinem
translatū est arescente corpore. Vnde homines hoc modo

Siderati. ἀσπιδόβλητες, & Latine siderati dicūtur. Hoc etiam
σφακελίσι ab Aristot. & Paulo Aeginita dicitur. Ari-
stoteles, τῶν μεμῶνα τὰ δῆλα τῶν ὑμῶν σφακελίσι, id est,
Ossa suis membranis nudata siderātur. Aeginita, sphace-
lon, id est, siderationem appellat partes carnis in corpore
marcidas, & iā sine sensu, ut in carsinomate perfectio con-
tingit, id est, Νενρώσθς σαρκὸς ὅταν ἀνατῶν ἢ γένωσθς τὰ
τῶν τῶν ἀβῶνα μολίς, Gangrenas uerō uocat morbū eūdem
nondum incurabile. Plin. lib. i. x. Fluuiatilū silurus can-
iculæ exortu sideratur, & aliās semper fulgure sopitur, id
est, obtorpescit. Nam Aristotel. in libris de Animalibus,

ναφῆ

καρῆται ἐπὶ βροντῆς dixit. Herodotus, σφακελίσι & ὁ
σφακελίσι τῶν μεμῶνα, id est, Siderato & marcente femore.
Sunt autem & alij morbi, corruptionesq; arborū & fru-
gum apud Theophrastum, & apud Plinium: sed Supradī-
ctā maxime ad rē pertinere mihi uisa sunt. Sideratio au-
tem arborū communis est omnium. Plinius: Arborū, in-
quit, cōmunes quidam morbi, quidam priuatim generum
cōmunis uermiculatio, sideratio, & dolor membrorum.
Vermiculantur magis minus uē quædā, omnes tamē ferē.
Addendū & illud quod Theophrastus lib. quarto de hist.
plantarum ait: Affectiones quasdam tēporarias ἐν τῶν
καρῆσι, id est, statis anni temporibus eueniētes, necare
solere arbores, quas nemo morbos dixerit, ut tabem, &
quam uredinem appellant. Ceterum quod statim sequitur,
idemq; dicendum est, si exercitus præteriens per lasciuia
aliquid abstulerit, hunc intellectum habet, nō si aut popu-
labundus, aut pabulabundus exercitus segetē abstulerit,
id ad colonum pertinere: sed si per lasciuia, id est, per lu-
dum improbiorem, & noxium aliquid dāni dederit: ut so-
lent petulantes uiatores. Varro libro primo, de Re rust.
inter septa, inquit, primū est naturale sepimentum, quod
obseri solet uirgultis aut spinis, quod habet radices uiuæ
sepis, ac uiatoris prætereuntis lasciuia non metuet facem ar-
dentē. Lasciuire, est petulanter agere, ut equi indomiti so-
lent, aut qui diu in otio fuerunt, qui aut calcitrare præter
solutum, aut lustrare, exultareq; solent. Propterea Liuius
libro secūdo ab Vrbe cōdita: Appius, inquit, Claudius &
natura inuictis, & efferratus hinc plebis odio, illinc patrū
laudibus, nō miserijs ait, sed licentia tantum concitum tur-
barū, & lasciuire magis plebē quā seuire. Id est, plebē
nino otio magis petulantem se præbere, quā ueram se-
ditionem

Lasciuia.

Lasciuire.

ditionem meditari, nulla satis digna iniuria nobilitatis concitatur. De plebe enim tanquam de equis, qui ab aurgante reguntur, locutus est. Idem: Correpti à Patribus Consules, cum quid ergo se facere uellent, percontarentur, decernunt ut delectum quam acerrimum habeant. Otio enim lasciuire etiam arbores dicuntur, cum nimia pabali ubertate eluxuriant, id est, ἐξυβείζου. Arrianus lasciuiam sic intelligi uoluit in lege, Omne delictum, infra, de re militari, Per uinum autem, aut lasciuiam lapsis capitalis pena remittenda est,

Ex l. Sed addes. §. Illud nobis.

Fiscus. Fiscos autem quibus ad premendam oleam. De fisco eius derivatis nos alibi satis multa diximus. Hoc autem in loco fiscus pro qualo oleario panitur, qui cernici torcularis supponitur, ne fraces in lacum cum oleo defluant. uel etiam pro qualo in quo oliuæ ponuntur, cum prelo supponuntur, ut amurca, id est oleum crassius aliquantisper exanctur, id est, exudet, et per uimina perfluat. Columella lib. decimo tertio: Sereno caelo manibus distringi oportebit, et substratis tegetibus, aut canis cribrari et purgari, tum diligenter mundatam protinus in torcular deferri, et integram in fiscis nouis includi, preliisq; subijci, ut quantum possit, paulisper exprimatur. Idem alibi: Deinde intrita oliua nouo fisco includitur, et prelo subijcitur, ut tota nocte exprimatur. Et rursus, de condiendis oliuis loquens: Postero die cribratur, et nouo fisco inclusa prelo supponitur, uehementerq; premitur, ut exudet quantumcumq; habet amurcæ. Plinius libro xv. fiscinam appellat. unde fiscella diminutiuum Vergilio: Fiscellam texit hibisco. Trapetum. mola est olearia, ut inquit Seruius. Verg. in secundo Georgicorum: Venit hyems, teritur Sicymia bacca trapetis.

Ex

Ex eodem, Quod si regulis olea prematur.

Ut prelum et fuculam, et regulas, et tympanum, et trochleas, et reliqua. Regula et fiscus eundem usum, ut arbitror, præbet in olei factura. Columella eodem libro: Aut regulis, inquit, si consuetudo erit regionis, aut certe nouis fiscis sanse exprimi debent. Idem alibi: Suspensa mola oleam frugito, eamq; uel in regulas, uel in nouos fiscos adijcitur, subiectamq; prelo sic premito, ne uasa intorqueas: sed tantum ipsius preli potere, quantumcumq; exprimi patiaris. Memint regularum Plin. x v. in principio. Prelum trabs est, qua una uel oliua premitur, autore Seruio, a premedo dictum. Verg. Tam spisso uimine qualos Collasq; prelorum, et reliqua. Nostri hodie in torcularibus cochleis utuntur: per quarum capreolatos anfractus tollitur, demittiturq; prelium, aut succula, aut rotæ uersatione. Praela etiam dicuntur instrumeta pressoria, quibus panarij, chartarij, et librorum impressores utuntur. Plin. lib. x i i i. de chartis loquens: Premuntur deinde prelia, et siccantur sole, atq; inter se plagule iunguntur. Cochlea in torculari lignum est erectum, clauiculatum, i. spirulatum, et capreolatim striatum, quod per medium prelium striatum et ipsum transfactum, uertigine sua tollendo, demittendoq; prelo inuentum est: uulgò uisa torcularis dicitur. unde et cochlea in edificijs dicta, quæ scalæ cochlides etiam dicuntur. ob id sic dicta, quod anfractuose sint in modum cochlearis testæ, et quod clauiculata et tortilli structura à triclinijs in cœnacula euadant. cuiusmodi ferè sunt in edificijs Gallicis scalæ. Eadèq; ratione cochlea dicitur haustorium organum, quod uulgus pōpam appellat, cuiusmodi uidimus dudum in ponte Parisiensi, cum pilarum fundamenta iacerentur. In medio enim eius rotæ est, quæ

duna

dum à calcantibus uersatur, machina in trorsus clauicula-
tim detornata, inter strias & strigiles aquas exorbet ex
aquario septo, & retrorsus emittit. Huius autem machi-
næ conficiendæ ratio à Vitruuio in decimo describitur.

Sucula. Sucula machina est tractorij generis. Cõstat autem ex te-
reti ligno, duobus aut pluribus uectibus traiecto, utriusq;
æqua ex tantibus lõgitudine. Hæc dum uersatur, funis, qui
ductarij dicitur, circum eã obuoluitur, onera sensim ad-
ducens. Huiusmodi machina hodie uietores, id est, cuppã-
rij uina ex hypogeis subuehunt, aut in ea demittunt, tur-
nũ eã appellãtes. Vectes autem baculi sunt ualidi per me-
diam machinã traieci, quibus manu ductis machinã dum
uersatur, funẽ ductariũ aduoluit. Ab his uectibus uectã-
rij dicti sunt homines, qui uectes uersanda sucula manu da-
cunt. Hæc autem machina triũ generũ est. Vnum genus
iam dictum, porrecta scilicet sucula & iacens, duobus
tignis incumbens ad parietẽ admotis: qualis etiam passim
uifitur, cum uina, aut doliarã, aut culearia, ex hypogeis
educuntur. Alterum genus est erectum, suis fulcimentis, &
sua ueluti basi nixum, quod non ductu brachiorũ, ut illud,
primum uersatur, sed ambientibus machinã uectarijs, ac
brachijs, & pectore committentibus. Huiusmodi etiã Pari-
sijs uidiuus, qua lapides cadẽdi à nauigijs extrahẽdũ.
Simia (ut arbitror) à fabris appellatur. A Vitruuio etiã
Ergata. ergata dicta. Tertium genus est etiam erectum quatenus
tignis fibulatis cõstans. quod genus Parisijs uidiuus, cum
in põte sublicio fabri sublicas in aquã magna uĩ adigerẽt.
Hæc enim machina ad tollendam fistucam utuntur, que si
stuca identidem sublata demissaq;, sublicas in alucũ desig-
git. Hoc autem genus alterno brachiorum ductu, quo-
modo & illud primum uersatur, eodem uestigio uectã-
rij

rij insistentibus. Vitruuius libro decimo de Tractorijs
machinationibus loquens: Cũ autẽ funis habet caput ad
suculam religatum, & uectes ducentes eam uersant, funis
in uolũdo circum suculã extenditur, & ita subleuat one-
ra ad altitudinem, & operum collocationes. Idem: Vecti-
bus autẽ coacta sucula uersabitur, erigetq; per se machi-
nam sine periculo. ita circa dispositis funibus, aut retinaculis
in palis hærentibus, ampliori modo machina collo-
cabitur, trochleæ & ductarij funes ut supra scriptum est,
expediuntur. Hæc enus ille. Trochlea totã illam machi-
nationem significat, quæ continet rotulam, & axiculum
per rotulam traiectum, circa quem rotula uersatur, &
præterea ductarium funem, qui circa orbiculum æneum
currit, qualem in puteis uideamus. A Græcis τροχλίου dicitur.
Huiusmodi meminit Cato libro de re Rustica: In in-
strumento torcularis, in quo suculas quinq;, funes ductarios
quinq;, trochleas decem oportere esse tradit. Quintilian.
metaphoricòs usus est lib. undecimo his uerbis: Iam tussire
& expuere crebro, & ab imo pulmone pituitam tro-
chleis adducere, etsi non utiq; uocis sunt uita, quia tamen
propter uocem accidunt, huic loco potissimum subijciantur.
Vitruuius alterius generis trochleam describit mul-
tiplici machinatione instructam, qualẽ aliquãdo uidiuus,
quam & rechanum interdum appellari dicit. Sin autem,
inquit, colosicotera amplitudinibus & ponderibus one-
ra in operibus fuerint, non erit suculæ committendum. Sed
quemadmodum sucula chelonij retinetur, ita axis in-
cludatur, habens in medio tympanum amplum, quod
nonnulli rotam appellant, Græci peritheon uel peritro-
chium uocant. In his autem machinis trochleæ non eo-
dem, sed alio modo comparantur. Habent enim & in
imo,

imo, & in summo duplices ordines orbicularum: ita funis ductarius traicitur in inferioris trochleæ foramen, uti æqualia duo capita sunt. Hæc uerba apud Vitruuium ita deprauata sunt, uix ut intelligi queant. Colossica onera, sunt onera magnæ molis, quales sunt colossi. Plinius: Nero, inquit, Princeps iusserat colosseum se pingi. Colossi cetera autem comparatiuum est Græcum, pro grandiora, uastiora, colossi instar habentia. Chelonia uerunque suculam continent, à similitudine testudinis dicta. Chelonium enim tegumentum est testudinis animalis. Eius autem integumentum similitudinē habent chelonia, id est, retinacula, quibus intra tigna sucula retinetur. Tympanum rota est, quæ à calcantibus uersatur, qualem passim uideamus in ea machina, qua saxa subuehuntur in magnificis ædificationibus, uerbo Græco Geranion, id est, grus dicitur, quo uerbo etiam lingua uulgari appellatur. In ea trochleæ sunt in summo carchestio, id est, in uersatili & superiore parte machine, & in trochlea ductarius funis, qui circum tympanum aduoluitur, & à fune dependētes, qui forfices dicuntur, quibus onera euehendaprehenduntur. Vitruuius: In quadris autem tignorū, quo loci sunt diuaticata figuntur chelonia, in quæ conijciuntur sucularum capita, ut faciles axes uersentur. Hæ sucule proximè capita habent foramina bina, ita temperata, ut uectes in ea conuenire possint. Ad rechanum autem unum ferrei forfices religantur, quorum dentes in saxa forata accommodantur. Idem alibi: Harum autē machinarum, quæ supra sunt scriptæ rationes, nō modò ad has res, sed etiā ad onerandas, et exonerandas naues sunt paratæ, aliæ erectæ, aliæ planæ in carchestijs uersatilibus collocatæ: nec minus sine tignorū erectionibus, in plano etiam eadem ratione, & temp

temperatis funibus, & trochleis, subductiones nauium efficiunt. Tympanū etiam machina haustoria dicitur, quæ dum uersatur, aquā adnexis permultis modiolis haurit, & iterum circumactū defundit, qualē in pōte Parisiensi uidimus, dū pile intra septa aquaria substruerētur. à Vitruuio in decimo describitur. passim in piestrinis aquarijs uideatur. Ex iā dictis (ut arbitror) apparet quomodo intelligēda sint hoc in loco supradicta Vlpiani uerba. Instrumentū enim torcularis describēs fiscos, preliū, fuculā, regulas, tympanū, trochleā enumerauit. Erant autē torcularia, quæ & torcula dicebantur, alterius etiā generis apud antiquos, quā apud nos passim uiderim, ut ex Vitruuio colligere possumus li. v. 1. Ipsum autē torcular, inquit, si nō cochleis torquetur, sed uectibus & prelo premitur, ne minus longū x l. pedes cōstituatur. ita enim erit uectiario spatii expeditum. Latitudo eius ne minus pedum senundenū. nam sic erit ad plenum opus facientibus libera uersatio & expedita. Quo in loco corruptè trochleis pro cochleis impressum est. Torcular autē tam oleariū, quam uinariū apud antiquos legitur. Idem, Torcular autē proximum sit culinæ: ita enim ad olearios fructus commoda erit ministratio. Quod autem hoc in loco sequitur, Item æneum quo olea calida lauatur: legendum abeniū, ex Catione in enumeratione instrumenti uillici.

Exl. Sed addes. §. Si inquilinus.

Si inquilinus arcam cameratam in edes contulerit, & ædium aditum Dominus coangustauerit. Camera arca est arcuata et cōfornicata. Camera fornix est, unde camera uehicula, quæ Græci camarota uocāt, qualia sunt pē filia, quibus matronæ gestantur. Huiusmodi arcā hic Vlpianus intellexit: quales etiam hodie fiunt corio cōtecta.

R Camera

Tympanum
haustorium.

Torcularia.

Arca camerata
Camera.
Camarota.

Cameratum
opus.
Cōcameratio,

Camera quam Græci *camaram* uocāt, fornix, arcus, testudo, cognata sunt uocabula: sed tamen nonnihil inter se differētia, si quis scrupulosius inquirat. *Cameratum* opus, & *concameratio* ad similitudinem pergularū hortēiū factum est, quæ iunipero constentur ad ambulationes opacandas: nomen lingua nostra à *cumabulis* insāntium habet, quo genere in hypogeis uinarijs structura fieri solent. Plinius de cucurbitis lib. x. i. x. Vires sine adminiculo standi non sunt, uelocitas pernix, leni umbra cameras, & pergulas operietes. Inde hæc duo prima genera, *camerarium* et *plebeū* quod humi creditur. *Camerariū* genus cucurbitæ uocat, quod in pergulas arripit in hortu, non quod humi serpit. *Tranquillus* in *augusto*, *Tonitru* & *sulgura* paulo infirmius expauescebat, ut ad omnem maioris tempestatis suspicionem in abditum, & cōcameratum locum se reciperet. *Varro* libro 111. de re Rustic. *Peristeron* fit ut testudo, magna camera tectus. Et paulo post, *Intrinfecus*, quasi leuissimo marmorato toti parietes, ac camerae oblinuntur, ne mus, aut lacerta adrepere ad colūbaria possit. *Peristerona* *Varro* columbarium appellat, ut *ornithona* auiarium & *gallinarium*: qui testudinem & cameram pro eodem accepisse uidetur. *Testudo* ex duobus arcibus constat in centro se secantibus, à Græcis *ταλς* dicitur. Quatuor enim arcuatæ pile inimicè transuersæ, & cruce configurantes, testudine absolute sunt. *Hæmic* figuræ proximū est *hemisphæriū*, nisi quod exactè sphericiū est, ut *Rome* *Pantheron*. *Fornix* non unius est generis, ut fornices subcumeales in theatris, quorum hodie uestigia extant aliquibus in locis. Ab hoc *conformicatum* opus dicitur. *Accursius* *cameratā* arcam, habentē plures *cameras* interpretatur, scilicet de arca *Noë* intelligi uoluit

Peristeron.

Testudo.

Hæmic

Fornix.

Cōformicatum
opus.

uoluit *Ulpianus*. Adde quod *cameram* *Accursius* pro *cubiculo* intellexit, quam significationem *Ulpianus* nunquam nouit. *Dignus* (credo) *interpres* propter quem editum illud *Iustitiani* de sacrosanctis *Pandectis* nullo commentario profanādis, antiquaretur. *Admirari* certe sæpe soleo hominis fiduciam ne dicam an confidentiam? in ijs rebus intrepidè enarrandis, quæ etate eius omnibus *Iurisperitis* ignotæ prorsus erant. Sexcenta sunt huiusmodi quorum per multa, uel admonitione indigna nunc putamus. *Puerile* est enim iam ista non nosse, non ingeniorum præstantia, sed temporum felicitate. Cuius generis illud est (ut specimen aliquod demus) in primo statim libro *Pandectarum*, in titulo, *De offi. Præfetti uigilum*. ubi *insulam* *accursius* improprie pro *domo* accipi dicit. quod si uerum est, miror quid *Tranquillus* in *Nerone* intelligi uoluerit, cum dixit, *Formam ædificiorum urbis nouam excogitauit*, & ut ante *insulas*, ac *domos porticus* essent, de quarum *solaris* incendia arcerentur. Et rursus, *Tunc propter immensum numerum insularum domus præscorum ducum arserunt*, *hostilibus* adhuc *spolijs* adornatæ. *Nimiram domus* & *insulas* pro eodem à *Trāquillo* accipi nemo sane mentis dixerit. *Proinde insula* (inquit *Festus*) *dicitur* proprie, quæ non coniunguntur communibus parietibus cum uicinis, circuitaq; publico, aut priuato cinguntur, à similitudine uidelicet earum terrarum, quæ fluminibus ac mari imminent. *suntq; in salo*: à Græcis *διπλα μετὰ ποδῶ* & dicitur. Ab *insula* *insularius* dicitur, qui *lingua uernacula* *conciergus* uocatur: cuiusmodi homines esse solent in domibus *Principum*, quæ *insula* plerumque sunt, id est, à priuatorum domibus distinctæ. Hoc uerbo *insularius* *Pōponius* usus est in lege, *Si ita*, *De usu & habita*

Accursij errata
quædam.
Insula.

Insularius.

bitatione. Eiusdē inscitia est, quòd Accursius compilatis horreis, pro ruptis exposuit, in l. Dominus, hoc eodem titulo, qui expilatam fortè hereditatem pro effracta interpretari potuisset. Hos autem eius errores hodie ij demum sequuntur inter iuris studiosos, qui nefas esse putant alios libros quàm iuris attingere quos ipsos ab alijs elegantioris sermonis amantibus tam facile internoscas, quam hircosos & alliatos ab unguentatis & nitidis.

Ex l. in naue, eodem in tit. Locati.

Veluti cum argentum pusillatum fabro daretur ut uasa fierent. Quid si pusillatum legam? ut informe argentum infectumq; aurifici datū esse intelligamus. Sunt enim **Pastilli,** pastilli à pane per diminutionē didi, autore Festo, massæ cuiuscunq; materie, unde pastilli medicinales. Hora lib. i. serm. Pastillos Ruffinus olet, Gorgonius hircum. Trochisci Græcè dicuntur ab orbiculari forma. Pastilli medicis arida sunt medicamenta, contrita humore non pingui, aut uino uel aceto incocta, quæ à coctione rursus inaruerunt, quæ cum utendum est, subinde eiusdem generis humore diluuntur, deinde uulneribus illinuntur: non autem imponuntur ut emplastra, Plin. li. xxxv. de Stimmi quod in argenti metallis inuenitur, Quod ibi subsedit, inquit, flos intelligitur, ac linteolo interposito in sole siccatur, ut non perarescat iterum, in mortario teritur, & in pastillos diuiditur. Pastilli, emplastra, malagmata, cognata sunt genera in instrumento chirurgico: inter se tamen differentia, ut latè docet Celsus lib. v. medicinæ. Vno hodie uerbo unguenta appellantur praua loquendi consuetudine, cum unguenta nō medicamentaria sint, sed uoluptaria, & ad sua uolentia & delicias inuicta: ut diapasmata quæ aridis odoribus constant, ut inquit Plin. lib. xiii. & lib.

xxi.

xxi. Diapasmata, inquit, sunt ad sudores coercendos, ut à balneis inarescant corpora. Vnde illud Plautinū in Mostel. Non omnes possunt olere unguenta exotica, sicut tu oles: sine me alliatū fungi fortunas meas. Exotica unguenta appellant ab externis gentibus importata & pretiosa. Pusillatū igitur argētū intelligere possumus, in pastillos formatū, cuiusmodi hodie argētum Germani promercale afferunt, quas cendreas appellant. Ac nihilo secius tamen pusillatum legendū contenderim ex Tranquillo in Nerone his uerbis, Exegitq; ingenti fastidio & acerbitate nummū asperū, argētum pusillatū, aurum obryzum, ut pleriq; oronem collationem palam recusarent. Vbi pusillatum argētū pro purgatissimo & excoctissimo posuit, cuiusmodi aurum obryzum à Græcis appellatur τὸ τὸ λείον ἐνδύει, hoc est, multipliciter excoctum. Inde obryzati nummi in Lult. De ueteris numismatis potestate, lib. xi. Codicis, & obryzati solidi lib. xii. in lege unica De oblat. uotorum. licet obryciati corruptè legatur. Vnde autem pusillatum dictum sit, non facile dixerim. Pusilla sunt apud Celsum li. v. id genus morbi quod uulgò uariolas & rubeolas uocant, morbus in ætate puerili maximè eueniens, ut inquit ille, rarò in medio corpore, sepe in eminentibus partibus. Inuenio apud Gell. lib. v. i. Alphenum Iurisconsultum Serui Sulpitij discipulū, Digestorum lib. xxx. scriptum reliquisse, in foedere quod inter Romanū populum & Carthaginienses factum est, cautum fuisse ut Carthaginienses quotannis pop. Rom. darent certū pondus argenti puri puti. Vbi purum putum Gellius intelligi uoluit expuratum excoctumq;, atq; aliena omni materia carens, omnibusq; ex eo uitijs detractis emaculatum & candefactum. quo uerbo antiquos uti solitos esse ait. Pro-

Pusillatum est
gentum.
Obryzū aurū.

Pusilla.

Purus putas.

pterea Plaut. in Pseudolo ridicule ita inquit, Oho purus putus est ipsus noui herus polymachero placides: quasi diceret ipse est omnino, et nullus alius prorsus uerus nō ad-
ulterius est, translatione ab argento tracta cum merum prorsus & omni parte uerū est. uerba sunt lenonis in epistola Symbolon militis agnoscentes. Idem alibi in eadem, Purus putus sycophanta est. hoc est, merus sycophanta, in quo nihil probitatis inest, ex omni uitio concretus, qualis delator & calumniator esse debet. Festus, Putū (inquit) antiqui pro puro dicebant, unde putum aurum putatum dici solet, id est, expurgatum. Meminit & Nonius.

Ex eadem lege.

Quod si separatim tabulis aut eronibus aut in alia cuppa clausum uniuscuiusq; triticū fuisse. In antiquis ubiq; heronibus legitur: ut forasse heronibus legendum sit. sicut enim Berones sacci quasi perones à pera disti. Plin. lib. xxxi. de templo Ephesie Diana loquens, Summa miracula epistylia tantæ molis attolli potuisse: id consecutus est architectus ille beronibus arena plenis molli puluere super capita columnarum exaggerato, paulatim examinens ab imo. Aliqui tamen peronibus apud Plin. legunt, quasi perones à pera dicantur. Quo uerbo Vitruuius circa finem libri quinti usus est his uerbis, Arcæ duplices relatis tabulis & catenis colligatæ in eo loco qui finitus eronibus constituantur: & inter destinatas arcas creta peronibus ex ulua palustri factis calcetur. Alioqui pero rusticum est, calciamentum, ut inquit Seruius. Vergilius lib. v. in Aeneid. Crudus tegit altera pero. & Iuuenalis Saty. i. x. Nihil uetitū fecisse uolet quem non pudet alto Per glaciæ Tibialia. perone tegi. Vnde peronat⁹ arator Persio. Tibialia sunt laxa, quibus nostrates rustici utuntur, sic dicta (ut arbi-
tror

tror) quod peræ modo sint infirmia. In uetusto Plinio eronibus legitur, quare nihil hic cōstituo. Pero genus est Parones. nauigij apud Festū, unde myoparo piraticū nauigiū. Eri-
gātus hodie aut Galio uocatur. Cuppæ uasa sunt uinaria prægrātia, ea forma (ut arbi-
tror) qua lac⁹ torcularis
Ex lege, Qui fiduciussor existit apud
mancipem pro colono.

Manceps est (inquit Festus) qui quis à populo aliquid emittit, quia manu sublata significat autorem se emptoris esse, Mancipes (inquit Pædianus) erant publicanorum principes, Romani homines qui decumas quas-
tus sui causa redimebāt, aut publica pasctua, quorū ratio scriptura dicebatur. Hi enim exigēda à socijs suo piculo redimebāt, & populo representabāt prospiciētes cōmodis suis. Cic. in Diuinatione, Mancipes à ciuitatibus pecuniam exegerūt. Horū autē tabelliones scripturarij dicebātur ex Nonio et Festo, id est, ij qui eorū rationes faciebāt, quales hodie sunt, quos clericos et cōmissarios uocant octauanorū & uicesimanorū. Hi enim ephemeridas faciunt, id est, diuturna, papyros diarias appellāt, & præ-
terea breuiaria, id est, epitomas, summas acceptas continentes, que summaria uocāt. Scriptura tamē propriū nomē erat uectigalis, ut portoriū et decima. Cic. in Verrē, aditione iii. Furta quoq; istius permulta nominatim ad socios perscripserat, eaq; sine portorio Syracusis erat exportata. Portū autē & scripturas eadē societas habebat. Ita factū est ut esēt permulta quæ ex societatis literis dicere in istū ac proferre possent. Portū et scripturā pro duobus uectigalibus posuit. Idē pro lege Manilia. Nam cum hostiū copia nō longē absint, etiam si irruptio nulla facta sit: tamē pecora relinquuntur, agricultura deseritur,
R mercat

Putatus.

Berones.

Perones.

Tibialia.

Manceps.

Scriptura.

Scripturarius.

Ephemeris.

Breuiarium.

mercatorum nauigatio cōquiescit. ita neq; ex portu, neque ex decumis, neq; ex scriptura uectigal conseruari potest. Scripturā pro eo posuit quod ex pasuis publicis p̄sistatur. V arro libr. 11. rerum Rusti. Itaq; greges ouium longē abiguntur ex Apulia in Samnium astitutum; atq; ad publicanū proficētur, ne si inscriptum pecue paueat, lege censoria committant multam. Scripturarius ager (inquit Festus) dicitur in quo ut pecora pascantur certū est, quod publicanus scribendo conficit rationē cum pastore. Scriptura huiusmodi hodie est eorū mancipum qui glandarios & pasuos saltus redimūt. Mancipum fideiusores, prædes, proprie appellantur, ut alibi diximus. Cicero epist. libr. 11. Laodiceæ me prædes accepturū arbitror omnis pecuniæ publicæ: ut & mihi & populo cautū sit sine uecturæ periculo. Manceps ab eodem in Prætura urbana pro redemptore sartorum tectorū accipitur. Si opus (inquit) pupillo redimeretur, si res abiret ab eo mancupe, quem ipse apposuisset, sibi nullam prædam esse uidet. Tranquil. in Vespas. pro priuato redēptore posuit his uerbis, Non negarim iactatum à quibusdam, Petronij patrem è regione Transpadana fuisse, mancupē operari quæ ex Umbria in Sabinos ad culturam agrorū quotannis commeari solent, id est, conductorem mercenariorum & operariorum seruorum, ut operis eorum ad questum uteretur. Plinius libro x. de coruo loquens, qui populum salutare solitus erat, Hunc siue emulatione incitatus manceps proximæ sutrinæ, siue iracundia subita, ut uoluit uideri, excrementis eius posita calceis macula, exanimauit. Mancupem pro magistro officinæ dixit, quasi operi opificum redemptis uteretur ad questum. Vel propolan uoluit intelligi, id est, uenditorum qui res minoris empta

Prædes.

Manceps.

plurū

pluris postea uendit. Plinius inuicem metaphoricos usus est epistol. libro 11. Sequuntur auditores actoribus finitiles, conducti & redempti mancipes. conuenitur à conductis & redemptis. Mancipes, inquit, id est, ij qui causidicos in causis agendis conducti ad hoc corona uulgi plaudentis laudandos redemerunt. Secundum quod mancipis uocari possunt enūsarij homines in creationibus antistitum, qui emercendorum suffragiorum curam ac nonnumquam etiam emercendorum sibi deprecere solent, quasiq; creandos pontifices redimere, omnē ambiendi depreciscendiq; molestiam, atq; etiam inuidiam in sese transferentes. Quorum diligentia interdum factum est, ut homines honorum præcupidi, sed qui cupiditatē ante rem peractam promere uerentur, ambitus infamiam apud multitudinem interim elucrarentur: quasi inuiti & resistentes ex umbratili uita ad lucē & solē gerendorum honorum attraherentur. Verum in tanto iam lumine simulatio existens fallere porro nequit, præsertim cum re peracta impune proderi se posse sciant, nec iam simulationis grande aliquod operæ pretium esse intelligant. Et aliqui scitum est illud Biantis, ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν δέξασθαι. cuius Aristoteles meminit in v. Ethicorum, Magistratus (inquit ille) aut primaria dignitas uirum qualis sit ostenderit.

Ex l. Qui domum, eod. tit.

Terram in eam arcam amplius, quàm fundamenta cæmentitia locatoris erant, congeffit. Cæmentum non calcem & arenam cōmixta significat, ut Accursius putauit, sed lapides, ut alibi diximus. Liuius, Cæmenta non calce durata erant, sed interlita luto. Cæmenta sunt lapides temere cæsi atq; etiam rudes, id est, uulgares, non quadrati aut ordinarij, quales sunt quibus farturæ inter pilares du

Cæmentum.

R 5 etus

ctus sunt. Cato de re Rustica, Villam edificandā si loca-
bis nouam a solo, siber haec faciat oportet, parietes omnes
calce & cements, pilas ex lapide angulari. Erit igitur
in proposito sensus, ut intelligamus inferiorem partē ca-
mentitiam fuisse, cuiusmodi parietes sorbere humore non
solent, quo abundant propter calcis copiam, ut docet Vi-
truius. Superiorem autem partem lateritiā uel cratitiā,
id est, ex crudo latere nondū perarefacto. Cratitij eam
parietes exuiores cito sunt; & ideo auidius humorem
admotū imbibunt, quo tandē exputrescunt. auctor Vitru-
uius his uerbis, Cum enim linūtur, recipientes humorem
turgescunt, deinde siccescendo contrahūtur, & ita exte-
nuatio disrūpunt rectoriorum soliditatem. Lateritij uerō
antequam assiccati sint, humore uittantur. Huiusmodi pa-
rietes Gallie ignoti sunt, ut opinor. Fundamēta igitur ce-
mentitia pro parte inferiore parietis intelligenda sunt,
quasiq; quadam basi ex lapide constructa. Solent enim
parietes sursum uersus sensim extenuari, atq; ex leuiore
materia substrui. Conductor autem in culpa fuit qui alea
conducta improuidentius usus est, alius aggesta humo-
quā quantū esset camentitia structura, quā humori ob-
noxia non erat. Quod uerō sequitur, Parieti eius qui lo-
cauerat humore prætstituto, le gēdum arbitror perjilla-
to, aut aliquid simile.

Ex l. Cum in plures. §. Mandauit, eod. tit.

Mandauit tibi ut excuterer quāti uillam edificare uel-
les, renūciasti mihi ducentorū impensam excutere. Ex-
cutere impensam Accursius male pro exigere interpreta-
tur. Excutere autē prætē notas significationes has quoq;
exquisitores habet. Accipitur enim interdum excutere
pro scrutari, & diligēter inquirere. Tranquil. Claudio,

Neque

Neq; agrū quēquā uisitauit nisi explorato prius cubicu-
lo, culcitrisq; & stragulis prætētatis et excusis. id est, di-
ligenter cōtrectatis & diuētilitatis, ne gladius intus esset.
Cic. pro Rosc. Amer. Nihil est Glaucia quod metuas, non
excutio te. si quid fortē ferri habuisti, non scrutor. Plaut.
in Aul. Excutedum palliū, ne inter tunicas habeas. Plin.
lib. vii. A ianitore semper excussa nequid inferret cibi,
deprehensa est uberibus suis alens eam. Hoc modo excu-
tiuntur hodie deprehēsi improbiores fures, quos Plautus
Zonariis seflores appellat in Trinum. Aristoph. comi-
cus βαλκωνιοφόρος, id est, crumenifecas uocat. Sic enim
crumenifeca Latine dici potest, & crumenifex, ut sceni-
feca & scenifex ab antiquis dicitur falcarius operarius;
& crimen ipsum crumenifecium, uel crumenifecium po-
tius, ut scenifecium & scenificiū, quibus uerbis Varro et
Columella utuntur. Quo modo & uenifeca & uenifeciū
pro phlebotomia, quo nonnulli utūtur. Huiusmodi igitur
ueluti præsigiatoribus oīa p̄tentātur ad interulā usq; et
diuentilantur, ut si quis uncinus usquā latet is decidat: qd̄
excutere uno uerbo dicitur. Excutere etiā est cōmouere
se, & spiritus omneis sensusq; suos ad intelligētīā collige-
re & excitare, quod fit cum res aliqua intellectu difficilis
obijcitur nobis. Cic. in 11. de Offi. Explicat atq; excute in-
telligentiam tuam. Inde factum ut excutere sit diligētius
estimare & exactius aliquid expendere: quo modo hic
accipitur. Ulpianus, Si tibi māda uero ut excuterer uires
hereditatis. Et alibi, Si tibi māda uero ut uires excuterer
eius cui eram crediturus. Cic. pro Planc. Facilis est illa oc-
cursatio & blanditia popularis: aspicitur, non attrecta-
tur, procul apparet, non excutitur, nō in manus sumitur;
id est, non accuratē estimatur. Valer. lib. vii. excussum
consil

Zonariis se-
flores.

Crumenifeca.

Excutere.

consilium & exploratum pro eodem serè posuit. Excute-
tere est etiam nomen exigere: & debitorem appellare: in
qua significatione in iure persèpe accipitur. Paulus, Nò
prius pupillus ad magistratus reuerti potest, quàm omnes
tutores excusati fuerint, id est, quàm actione tutelæ exer-
tus sit, an ab eis suum seruare possit. Inde factum ut excu-
tere pro spoliare, & pecunijs exhaurire accipiatur. Cic.
de Aruspicum responsis, Non ignouit, mihi crede, nò, nisi
fortè ignotum putas, quòd te iudices dimiserunt excussum et
exhaustum, suo iudicio absolutum, omnium condemnatum. Id est,
exhaustum pecunijs quibus eos corrupisti, & (ut uulgò di-
citur) deplumem te reliquerunt, nihil tibi reliqui fecerunt.

Ex l. Si uir uxori, De præscrip. uerb.

Ut eos fundos si ipse uellat, eodè pretio mulier trãseri
beret uiro.) Transcribere (inquit Seruius) tradere signi-
ficat. Verg. in vii. Aen. Turne tot incaustum fusos patiere
labores, Et tua Dardanijs transcribi sceptrum colonus: Με-
ταγράφει. Græci dicunt. Hic autem sermo tractus est de
pecunia: nam scribere est dare. Horatius, Scribe decem
Nerio, non est satis? adde Cicutæ Nodosi in tabulas cen-
tum. Rescribere uerò reddere. Terentius, Argentum il-
lud denuo rescribi iube. Hactenus Seruius. Verum rescri-
bere apud Horat. non significat tradere, sed iuris uerbo
mutuum sumere, ut inquit Porphyrio. Rescribere uero
resituere. Donatus autem in Phorm. Quoniam ad nune-
rationem, inquit, pecuniæ antecedit scriptura: ideo rescri-
bere dicebant pro renumerare. Terentius, Sed transi so-
des ad forū, atq; illud mihi argentum rursus iube rescribi
Phormio. Phor. Quid? ego nec perscripsi porro illis qui-
bus debui, id est, per scripturam reddidi uel dedi, ut inquit
Donatus. Hic enim sermo sumptus est à rationibus scen-
rator

ratorum. Scribere enim est per mensuram scripturam dare. Scribere.
Transcribere (inquit Agretius) dicitur cum ius nostrum
in alium transt, que significatio hoc in loco quadrare ui-
detur: ut sit transcribere fundum, iure cesso tradere. Trã-
scribere in libris censualibus dici debet, cum res censualis
ab uno nomine in aliud trãsfertur, quod uulgò super alium
onerare dicunt. Quo modo & in rationibus, cum id quod
mihi expensum latum est, in aliud nomen transfertur, &
nomen meum ex rationibus eximitur. Hoc modo accipitur
in lege ultima, Codice, De prædijs nauicul. Hac tamen, in-
quit, pactione seruata, ut si ad minus idoneum fuerit trans-
lata possessio, etiam autores transcripti prædij teneantur
obnoxij. Caius in lege Aliquãdo, supra, Ad Velleianum,
Si hereditatem emerit, & res alienum hereditarium in se
transcribat, Liu. lib. v. de bello Maced. Instabat alia cu-
ra, quòd ciuitas scenore laborabat, & cum multis sceno-
ribus legibus restricta auaritia esset, uia fraudis inita
erat, ut in socios qui non tenerentur ijs legibus nomina
transcriberent. Seneca, Philosophia te in uirum transcri-
psit: μεταγράφε σε εἰς ἀνδρα.

Ex eodem titulo, in l. Si apud te.

Non enim ambo pecuniam ego & fugitiuarius depo-
sumus.) Fugitiuarij apud antiquos fugitiuorum seruorum
reprehensores erant, qui eam operam profitebatur, ut fu-
gitiuos inuestigatos reducerent. Hoc uerbo Varro meta-
phoricòs quodam modo usus est libro tertio de re Rustic.
Idoneus, inquit, sub dio sumendus est locus cochlearijs,
quem totum circum aqua claudas, ne quas ibi posueris ad
partum, non liberos earum, sed ipsas queras. A qua inquam
fundèda ne fugitiuarius sit parandus, id est, φυγάδων οὐκ
id est, ne si locus fugæ pateat cochleis, cogaris postea tan-
quam

Aquila anataria.

quam fugitios seruos sic cochleas fugitius persequi uti ministerio reprehensorum. Ferunt piratas hodie fugitiuarijs canibus uti ad reprehensionem remigum uinctorum, qui ad scalmū damnati aufugerunt. Fugitiarius autē ea forma dicitur qua thumarius, de quo alibi diximus, et anataria quaedam aquila apud Plinium, id est, anatum insectatrix, quam Aristoteles nespophonon appellat, et leporaria, quam ille lagophonon, a necandis leporibus et anatis inditis nominibus.

Exl. Apud Labeonem.

Si cū emere argētū uelles, uascularius ad te detulerit.)
 Vascularius est q uasa argētea et aurea facit. sunt enim inter aurifices uascularij, celatores, inauratores, et bra-
 Braecarij. Braecarij id est, qui aurū malleis trisum, et ad quāuis tenuitate ductile, rebus inaurandis inducunt. Cic. in Verr. actione v. Verres postea quam tantam multitudinem collegerat emblemātū, ut ne unū quidem cuiquā reliquisset, instituit officinā Syracusis. In regiā maximā palam artifices oēs celatores ac uasculares cōuocari iubet, ipse suos cōplures habebat. Eō cōducit magnā hominū multitudinē, menses octo cōtinuos opus ijs nō defuit cum uas nullū secret nisi aureū. Celatores qui sint docet Fabius his uerbis
 Celatura. Sculptura. libr. i. Celatura est quae auro, argento, ere, ferro, opera efficit. Nā sculptura etiā lignum, ebur, marmor, uirum, gemmas: praeterea ea quae supra dixi cōplectitur. Hactenus ille. Toreutice sculptura, uel ut aliqui loquuntur, sculptura et celatura cōplectitur, a qua toreumata huiusmodi opera dicuntur, aut sculpta aut celata ex quacūq; materia quae in delicijs habeatur: quo uerbo Cic. Sallustius, et reliqui utuntur. Latine tornata opera quaedam dicuntur a torno instrumēto quo huiusmodi opera fiūt. Nam celum
 Tornata opera.

ferrum est celatoris. Fabius in fine secundi, Neque enim scientia desiderat instrumentum, ut celator celū, et piscor penicilla. Tornus instrumentū est quo uasa detornantur, id est, scalpūtur et striatim interdum cauantur. Hic autem non unius generis est, sed diuersis artificibus uarie accommodatus. Torni exēplū uidemus in officina eorū opificū quos fulcrarios appellare possumus, qui spondas et fulera lectorū fabricantur, et turbines pueriles, et rhombos muliebres, quibus fila adglomerantur. qui et crepitacula lignea puerilia, et huiusmodi opera tornantia faciūt. Ferramentū est manubrio inclusū, sine appen-
 Ferramentum.
 s obuolutū, quod pede artificis ducitur et manu dirigitur.

Exl. penultima, De pignoribus.

Fœneratus a te denaria sexaginta rogauit te nō certificantem, sed suppositionē a me accipere.) Hic locus Graecē a Scauola scriptus, ab imperito quodam ineptē traductus est, quo modo permulta in Pandectis loca, quae tamen post hac intacta praeteribo, ut admonitione nulla indigentia. Sic autē uerti debuit: Fœneratus a te denarios uel denaria l. x. orandum te duxi ne sponsorem a me, id est, Benefactorē, sed pignus acciperes. Et quod sequitur, Et ut se uero homini credidisti, uel securo potius dicendum fuit, ut fido homini. Pignus est quod Graecē hypotheca, quasi obligationi suppositum dicitur, uel quasi ob fidē debiti suppositū, quod Latine pignori opponere dicunt. Pignus enim tam de immobili, quam de re mobili dicitur. Terentius in Phormio. Ager oppositus est pignori ob decē minas, addicula item ob decē alias. Tacitus in lib. xix. Credebatur affectam eius fidē prauiuisse domo, agrisq; pignori acceptis. Quo modo etiam Iurisperiti aliquando utuntur. Hoc Graecē ὑποθήκη, id est, supponere dicitur. Inde ille
 titulus,

ὑποτιθέναι
ὑποτιθέναι

titulus, De rebus eorū qui sub tutela sunt, nō alienandis uel supponendis, quāquā ille qui pignori opponit, id est, mutuum sumens ὑποτιθέναι dicitur: hoc est, δανείζομαι. Creditor uerō ἔρ fœnerator dicitur ὑποτίθειναι, id est, pignori accipere. Aeschines, Ὑπέθεσαν αὐτῶν τὰ τελευτὰς δημοσίας προσόδους, Publicos ei reditū taleio oppignerarunt. Demosthenes κατὰ Αφῶδης, Ποίῃ ἔρ τραπεζαί μεθαῖς τὰ ὑποκείμενα τοῖς δανείσασιν, ἀλλὰ τῶν ὑποκείμενων ἔστιν. ὑποθεμῶν et δανείσαστας pro ipsdē dixit.

Τίθειναι.

id est, pro creditoribus pigneratijs. Dicitur etiā ab eodē τίθειναι pro pignus accipere. ἔρ ἔρ πρὸς Νικόστρατον, καὶ ὅτι τὸ χρεῖον τὸ ἐκ γατόνων μοι τῆτο ἔδειξέ μοι οὔτε πρῶτον οὔτε τίθειναι, Quod nullū uicinū mihi fundum

Pignerari.

uel emere uel pignori accipere uellet. Et paulū infra ἰτιδέ, οὔτε ἀνῆλθον οὔτε τίθειναι. Pignerari ex eorū imitatio ne est pignora accipere, uel etiā pignus capere. Cic. Philip. 1. x. In fuga fœda mors, in uictoria gloriosa: etenim Mars ipse ex acie fortissimū quēq; pignerari solet. Pignerari dixit pro eo quod est quasi pignus accipere ἔρ sibi asserere, quasiq; obnoxii sibi debitūq; rapere. cui dicit hic sensus est, Fortissimū enim qsq; primus in prelio occubere solet. Traquil. in Claud. Armatos pro cōcione in nomē suū iurare passus est, promisitq; singulis quindena sestertia: primus Casarū fidē militis etiā premio pignertus: id est, quasi pignore obligatā obnoxiiāq; sibi ἔρ autoratā sumens. Liu. Postea cōscientia sibi met exiliū cōfiscētes, bona tantū quæ publicari poterāt, pignerāda pane præbebāt. Iuuenal. per actiuum dixit, Cuius ἔρ albo los et lanā pignerat Atreus. Atreus autē pro fœneratore pignero. Est enim pignerari id quod uulgò p executionē capere dicimus: hoc est, pignora capere. quod Demosth.

ΑΨΑΨ

ΑΨΑΨ τῶν κτημάτων dicit, dicitur ἔρ ἐνεχυράζειν καὶ ΑΨΑΨ τῶν κτηνεχυράζειν. Cicero in Verrem, acti. 1. 111. Cum in his quidē rebus omnibus publicanus petitor ac pignerator, nō creptor neq; possessor soleat esse, tu de optimo, de iustissimo, de honestissimo genere hominū, id est, de aratoribus ea iura constituebas quæ omnibus alijs essent cōtraria. Edixerat enim Verres ut publicani possent iure suo ab aratoribus decumarū nomine quantū uellent capere, nō iudicis autoritate (ut assolet) pignora eorū capere. Bona uerō publicē possidere, id est, quod in manu regiā ponere dicimus. Cicero Philip. x. 1. Itaq; nō assentior solum, sed etiā gratias ago Quinto Fustio, dixit enim seueram, graue, req; publica dignā sententiam, iudicauit hostē Dolabellam, bona eius censuit publicē possidenda. Quò cum addi nihil posset (quid enim atrocius potuit, quid seuerius decernere?) dixit tamen si quis eorum qui post se rogati essent, grauiorem sententiam dixisset, in eam se iturum.

Ex 1. Si prior, in principio, Qui potiores in pig. hab.

Ut primam tantum pecuniam expēsam ferat, nō etiam quam postea credidit. Expensum ferre dicimus, ἔρ acceptum referre, quod ἔρ accepto ferre à Iuriscōsultis dici solet, tracta à ratiocinationibus metaphora. Duæ enim partes rationū sunt: prior accepti est, ἔρ posterior expensi, recepta uulgò dicimus ἔρ impēsam. Cic. in Ver. act. 1. 111. Nūc ad sociorū tabulas accepti et expēsifer reuertemur. Acceptum referre, est scribere se accepisse: hoc est, in acceptorum paginā referre. Tranquillus in Tiberio, Nihil quicquā post adoptionē pro patre familiās egit, aut ius quod adoptione amiserat, ulla ex parte retinuit. Nā neque donauit quicquā, neq; manumisit, neq; hereditatē quidem,

Expensum ferre & acceptum referre.

Acceptum & expensum.

S aut

aut legata percepit ulla aliter, quam ut peculio referret acceptatid est, in peculium ascriberet. Cic. in 11. Philipp. Ego enim amplius fester. ducentes acceptum hereditatibus retuli. Inde acceptilatio non accepti relatio dicta. Vnde illud metaphorice ab eodem dictum in eadem Philippica, Omnia denique quae uidimus (quid autem mali non uidimus?) si recte ratiocinabimur, uni accepta referemus Antonio. Id est, horum omnium malorum in causa fuisse solum Antonium existimabimus. Antonio, inquit, impendimus, & ideo parem uicem reddendam ei arbitrabimur.

Προσλογοισα
σθαι.

Ανατιθεναι.

Nomina.

Hoc Graeci προσλογοισαθ in utroque significato dicunt, & ανατιθεναι. Seneca tamen philosophiae acceptum sero quoddam surrexit, dixit: pro acceptum sero. Expensum sero, est scribere se pecuniam dedisse, ut inquit Aconius, ut cum per singula expensi nomina summam quadam expensam ascribimus. Nomina autem uocantur in rationibus quos nunc articulos dicimus, quo uerbo Cicero in Verrinis identidem utitur, ut alibi diximus: Homo, inquit, amantissime tabulas cum conficeres, satis te elapsurum omni sufficienter arbitrare, si quibus pecunia crederes, ijs expensum non ferres? neque in tuas tabulas ullum nomen referres? Idem, Cum tot tibi nominibus acceptum Curtij referrent, quid proderat tibi expensum illis non tulisse? Gellius lib. xvi. Dixi probari apud me debere pecuniam datam consuetis modis, expensi ratione, mensa rationibus, chirographi exhibitione, testium intercessionem. Ex consuetudine autem antiquorum haec tracta sunt qui tabulas conficiebant, de quibus alibi dicendum. Cicero ad Atticum lib. 11. Fecisti mihi gratum quod Scraepionis librum ad me misisti, pro eo presentem pecuniam solui tibi imperavi, ne tu expensum muneribus ferres. id est, ne te donasse eum mihi existimares: uolens enim

enim cum emptum mihi esse. Plau. in Aul. Bene igitur ratio accepti atque expensi inter nos conuenit, tu me amas, ego te amo, merito id fieri uterque existimat. Id est, uterque nostrum sese obnoxium alteri putat mutuis beneficiis, quod non faciunt qui beneficia inuicem exprobrant, quod enim alter expendisse se contendit, alter accepisse se inficiatur. Hinc illud Plinianum in 11. naturalis historiae, Toto quippe mundo & locis omnibus, omnibusque horis omnium uocibus fortuna sola inuocatur, una nominatur, una agitur res, una cogitatur, sola laudatur, sola arguitur, & cum conuicij colitur, huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium sola utranque paginam facit. Id est, quicquid lucri aut damni quasi expensi & accepti mortales faciunt, omnia fortunae ascribunt. Dicitur & referre datum. Cicero pro Flacco, Cum illam, inquit, pecuniam nominatim Flacco datam referant. Referre ad ararium rationes & questores & reliqui magistratus dicebantur, pro eo quod nunc computum reddere dicunt. Cicero, Audistis rationem tribus uersiculis relatum. Idem, Solus est hic qui nunquam rationes ad ararium referat. Et in Pisonem, Rationem ad ararium retuli continuo, sicut tua lex iubeat. Referre autem est rationibus ascribere, hoc est, impensam uel receptam facere, ut uulgus loquitur. Tranquillus in Vespas. Expugnatus autem in quadam quasi amore sui deperiret, quum perductae pro concubitu fester. quadraginta donasset, admonente dispensatore quemadmodum summam rationibus referri uellet, Vespasiano inquit adamat. Dicitur & referre in rationes, ut referre in publicas literas, quod Iuuenalis referre in acta dixit, hoc est, registrare. Dispungere rationes, est computum (ut nostri dicunt) examinare. Vlpianus,

Referre ratios
ad ararium.

Referre.

Dispungere ratios.

Expungere ra
tiones.

Dispungere, inquit, est cōferre accepta & data. Idem ali-
bi, Percontandas, inquit, atq; examinādas rationes & dis-
pungendas atq; discutiēdas. Et iterū alibi, Vtrū semel an
etiā sapius recognitio & dispunctio concedēda sit credi-
toribus. Expuncta autē rationes dicitur, cum ultima ma-
nus calculo & dispunctioi imposita est. Hermo. Iuriskon-
sul. R. eipubl. rationes subscripta & expuncta, aduersus
eum quidem qui administraverit, ultra xx. aduersus uerō
heredē ultra x. annos retractari non possunt. Expungere
enim est punctis circūducere & tollere, & quasi rem iam
confectā eximere ē codice: ut expunctus miles dicitur, qui
ē numeris exemptus est, & are dirutus. Plaut. in Curenl.
Miles pulchrē centuriatus est expuncto in manipulo. Sic
apud Persium, Pupillum ue utinā quem proximus heres
Impello expungā. Apud Tertullianū expungere reū &
poenae eximere, ut contraria ponūtur, quia expungere est
tollere, aut designare ut tollendum & damnandū. Græci
uocāt διαγράφειν & ἀβελίσειν. Summa rationū quadrans
dicitur, in qua nihil excurrit, & in qua nulla sunt reliqua,
id est, cum aequalis est summa accepti & expensi. Cicero
in Verrem, Expensa Chrysogono seruo sexcenta milia
& accepta pupillo Malleolo retulit. Quomodo igitur
sexcenta eodem modo quadrarint, ut illa de Gnei Carbo-
nis reliqua fester. sexcenta facta sint, uos aestimabitis.

Exl. Rescriptum, De Distra. pig.

Qualifqualis
& similia.

Quia ex contractu qualiquali obligatione à debitore
interposita. Qualifqualis pro qualifcunq; dicitur eo mo-
do quo quisquis pro quicunq;. Iuuenal. Maiorum primus
quisquis fuit ille tuorum. Et quantusquantus pro quantus-
cunq; autore Donato. Terent. in Adelph. Nimum inter
uos Demea ac pernimū interest, tu quātusquantus nil nisi

sap

sapientia es. Ille futilis, somnium. Sic quotquot pro quot-
cunq; & utut pro utcunq;, ubiubi pro ubicunq;. Teren-
tius in Andria, Iam ubiubi erit, inuentum tibi dabo, &
mecum adductum tuum Pamphilum. Vbi Donatus hæc
uerba adnotauit, Vbiubi, in prima parte uim suam tenet,
in secunda productionē: & est quemadmodum utut, qua-
qua, undeunde, pro utcunq;, quacunq;, undecunq;.

Exl. prima. §. Sed sciendum, De
Aedilitio edicto.

Ego puto Aediles tollēda dubitationis gratia bis idem
dixisse, ne qua dubitatio superesset. Vbi inter bis & idē
areola relicta est scribēdo Græco, hanc lacunā hoc uerbo
replendā censeo & παραλλήλως, hoc modo, bis ec paralle-
lu idē dixisse, id est, per alternitatē, uel ut Gellius uertit,
ex geminatione. Græci enim cum duo uerba idē significā-
tia iunguntur, ec parallelu, id est, alternitate quadam po-
sita esse dicūt, quasi geminato sensu, quale est illud ex ulti-
mo Iliados lib. Βάσιν ἰθὶ ἰεὶ ταχέαια, id est, Vade i, Iri ci-
tata. Et alibi, Βάσιν ἰθὶ ἔλε ὄνυρε, Vade i noxie somne.
Gellius lib. xii. ita inquit, Caterum quis tam obtuso inge-
nio est, quin intelligat apud Homerū uerba duo idē signi-
ficantia, nō frustra posita esse, ut illa, Βάσιν ἰθὶ ἔλε ὄνυρε,
& Βάσιν ἰθὶ ἰεὶ ταχέαια, id est, Vade i somnū agens, & I,
perge Iricitata, neq; ec parallelu, id est, ex geminatione
(ut quidā putant) sed hortamentū esse acre iussæ impera-
teq; celeritatis. Vergil. Vade age nate dea, similia sunt
δῶρ ἄγε, & ἀμφοτεροτρόφα. Sensus est igitur in hoc lo-
co, uerba hæc edicti, Quid morbi uitijue cuiq; sit, ab Ae-
dilibus per geminationē apposita esse tollēda dubitatio-
nis gratia, cum idem propē significēt. Meminit horū uer-
borū Gellius lib. iiii. ex monumētis ueterum Iuriskonful-
torum

torum. Cicero lib. i. i. i. Tusculan. Morbum appellant, inquit, totius corporis corruptionem. Agrotationem morbum cum imbecillitate. uitium cum partes corporis inter se dissident, ex quo prauitas membrorum, distorsio, deformatus. Itaq; illa duo, morbus, agrotatio, ex totius ualutinis corporis coquassatione & perturbatione gignuntur: uitiam autem integra ualitudine ipsam ex se cernitur.

Ex §. Exempla.

Si seruus inter fanaticos non semper caput iactaret, et Fanatici. aliqua profatus esset.) Fanatici olim dicti sunt homines Enthei. numine afflati, qui uerbo Græco enthei dicuntur, et θεοπνεύστοι, quod non sua sponte, sed diuino numine ferantur, cuiusmodi Comæa Sibylla à Vergilio describitur in sexto, Cui talia fanti Ante fores subito non uultus non color unus, Non cõpta mansere comæ, sed pectus anhelat. Et rabie fera cor àa tumet, maiorq; uideri, Nec mortale sonans, afflata est numine, quando iam propiore Dei, et reliqua. Huiusmodi erant Galli matris Deum Cybeles, qui propterea Corybantes dicuntur quasi furibundi saltantes. Illi enim in sacris suis uel sacrilegijs potius caput quatiebant, et urinantium more in caput se iactabant, unde et Cybele dicta à uerbo cybisto, quod in caput rotari significat, ut petauristæ solent. Iuuenal. Saty. i. i. Et crine senex fanaticus albo Sacrorum antistes. Liuius, Galli matris magnæ à Pessinunte occurrere cum insignibus suis, uaticinantes fanatico carmine deam Romanis uictoriã dare. Idè lib. i. x. de bel. Maced. de Bacchanalibus loquens, Viros uelut mente captos cum iactatione fanatica corporis uaticinari. Quintilianus in x. i. Frequens etiã capitis nutus non caret uitiis, adeo caput iactare, et comas excutientem rotare, fanaticum est. Fanatici à fanis dicti sunt: fana autem à fando, quod et

Pont

pontifex certa uerba fando dedicat, autore Festo. Inde profani dicti sunt βεβηλοί, & μβηροί qui sacris initiati non erant, quod Vergil. lib. v. i. significat, cum inquit, Procul à procul este profani, Conclamat uates. Nunc laicos uocamus, quasi populares. Laicum enim uulgo atrectabile significat, sicut sacrum dicitur et sanctum cuius tactu populo interdictum est. Sic accipiuntur laici panes primi Regum, cap. xxv. i. ad sacrorum differentiam, et Ezechielis ultimo. Profana urbis proprie accipiuntur pro ijs partibus, que usibus populi et usui promiscuo dedicate sunt. Propterea profanos appellauit ubiq; homines sacris non initiatos. Non enim libens facio, ut Græcis uerbis utar, ubi Latina suppetunt idem significantia. Fanaticus autem seruus hoc in loco pro maniaco accipitur, quales sunt qui melancholici dicuntur. Aegineta lib. i. i. de mania et melancholia loquens, Τινες δὲ δλονδσιμ ἐπὸ τινος μαιζόνων ἐφορᾶσθαι διωάμεται, καὶ προλέγειν τὰ ἐσόμνα καὶ θάπορ ἐνθεάστρος, οὗς καὶ ἐνθεάστρους ἰλλας δνομάζουσι, sunt qui uideantur, inquit, à maioribus quibusdã potētij regi, et futura predicere, instar eorum qui numine afflati dicuntur, quos etiam peculiari nomine entheasticos appellant, id est, fanaticos. Hoc idè bacchari paulo post Vlpianus uocat, hoc est, Baccharum more lymphaticè uaticinari. Quamquã Accursus occupari interpretatur, diuinacior ipse interdum omnibus fanaticis. Ex quo apparet quid illa uerba eiusdè Vlpiani significet, Et aliqua profatus esset. Profari enim Latine dixit, quod Græci prophetare dicunt Profari. id est, futura predicere. Cæterum Plato li. ii. de Legibus, poetarum genus thion, id est, diuinum, et entheasticon, id est, Entheastici. Deo plenum diuinitus inspiratum uocat. Quo nomine merito ac uere uocitari possunt uates nostri. i. prophetae, qui

S 4 aduentum

aduentum lucis aeternae in mundum praedixerunt. Ii enim demum enthei & entheastici fuerunt, & theophorumeni, id est, diuino illo spiritu pleni, quo ad ueritatem profectandam & dicebantur & ferebantur. Quos uero anti-

Dæmonistici qui sic uocabant, dæmonistici dici debent, quem enim Deum putabant dæmon erat, id est, genius deprauatus. Dicemus & mox aliqua eodem pertinentia.

Ex eodem loco Superstitiosum, iracundum.

De superstitione Cicero libro 11. de Natura deorum, Non enim, inquit, philosophi tantum, uerum etiã maiores nostri superstitionem à religione separauerunt. Nam qui totos dies precabantur, & immolabant, ut sibi sui liberi superstitēs essent, superstitiosi sunt appellati, quod nomē patuit postea latius. Qui autem omnia quæ ad cultū deorum pertinerent, diligēter retractarēt, & tanquam reuerent, sunt dicti religiosi. Ita factū est alterū uitij nomē, alterū laudis. Idem in primo, de atheis quibusdam loquēs, id est, qui deos esse nullos affirmabant, atque adeo omnem uim diuinam tollebant: Horū enim sententiæ, inquit, non modò superstitionē tollunt, in qua inest timor inanis deorum, sed etiam religionem, quæ deorum cultu pio continetur. Cuius dicti meminit Augustinus libro 1111. de Ciuitate, si quis latius hoc persequi fortè uelit. Fabius, ut à diligētī, inquit, curiosus, à religione superstitio distat. Augustinus li. vi. de Ciuitate, Quale autē illud est quod Varro religiosum à superstitioso ea distinctiōe discernit, ut à superstitioso dicat timeri deos, à religioso autē tantum uereri ut parētēs, non ut hostes timeri? Græci superstitiōnem *δεισιδαιμονία* appellant, & *δειδæμονας* superstitiosos, ab incōsulta & absurda diuinæ potētis formidine. Huiusmodi

modi meticulos, scrupulos nunc appellant non inepto uerbo, & inde superstitiosos scrupulosos. Inest enim semper aliquid quod malè eos habeat, & tanquã lapillus, id est, scrupulus in calceo identidem punctitet. Sic accipitur ab Ulpiano in l. Quæ sub, De condit. institutionum, propterea factum ut superstitio pro inani etiam obseruatione ponatur. Fabius in 1111. Amentis est enim superstitiōne præceptorum contra naturam causæ trahi. Ponitur etiam à doctis superstitio pro ea quam hæresim uocamus. Idem lib. 111. de laude & uituperatione loquens, Et est conditoribus urbium infamiae contraxisse aliquam perniciosam ceteris gentem, qualis est primus Iudaicæ superstitiōnis autor, de Mose loquēs. Eadem de causa Tacitiōnem appellat, uidelicet temporibus suis inseruies, quibus in Christianos maximè scuitū est. Cice. in Partitionibus, Cernēda autē sunt diligēter ne fallāt ea nos uitia quæ uirtutem uidentur imitari. Nam & prudentiam malitia, & tēperantiã immanitas in uoluptatibus aspernādis, & magnitudinē animi superbia in animis extollendis, & despicientia in contemnendis honoribus, & liberalitatem effusio, & fortitudinem audacia imitatur, & patientiã duritia inanis, & iustitiã acerbitas, et religiōne superstitio, & lenitatē mollitia animi, & illam disputandi prudentiam concertatio captatioq; uerborū, & hanc oratoriam uim inanis quædam profluentia loquēdi. Quo in loco Cicero superstitiōnem pro desidæmonia, id est, inconsulto deorum timore accepit. Hæresis autem uerbum apud uulgus infame, opiniōne firmatam de aliquo dogmate significat, quales sunt quæ sectæ dicuntur. Cicero in præfatione Paradoxorum, Cato autem ea sentit quæ nō sanè probantur

bantur in uulgas, & in ea est heresi quae nullam sequitur
flore[m] orationis, neq[ue] dilatat argumētum, sed minutis in-
terrogatiuiculis, quasi punctis quod proposuit efficit, de
secta Stoicorum loquens: sectas enim, id est, hereses di-
cimus habitus animorum & instituta philosophiae circa
disciplinam, ut autor est Seruius in librum x. Aeneid.
Aug. lib. v. de Ciuitate, Aristoteles uir excellēis in-
genij cum sectam Peripateticā condidisset, quod deambu-
lans disputare consueuerat, plurimos discipulos praecara
fama excellens uiuo adhuc praecceptore in suam heresim
congregauit. Lactantius lib. i. i. Institutionum, religio-
nis nomen aliter interpretatus est, Hac inquit, conditione
gignimur ut generati nos Deo iusta & debita obsequia
praebamus: hunc solum nouerimus, hunc sequamur: hoc
uinculo pietatis obstricti Deo & religati sumus, unde
ipsa religio nomen accepit: non ut Cicero interpretatus
est à relegendo. Et paulò post, Quid ergo est: nimirum
religio ueri cultus, superstitio falsi. Et omnino quid colas
interest, non quemadmodum colas. Religionis uerbo si-
gnificantissimè antiquitas usa est. Plinius in epist. Sed pa-
rentibus solis ius praecceptores conducendi relinquatur,
ijsdemq[ue] religio rectè iudicandi necessitate collationis ad-
datur. Id est, sollicita & anxia cura probos praecceptores
idoneosq[ue] deligēdi liberis suis. Columella religiose pro so-
licitate et accurate dixit, Nihil, inquit, curiose administrat,
nihil religiose. Obstringere religione & obligare dice-
bant pro eo quod dicimus cōscientia metum incutere. Ci-
cero in Philip. i. i. Obstringisti populū Romanū religio-
ne, Augur Auguri, Cōsul Consuli obnuntiasti: *δειδα-
μονία τὸ δέμας πειθεῖσθαι*. Id est, de caelo seruasse te di-
xisti, ne populus eo die comitia haberet; et uitiū obuenisse
dixisti

Religio.
Obstringere
religione.

dixisti (uerba sunt auguralia) ut comitia disturbares, &
populū alligares, & morareris hac obnuntiatione. Vere-
bantur enim Romani aliquid agere uetantibus auspicijs,
ne malè cederet si contra deorū monita agerent. Idem de
Aruspicum responsis, Quae tanta religio est qua non in
nostris dubitationibus, atq[ue] in maximis superstitionibus,
uius P. Seruili ac M. Luculli responso ac uerbo libere-
mur: id est, ut nunc loquimur, qui tantus conscientiae scrupulus
Linius libro v. i. secundi belli Punici, Instructis
uiriq[ue] exercitibus in eius pugnae casum in qua urbs Ro-
ma praemū uictori esset, imber ingens grandine mixtus,
ita utraq[ue] aciem turbauit, ut uix armis retentis in castra
sefe receperint. Et postero die eodem loco acies instructas
eadem tempestas diremit. Vbi recepissent se in castra, mi-
ra serentis cum tranquillitate oriebatur. In religionem ca-
res apud Pœnos uersa est, οἱ ἦ καλὰ χυλόνιοι τῶτο ἔθνη μίον
ἰπὸνιστῶτο δεισιδαιμόνας, id est, Pœni interpretati sunt
id dijs non placere, ut pro urbe Roma capienda confige-
rēt, uel ut urbs Roma armis oppugnaretur. Plaut. in Cur-
gul. Vocat me ad cœnā, religio fuit, denegare nolui. Ver-
ba sunt parasiti, significātis se (ut uulgi uerbis loquar) cō-
scientiam fecisse, si homo ipse parasitus ad cœnam uoca-
tus non iret. Cicer. in i. Philippica, Cum innumerabiles,
inquit, religiones in Rempub. inducerentur, id est, anxie-
tates & formidines impendentis quasiq[ue] aduentantis irae
diuinae. Exoluere religione, est huiusmodi scrupulum adi-
mere. Liu. lib. i. x. ab Vrbe condita de Spurio Posthumio
loquens, Caudine pacis autore, Dedamur per feciales
nudi, uinctiq[ue] exoluamus religione populū, si qua obliga-
uimus, ne quid diuini aut humani obstet, quo minus ius-
tum piūq[ue] de integro incatur bellum. Et paulò post,
Nam

In religionem
uertit.

Exolnere reli-
gione.

Nam quòd deditioe nostra negant exolui religione populorum, id istos magis ne dedantur, quàm quia ita res habeat dicere, quis adeò iuris feccialium expers est qui ignoret? Idem lib. 111. Edicimus itaq; Omnes qui in uerba iurastis, crastina die iurati ad lacum Regillum adstis. Cauiillari tum Tribuni, & populum exoluere religione, priuatum eo tempore Quintium fuisse cum sacramento addicti sunt. Id est, coeperunt Tribuni dicere nulla religione sacramenti obstrictum esse populum qui in uerba priuati hominis iurasset, nec metuendum periurium si imperio eius non paruissent.

Ex eadem lege, circa finem.

Etiam si per luxuriã id factũ. Sic quidẽ ubiq; legitur, sed corrupte omnino. Propterea nõ per luxuriã, sed plurifariã legendũ esse puto, hoc sensu, Etiam seruũ fanaticũ hoc edicto redhiberi non debere, non modò si semel, aut uno modo id fecerit, sed etiam si plurifariã. Vitũ enim esse animi fanaticũ uaticinari, de quo hoc edicto nihil cauetur. Et alioqui luxuria in hoc sensu Latinum non est, id est, ut crapulã significet & uinositatem. Luxuria enim & luxus profusam impensam significat. Luxuria (inquit Festus) morũ est solutio. Luxa enim membra dicuntur e suis locis mota, à quo luxuriosus in re familiari solutus. Est etiã luxuria & luxuries segetum quam Plin. inter uitia frugum ponit, id est, redundantiã germinis. Cicer. de Orat. in eius oratione (ut in herbis rustici solent dicere in summa ubertate) inest luxuries quedam quæ stylo depascenda est. Id est, scribendi frequẽtia & assidua meditatione reprimenda illa naturalis ubertas quæ interdum redundat.

Ex l. secunda, V el melancholici.

Melancholici. Melancholici sunt qui morbis melancholici, id est, atræ bilis

bilis uexantur, qui morbi animi sunt non corporis. Apud Aeginetam medicinæ autorẽ caput est in tertio de mania & melancholia, ut suprã diximus. Melancholici igitur ut manici, qui & maniaci dicuntur, mente capti sunt. Vnde Cicero in 111. Tuscul. de insania & furore loquens, Eos enim, inquit, sanos intelligi necesse est, quorũ mens motu quasi morbo perturbata nullo sit. Qui contra affecti sunt, hos insanos appellari necesse est. Et paulò post, Græci autem mania unde appellat non facillè dixerim: eam tamen istam distinguemus nos melius quàm illi. Hanc enim insaniam, quæ iuncta stultitiã patet latius, à furore distinguimus. Græci uolũt illi quidẽ, sed parũ ualent uerbo. Quem Furor. nos furorem, melancholia ipsi uocant, quasi uerò atra bili solum mens, ac non sepe uel iracundia grauiore uel timore uel dolore moueatur. Quo genere Athamantem, Alcmæonẽ, Aiacẽ, Orestem furere dicimus. Qui ita sit affectus, cum dominũ esse rerũ suarũ uctant x 11. tabulã. Itaq; non est scriptũ si insanus, sed si furiosus esse incipit. Stultitiã enim consuerunt, id est, inconstantia sanitate uacantẽ, posse tamẽ tueri mediocritatẽ officiorũ & uitæ cõmunem cultum atq; usitatum. Furorem autem esse rati sunt mentis ad omnia cecitatem. Quod cum maius esse uideatur quàm insania, tamen eiusmodi est ut furor in sapientem cadere possit, non possit insania. Secundum hæc Ciceronis Insania. uerba insania est quã Græci maniam: furor, quam ipsi melancholiam appellant. Idem alibi philosophicẽ insaniam interpretans ita inquit, Sanitatem enim animorum positam in tranquillitate quadam constantiaq; censebant. His enim rebus mentem uacuam appellant insaniam, propterea in perturbato animo sicut in corpore sanitas esse non possit. Celsus libro 111. Insaniam Latine appellari dicit, quam

De melancholicis ex Aristotele.

quã Græci phrenesim uocãt, & phreneticorũ uel phreneticorũ potius, id est, insanorũ tria genera facit. Est autem phrenesis, siue ut Græci scribunt phrenitis, acutus morbus in febre superueniẽs, cũ ægrotãtes desipiunt, & aliena loquuntur. Plin. lib. x xviii. Athletæ torpẽtes, uenere reslituuntur, uenere uox reuocatur, cũ ea candida declinat in fuscã, medetur & lumborũ dolori, oculorũ hebetatidni, mente captis, ac melancholicis. Aristoteles in Probl. tricestimã sectione, multa de melãcholicis subtiliter & luculentẽ disputauit, ex quo problemate nõnulla ad hunc locum attinẽtia a scribẽda his putauimus. In quibus autẽ, inquit, habitu melancholico natura cõsisterit, mox ijs multa & uaria morborũ genera exoriuntur, prout alius aliam habitus intemperiem sortitus est. Exẽpli gratia, in quibus multa & frigida bilis est atra, ij stolidi sunt et ignaui: in quibus per multa & calida, ij perciti et in genio si, amassij, propensi ad omnẽ excandescentiã & cupiãtate: nonnulli etiã loquaciores: multi etiã propterea quod ille calor scãdimentus in uicino est, morbis uesaniẽ implicãtur, aut instinetu lymphatico inferuescũt, ex quo Sibylla efficiuntur & Bacchæ & omnes qui diuino spiraculo instigari creduntur, cum scilicet id non morbo, sed naturali intẽperie accidit. Interpres uir doctissimus morbos uesaniẽ uocauit, quos Aristoteles manicos dixit: & spiritu lymphatico inferuescere pro entheasticum fieri & fanaticum, ut supra diximus. Lymphati sunt quos Græci nympholeptos uocant, quasi nympharum spiritu correptos. Vnde & Lymphathiones nocturne apud Plinium. Πολλοὶ ἢ καὶ διὰ τὸ ἔγγυς εἶναι τῶν νοερῶν τῶν τῆρ θέρματι τὰύτην, νοσημασιν ἀλισκοῦσιν μανικοῖς ἢ ψυθροισατικοῖς, ὅθεν σιβυλλῆ καὶ βακχίδες καὶ οἱ ἐνθεοὶ γινούσιν πάσῃτες.

Ex lege

Ex lege quarta, Nec gulofos nec impostores.

Impostores (inquit Accursius) qui imponunt aliquid alicui. Impostores dicuntur uersuti & fallaces homines: & impostura huiusmodi fallacia, ab eo dicta, quod adulterinas merces pro ueris supponat. Inde imponere pro decipere simpliciter accipitur. Tacitus libro xvii. Falluntur quibus luxuria specie liberalitatis imponit. Sic Plinius in epistolis, Ne tibi optime indolis iuueni quorundam immensa luxuria specie frugalitatis imponat. Pollio in Galienis, Cũ quidam gemmas uireas pro ueris uendidisset eius uxori, atque illa re prodita uindicari uellet, rapi quasi ad leonem uẽditorem iussit, deinde caeca caponem emittit: mirantibusq; cunctis rem tam ridiculam, percurionem dici iussit, imposturã hic fecit & passus est, deinde negociatorẽ dimisit. Φεναισμοδὸς à Græcis impostura dicitur, & φεναισμοδὸν imponere, quo uerbo Demosthenes identidem uti solet. Verbum ab eo tractum quod φεναισμοδὸν adulterina coma dicitur, quẽ Latini uno uerbo galericulum appellant, ut Græci φαλιδιον apud Demosthenem φαλιδιον παραφροσύνης. Ibi enim φαλιδιον, τὸ ἐπιτηδαισιον νόμιμον intelligo. Tranquillus etiam capillamentum. Impostores etiam à Græcis plani dicuntur, sed certi cuiusdam generis impostores, insigni uersutia pradiiti: quo uocabulo potius quã Latino Cicero pro Cluentio usus est: hic ille planus, inquit, improbißimus quæstu iudicario passus, qui illi pecuniã quam cõdiderat, sse atque animo iam incubaret, contrahit frontem. Recordamini faciẽ atq; illos eius fictos simulatosq; uultus. queritur se ab Opianico destitutum, & qui esset totus ex fraude & mendacio factus, quiq; ea uitia quæ à natura habebat, etiam studio

Impostores.

Impostura.

Φεναισμοδὸς.

Φεναισμοδὸν.

Φεναισμοδὸν.

Παλιδιον.

Capillamentum.

Plani.

studio atque artificio quodā malitiæ condidisset, pulchrè
 asseuerat se ab Oppianico destitutū. De planis ita inquit
 Eustathius Homeri interpretes in *Odyssæam*, Εστὶ ἡ πλάσις
 ὁ τεχνικὸς ἔργον ἵνα καὶ τὸ ἀποπλατῆται τοῖς θεομύθευσι, ὅπως
 Κίπριος ὁδωρὸς τε καὶ Παρτολεῶν καὶ Ματρείας, ὅς κατὰ
 τὴν ἱστορίαν τῆς Αθηνῶν ἔλεγε πρὸς αἰνίγμα, θεοῖον τι ἴ-
 σται ὅπερ αὐτὸ ἑαυτὸ ἔσθις, **Planus** est, inquit, qui artem
 quandam profitetur imponēdi etiam spectantibus, quales
 fuerunt Ciphissodorus & Pantoleon & Matreas apud
 Alexandriā, qui ut autor est Athenæus historicus, huius-
 modi ænigma proposibat, Alere se feram quandam que
 semet ipsa estaret, ita ut nūc usque Matrea fera nō inuen-
 ta sit. Fortasse, autem, inquit, aut iram aut inuidiam aut
 animi ægritudinem significare uoluit, aut huiusmodi ali-
 quem affectum, ὅς καὶ ἰσθῆδι μέχρι τῆς νύκτος τῆς Ματρείας
 θεοῖον, τὸ ἴσως ἢ φθόνου δολοῖ ἢ λύπης. Huiusmodi au-
 tem impostores in delicijs olim regum fuisse ex Plinij uer-
 bis cōiungere licet libro x x x v. Non fuerat, inquit, Apel-
 li gratia in comitatu Alexandri cum Ptolemæo. Quo re-
 gnante Alexandriam uel tempestatis expulsus, subornato
 fraude emulorum plano regio, inuitatus ad regis cœnam
 uenit: indignantiq; Ptolemæo, & uocatores suos osten-
 denti ut diceret à quo inuitatus esset, arrepto carbone ex-
 timēto ἐ foculo, imaginem in pariete deliniauit, agnoscente
 uultum plani rege ex inchoato protinus. Gellius libro
 x v. hæc ignorasse uidetur, qui pro sycophanta planum
 intelligendum putauit apud Laberium & Catonem. Qui
 etiā addubitalle uidetur, an uerbum Latinum esset. Impo-
 storem insignem ætas patrum nostrorū uidit Franciscum
 Villionū, quo uno nomine plani diffinitio maxime intelli-
 gi potest. Iudæi Christum dominum nostrum contumelio-
 sissimo

ssimo nomine planum uocauerunt, Matthæi xxvii. Do-
 mine recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc uiuēs:
 Post tres dies resurgam. Κύριε ἐμνήσθημεν ὅτι πλάσ-
 ῃς ἡμῶν μετὰ τῆς ἡμέρας ἐγείρομαι. Qui locus haud
 dubiè sic uerti debuit: Domine, memoria tenemus quod impo-
 stor ille dixit: Post tres dies resurgo. Impostorē enim uo-
 cabant quasi prestigias quasdā pro miraculis ederet, &
 ueluti circulatorijs strophis populum ludificaretur.

Ex eodem loco.

Tamen si ita fatuum uel murionē uendiderit.) **Legen-**
 dum morionē. Moros Græcè stultus dicitur, unde morion
 diminutiuum, quo etiam Latini utuntur. Moriones sunt
 fatui quos in delicijs Principum esse uidemus. Plinius in
 Epistolis: Scurræ, cinædi, moriones mensis inerrabant.
 Idem: Si quid mole à cinædo, petulans à scurra, stultum à
 morione profertur. Lampridius in Alexandro: Nanos &
 nanas & moriones & uocales exoletos & omnia acroa-
 mata & pantomimos populo donauit. Eiusdem generis
 sunt Sanniones à sanna, id est, ab ore distorto dicti, nisi
 quod sannio ex mimorum genere fuisse uidetur. Cicero in
 secundo dialogo de Oratore: Atq; hoc etiā animaduerten-
 dum est, non esse omnia ridicula faceta. Quid enim potest
 esse tam ridiculū quàm sannio est: sed ore, uultu, imitandis
 moribus, uoce, deniq; ipso corpore uidetur. Salsum hunc
 possum dicere, atq; ita ut non eiusmodi esse Oratorem ue-
 lim, sed ut minimum. Huiusmodi sanniones uidemus in pom-
 pis que per urbem traduci solent, & in ludis theatri-
 bus & in saltationibus chironomicis, scurrili ipsos gesti-
 culatione risum populariter excitantes. Moros igitur un-
 de morion dictus, fatuum & stupentem significat. Vnde
 morari uerbum Latinum prima producta factum. Cuius
 T exemp

distinguit, eodem ad utrumq; significatū etymo subseruit
 te, ut sint myopes, qui iam inde à principio ortus sui, nisi
 ad mota oculis cōtueri nequeunt. Cuiusmodi multos uide-
 mus, qui res intuendas oculis propè contingunt, et limis
 etiā semiclusisq; oculis aspiciūt. Aristot. in Problem. se-
 ctione xxxi. Διὰ τὶ οἱ μύωπες σιωάζοντες τὰ βλέφαρα
 ὀρώσιν. Cur myopes cōtractis palpebris uident. Μυωπά-
 ζειν ἢ λέγουσιν οἱ οὐ γινετῆς τὰ μὲν ἐγγύς βλέποντες, τὰ
 δὲ ἐξ ἀποστάσεως ἄχ ὀρώσιντες. Ἰσχυρία δὲ πάσχειν δι γ-
 ρῶντες τοῖς μυωπάσσειν, τὰ γ' ἐγγύς μὴ ὀρώσιντες, τὰ πρῶ-
 τῶν βλέπονται. id est, Myopes autē dicūtur, qui ab ortu
 primo proxima quidē uidēt, remota uerò nō uidēt. Sen-
 bus autē uitii huius cōtrariū accidit, si quidē senes admota
 non uidentes, longè reducta uident. Idem: Νυκτάλωπας ἢ
 λέγουσι ὅταν μὲν συμβῆ τῶν μὲν ἡμέραν βλέπειν. διουμῆν
 ἢ ἡλίου ἀμυρότροπον ὀρώειν. νυκτὸς δὲ γονομῶντος ἢ δὲ ὄλας,
 Nyctalopas dicūt cū interdū uident, occidente uerò so-
 le hebetius uident, ad plenā uerò noctē ne paululum qui-
 dem. Nyctalopia uitium ipsum est ut myopia. Dioscori-
 des tamen nyctolopa pro uitio identidem accipit.

Ex eadem lege.

Quæsitum est an balbus et blesus et atiphus, isq; qui
 tardius loquitur, et uarus et uaricus sanus sit. Hunc lo-
 cū cū essem Florentiæ in Pisanis Pandectis ita legi. An
 balbus et blesus et atypus, isq; qui tardius loquitur, et
 uarus et uarius. Apud Gell. lib. 1111. sic etiam corrupte
 legitur. Balbus autē et atyphus uitiosi magis, quàm mor-
 bosi sunt, ut equus mordax, aut calcitro uitiosus magis,
 quàm morbosus est. Aristotel. in Probl. segmento undeci-
 mo, tria genera huiusmodi uitiorum ponit, τραυλότης,
 Vitia. τρελλότης, ἰσχοφωλία, uel etiam, ἰσχοφωλία, ut apud
 Herod

Herodotū legimus in antiquo exēplari, id est, blæstatē,
 balbutiē, linguæ hæsitantiā, Τραυλότης, inquit, id est, blæ
 sitas, est τὸ γράμμα τὸς τινος μὴ κρατῆρ, ἢ τὸ τὸ ἐ τὸ τυ-
 χῆρ: id est, literā aliquam exprimere nō posse, tamq; non
 quilibet, sed certā. τρελλότης, id est, balbuties, τὰ ἐξ αὐτῆ
 τῆ ἢ γράμμα ἢ συλλαβῶν, est literam exterere uel sylla-
 bam: id est pronūtiando eximere et prætermittere. Hæsi-
 tantia est, syllabā syllabæ iungere propere nō posse. Hac-
 tria uitia expressit Vlpian. et aliud præterea, quod aty-
 pinomine uocauit, quod quid sit nondū inueni, nec inuen-
 turum me spero. Ex iustimo tamē ab etymologia uocabuli
 eos esse atypos dictos, qui non satis expedito plestro lin-
 guæ uterētur, quasi aērē nō ferietes, uel quasi nō satis uer-
 ba exprimētes, conformātes ue. Sic enim uulgius dicere so-
 let de ijs qui malè uerba exprimūt. Aegineta ancylologlo-
 sum appellat uitii linguæ, aut congenitum, astricta lin-
 gua infanti nascenti membranulis quibusdam duriusculis
 et breuioribus, aut agnatū, id est, accidentariū, cū ul-
 cus sub lingua cicatricē duriozem obduxit. Est autē uin-
 culū neruosum, quod filum uulgariter nuncupatur. Exi-
 mitur autem hoc uitii instrumento chirurgico, quod an-
 cyclotomō appellant, id quod cū puero eximeretur, uidi.
 Αγκυλόλωπος, inquit ille, πᾶθ' ἐν τῇ γλώσσῃ, πὸ τὸ
 μὲν ὅτι φούσως, πὸ τὸ ἢ ἐξ ἐπικτῆτος. Aristophanes in co-
 mædia quæ Sphæces, id est Vespæ inscribitur: Traulos,
 id est, blesos esse significat, qui l pro r exprimūt. Cic. ta-
 men in primo de Orat. balbū in eo significatu accepit de
 Demosthen. loquēs: Cumq; ita balbus esset, ut eius ipsius
 artis, cui studeret primā literā nō posset dicere, perfecit
 meditādo, ut nemo planius esse locut' putaretur. de litera
 ῖ loquēs, quæ prima est in Rhetorica. Vari sunt pedibus Vari

Τραυλότης.
 Blæti.
 Balbi:
 Hæstantes:

Ancylologlo-

Αγκυλό-
 λωπος

incuruis, & in se contractis, cuiusmodi spadones & castratos uidemus. Vnde etiam uaræ manus. Ouidius nono Metamorph. Tenuiq; à pectore uaras In statione ma-

Valgi. nus. id est, incuruas. Uis contrarij sunt ualgi, qui alrinfecus prominètes suras habèt, & in diuersum actas, quales cãcri habèt, et lacertæ autore Aristotele, qui Aegyptios huiusmodi esse tradit in Problematis, eadẽ ratiõẽ qua capillũ crispum habent, & à calore intortum. Hi à Græcis

Blæsi. Blαιοi dicuntur, ut illi φαβοί. Valgos (inquit Festus) Aurelius intelligi uoluit, qui diuersas suras habèt, sicut è contrario uari dicuntur incurua crura habètes. Aristot. Αἰετί οἱ Αἰγυπτίοι καὶ Αἰθίοπες βλαίοι εἰσίν; Cur Aethiopes & Aegyptij blæsi sunt cruribus? Sic enim transtulit interpretres, qui blæfos Græcè protulit, quos Festus ualgos Latine appellatos esse dixit. Blæfitas autẽ nõ modò uitium est linguae, sed etiã eorũ uitium, qui ob læsum gressum habent, quæ ratio est uocabuli apud Græcos τὰ παρὰ τὸ βλάτισμα. Vatiij sunt, qui pedes extrorsus obtortos habèt, ijde

Vatij. ut arbitror, qui ualgi. V arro lib. 11. de re Rustica, de canibus loquens: Sint cruribus rectis, ac potius uaris quam uatijs: id est, in se potius, & introrsus intortis, quam extrorsus. Plin. lib. undecimo: Vola homini tantũ, exceptis quibusdam. Nã & hinc cognomina inuẽta plauci, planci, scauri, pãse. Sicuti à cruribus uari, uatie, uatini, que uitiã & in quadrupedibus. Alioquin uari apud Celsum lib. sexto, macule sunt oris, ut lenticulæ & ephelides, unde homines uarij dicti. Idem lib. quinto, de pustulis loquens quæ ex aethemata dicuntur Græcè: Ea, inquit, modò rubèt, modò colorẽ cutis non excedũt, nõnunquam plures similes uaris oriuntur. A uaris uarij homo dictus, ut lynces uariæ. Vnde iocus Ciceronis apud Quintilianũ in sexto,

Vari, & Ephelides.

Varij. in

in Isauricum: Miror quid sit, quòd pater tuus homo constantissimus te nobis uarium reliquit. Vbi intelligi uoluit uaris in facie distinctum.

Ex lege, Qui clauum.

Trebatius ait non esse morbosum os alicui olere, ueluti hircosum strabonẽ. Hoc enim ex ingluuie oris accidere. Nunc locus haud dubiè deprauatus est, uel mutilatus potiùs. Quid enim straboni cũ hircoso? aut quid ingluuies ad oculos distortos pertinet? Hircus fœtor est alarum, quem Plinius alarum graueolentiam appellat, & aliquando uirus alarũ. A Græcis itidem tragos dicitur. Vnde tragizõtes pueri ab Aristotele dici putantur libro septimo, de historia animalium, ab alarũ odore, quasi hircientes, cùm pubescentes uenerem agnoscere incipiunt, & uocem in sonum asperiorẽ inæquabilioremq; mutare. Neq; enim, inquit, acuta præterea uox est, neq; grauis, neq; tota æquabilis, sed similis fidibus incõtentis & asperis, ὁμοίως φαινομένη τῆς παρὰ τὸν ἀσπερῆν καὶ τὸν ἀσπερῆν καλοῦσι. Alexander tamen Problematiũ libro primo φαγῶντας eos uocat, metaphora (ut ipse inquit) ab hircorum uoce ducta propter arteriæ asperitatem. Alioquin omnis graueolentia tragos à Græcis dicitur, unde Ἐπὶ φαγί-
ῆν τῆ δὲ σμῆν Dioscoridi p admodũ olere. Idẽ: τὸ ὑπὲρ τῶν φαγῶν βρομαδες φαγοῦ καλοῦσι. Et tragomaschali dicti, q uirus alarum olent, id est, hircosi, ut Plaut. appellat. Gell. li. x. i. Quidã sunt tam magni sensus Q. Emij, ut licet scripti sint inter hircosos, possit tamẽ inter unguẽtatos placere. Quo in loco tũ metaphoricè accipitur. Fortasse igitur hic legẽdũ ueluti hircos, uel tragõ, uel sic, ueluti hircosũ tragõta, uel quid simile. Est autẽ Græcum, quod imperiti Latinis literis perperã scripserũt. Nihil tamen constituo.

Hircus.

Hircientes.

Ἐπὶ φαγί-
ῆν τῆ δὲ σμῆν

Tragomaschali.

Hircosã.

Vix enim rationem inire possis, cur ab oris foetore Inris-
 consultus ad alarū foetore abrupte transferit, quasi ex em-
 plum subdendo eius, quod ante dixerat. Sed illuuiē legē-
 dum esse, non ingluuie, facile conijcio. Ingluuiēs enim nō
 ἄλυσία oris est, sed illuuiēs, quæ Græcè ἀλυσία dicitur.

**Ex lege, Quæritur, De eo qui
 urinam facit.**

Vlpiā. his uerbis morbi genus significauit, quod à Græ-
 cis ἐνσπῆρ dicitur, id est, immeiere Latine, quæ qui patium
 tur, leſtos permingere solēt. Morbus est plerūq; puerilis,
 ut inquit Paulus Aegineta, χαλασις τῆς τραχίλης ἢ κί-
 σεως μὲν, τὸ τὸ πάθῃ ἐργάζεται, Luxatus, inquit,
 ceruicis uasica musculus hoc uitium efficere solet.

**Ex eadem lege, Si quis habeat
 antiacham.**

Hic locus luculento errore corruptissimè legitur in o-
 mnibus exemplaribus, sic autem haud dubiè emendandus:
 Si quis habeat antiadas, an redhiberi possit, quasi uitiosus
 queritur, et si antiades sunt quas existimo, id est, inuete-
 ratos, uel etiam inueterati, et qui iam discuti non possunt
 faucium tumores, qui antiadas habeat, uitiosus est. Antia-
 des Græcè, tonsillæ Latine dicuntur, de quibus Plin. Ton-
 sillæ, inquit, in homine, in sue glandulæ. Ab Aristotele in
 primo de hist. or. animalium paristhonia uocantur, quasi
 iuguli isthmon, id est, angustias obsidentes. Cic. in secun-
 do de Natu. Deor. Linguam autem ad radices eius hæres
 excipit stomachus, quò primum illabūtur ea quæ recepta
 sunt, et oris utraq; ex parte tonsillas attingens, pala-
 to terminatur. Stomachum hoc in loco Cicero propriè
 pro gula et gutture accipit. Est enim stomachus, ut Gale-
 nus inquit, στόμα τῆς γαστρὸς, id est, os uentriculi. Antias no-
 men

Antiades.

Stomachus.

men est tam particula, quā morbo accommodatū, ut uua. Vua.
 de qua paulò superius legimus: Itē si uua in gutture intu-
 merit. Quāuis Aristoteles in anatome: In ore, inquit, pe-
 nitiorē particula est alia staphilophoros, id est, uuigera.
 Columella nomine, uenæ insidēs: quæ si nimio humore in-
 tumuerit, staphyle. i. uua uocatur, et strangulat. Celsus
 uuam appellat et morbum, et particulam. Alex. Probl.
 lib. II. κιοιδῆς, id est, columellam uel columnellam à simili-
 tudine columnæ uocitari ait, cum ex rheumate oblonga
 fuerit. Vuam autem, id est, σταφύλιω, cum in acinum intu-
 merit. Tōsillarum exemplum est apud Celsum lib. VII.
 Tonsillæ quæ post inflammationes induruerūt. Antiades
 autē à Græcis appellantur: cum sub leui tunica sint, oportet
 digito circūradere et euellere. Si ne sic quidem resol-
 uūtur, hamulo excipere, et scalpello excidere. Tū ulcus
 aceto eluere, et illinere uulnus medicamēto, quo sanguis
 supprimatur. Quo tandē in loco mēdosè antiyades pro
 antiades in impressis libris legitur. Paulus lib. III. ἐστὶ ἡ
 ἀντιὰς ὅτι καὶ σκιστῶδες τῶν παροσθμίων, Antias, inquit,
 est tonsillarū asseſio, cum in tumorem obduruerūt. Idem
 lib. VII. Quæmadmodum autem adenes, id est, glandulæ,
 cū induruerūt, choerades, id est, scrophulæ uocitantur: ita
 et tonsillæ inflammatione supra modū adauctæ, uorandi
 spirandiq; meatus altrinsecus insidētes, antiades uocitæ
 sunt, καὶ τὰ παροσθμία φλεγμίναι, καὶ ἐπὶ δρασθενθῆρα,
 τῆ τε κατὰ πόσιν καὶ τῶ πνεύματι ἐξ ἐναντίας ἀλλήλων
 τῆς κλύδα, ἀντιάδες ἐκλήθησαν. Discutere autem uer-
 bum est medicinale. Tubercula enim aut discutuntur,
 aut emittuntur. Discutuntur interdum, id est, dissoluntur,
 discutunturq; incipientia ne suppurent, quod fieri
 solet, cum in aliquem locum incommodum humores in-
 gruunt

Columella.

Tonsillæ.

Discutere.

gruunt. Emittuntur autem suppurantia & iam concocti, aut naturæ sponte, aut scalpeilo, uel cauteri adhibito, quod fit cum humores ad locum opportunum erumpentes, eliciuntur etiam medicamentis, & euocantur, ut ulcera prorsus exanientur, id est, pus & saniem egerat. Inde discussoria medicamenta dicta, quæ Græci diaphoretica uocant. exempla apud autores scitent. Discutere alioqui distingere est & disturbare. Fabius libro sexto: Non autem commouere tantum commiserationem oportet, sed etiam discutere. Idem: In discutienda tamen oratione huiusmodi scena.

Ex lege, Quæ bis in mense.

Quæ bis in mense purgatur, sana non est. Item quæ non purgatur. Huius dicti causam uerbis Pliniani reddemus libro septimo Naturalis historiae, de menstruis muliebribus loquens, sic enim inquit: Et hoc tale tantumque omnibus tricenis diebus malum in muliere existit. Quibusdam uero sæpius mense, sicut aliquibus nunquam, sed tales non gignunt, quando hæc est generando homini materia, semine è maribus coaguli modo hæc in sese glomerante, quod deinde tempore ipso animatur, incorporaturque. Ergo cum grauidis fluxit, inualidi aut non uitales partus eduntur, aut saniosi, ut autor est Nigidius. Paulus duo uitia circa hoc ponit, è μείνωσιν ἀποχλιών, id est, menstruum retentionem, cum menstrua sistuntur, & ἐπιόρησις, id est, immodicam purgationem, cum mulier plus iusto purgatur, quæ & ἀποπόρευσις ἀδύσπερος uocatur. Ad huiusmodi uitia medicamenta inuenta sunt, qui pesti dicuntur, & ex lana confecti in muliebria induuntur.

Ex I. Quis sit fugitiuus, circa princip.

Item apud Iulianum relatum est, Fugitiuum ferè ab effectu animi intelligendum esse. Sic quidem ubique legitur, præ

preterquam etiam quod Accursius ita agnoscit, ut exitatis ab eo locis apparet. Quod mihi mirum uidetur, cum nemo sit hodie ferè iudicio quidem non carès, qui non facile intelligat, non effectu animi, sed effectu legendum esse. Fugitiuus (inquit Iurisconsultus) ab effectu animi, id est, habitu animi, & proposito intelligendus est, non autem ab effectu, id est, à fuga ipsa. Fuga enim, id est, effectus non tantum fugitiuum facit, nisi comes quoque sit effectus. Quomodo & uice uersa effectus non fugitiuum facit, nisi sequente effectu. quippe non solum consilij, sed etiam facti fugere est. Similis est error tertio abhinc paragrapho, Fugitiuum esse ab effectu animi cuiusque æstimandum. Vbi effectu proculdubio legendum est.

Ex eadem lege, §. Idem ait.

Si autem in hoc tantum latuisset, quoad iracundia dominorum effervesceret.) Effervescere ita dicitur, cum homo ira exardescit. Effervescere enim ebullire est. Columella lib. decimo tertio: Tertia die quam calcaueris, cõdituram effundito. Sed antequam cõdias, musti aliquantulum in seriam de feria transfero, ne in condiendo cum medicamento effervescat & defluat. Id est, ne ebulliendo circumfundatur. Cic. in 1. de Orat. Oratione autem celeri & cõcitata, & uerbis effervescentibus. Idem de Provincijs Consularibus: Mithridaticos impetus, totumque pontum armatum, effervescentem in Asiam, id est, feruendo erumpentem, ἐκβαρύνοντα. Legendum igitur deferuescat, quod contrarium est effervescenti. Cic. in quarta Tuscul. de ira percitis loquens: Iis autem sunt subtrahendi ij, in quos impetum conantur facere, dum se ipsi colligant, aut rogandi sunt, orandiisque, ut si quam habent ulciscendi uim differant in tempus aliud, dum deferuescat ira. Deferuescere autem certè

Effervescere.

Deferuescere.

certè significat ardorem animi inuita ratione excitatam, & reliqua. Deferuere igitur dicitur, ut deflagrare.

Deflagrare. Lucanus: Sic deflagrare minaces Passus. Et Liu. Spes interdū subibat deflagrare iras uestras, purgari suspiciones posse. Et deflagrare seditionē, Tacitus. Et de seuire pro mitescere, Lucan. Nec dū defœuiat ira Expectat, qđ Liuuius exœuire dixit, de tēpestare loquens ἀντι τῆ ἀποβῆς? εἰ? εἰ? Εfferuere tamen defendi potest eodē utrobisq; sensu, quanquam cōtrariæ sint significationes duorū uerborum. Quemadmodū enim quoad uiuet, & quoad morietur, uidentur duæ res dici cōtrariæ, cum tamē idē tēpus demonstrant, ut autor est Gellius, & quoad Senatus habebitur, & quoad Senatus dimittetur; sic etiam quoad ira dominorum effrueretur, id est, quoad domini exan defœuerēt, et quoad ira defrueretur, id est, quoad mitescerent ipsi, eodē sensu dici possunt. Quin & Cice. effruere ut Vlpianus pro defruere usus est, hoc est, ἀνοβῆς? εἰ? ad Varronem scribens: Tibi igitur cenfeo latendum, dū effruerit hęc gratulatio, nisi sit dum pro tantisper dū & interim dum, cū indicatiuo. Terēt. in Heaut. Tantisper dum id quod uolo facis. Idē: Quid malū ē attem cenfes uelle id ad simularier? Vnus est dies, dū argentum eripio: pax: nihil amplius. Quod autē sequitur: Cum dominū animaduertet uerberibus se afficere uelle, proripuit se ad amicū. Legendū proripuit, id est, raptim sese ē conspectu eius abstulit. Cicero de Arusp. resp. Attamē ignarus ille qui Consules essent, exanguis atq; exastuans se ex curia repentē proripuit cum quibusdā fractis iam atq; inartibus minis. Vnus est etiā Martianus in l. secūda, De captiuis, & postlim. reuerfis. Subducere uerō se, est sensim & clanculū discedere, ita ut nullus animaduertat.

Terent.

Terēt. in Eun. Vbi primū poterit, se illinc subducat, scio. Idē prouere pro proripere dixit: Vix elocuta est hęc, Proruere. foras simul omnes prouunt se. abeunt lauatum, ita ut fit domini ubi absunt. Significant enim hęc uerba impetum eundi. Idem in Adelp. Syre obsecro uide, ne ille prorsus se irruat. Liuuius in 1. secundi belli Punici: Itaq; procul in conspectos immitterentur equites, sublatis raptim signis, quam citatissimo poterant agmine sese abripuerunt. Apulcius in octauo Asini: Arrepto nudo gladio per median ciuitatem cursu furioso proripit se, proculdubio nescio quod scelus gestiens.

Ex eadem l. §. Apud Labeonem,

si quis in asylum cōfugerit.) Asylum scribendum per y Græcū & uicū l. Asyli meminit Liuuius li. 1. ab urb. cōd. Ab asylo Asyilia dicitur pro eo iure libertatis et ueni. e. qđ Asyilia. quis apud aras consequitur, quam immunitatem ecclesie uulgō uocant, ut in illo exēplo, εἰς τὸ θεῶν οὐκ ἀποδύοντες ἀσυλίου εἶχον. Aedem igitur asyiam, uel ut Græci loquuntur asylon dicere possumus, et simulacrū asylum, id est, in qua, uel ad qđ ius est asyliæ cōfugientibus. Philost. καὶ ἀσυλίου ἀνδρείας τῆ Τυβερίας, id est, ad statuum Tyberij cōfugientibus ius erat asyliæ. uel ad uerbum, Asylos enim erat statua Tyberij. Græci enim huiusmodi nomina cōposita cōmuni genere effruūt, ut diagonios linea apud Vitruuiū lib. v. 1. quæ diagonalis à plerisq; dicitur. Et lib. v. Ab eo loco per centrum parallelos linea ducatur. Sic & perimetros & diametros. Et linea cathetos apud Censorinū pro perpendiculari, quā normalem etiā ipse uocat, & apud eundem Vitruuiū li. 1. x. aquarū expressio automatos, id est, σφοδρανα. Asyli etiam dicuntur à Græcis homines à uiolentia tuti, ut sunt sacrosancti, quos atting.

attingere sine piaculo non licet, nec prehendere, quales erant Tribuni plebis apud Romanos. Plutarch. in Probl. Τῆ δὲ τιμῆ τοῖσιν αὐτοῖν καὶ ἰερόν καὶ ἄγιοι καὶ ἀσολοι, Honore, inquit, Tribunal sacrosanctū Romani faciunt & asylon. Pollux, Ασολοὶ ἡ ἄσολοι οἱ κέρυκεσ, καὶ ἔστι αὐτοῖσ παλαιὰ χόσε ἀδελῶσ ἱεραὶ, Asyli erant caduceatores, & licebat eis tutò quoquo uellent ire.

Exl. Si quis uenditor.

Si constantē aut laboriosum, aut curacē, aut uigilacē, aut ex frugalitate sua peculium acquirentem affirmauerit, & is ex diuerso leuis, proteruius, desidiosus, somniculosus, piper, & tardus comessor inueniatur. In aliquibus libris cōensor legitur, neutrum rectē. Ad intelligentiā igitur hui⁹ loci cōmemorandū esse ratus sum id quod Donat. in Phormionē adnotauit, Quaternos olim frumēti modios quolibet mēse seruos à dominis suis accipere solitos, idq; demesum appellatū esse. Verūm à mēse an à demetiendo incertū. Ex quo more Terentianū illud mansisse, Quod ille unciatim uix demeso suo suū defraudans genū comparat miser, id illa uniuersum arripit, haud existimans quāto labore sit partū. Hactenus ille. Plantus in Stichos: Vos meministis quot Calēdis petere demensum cibum, qui minus meministis, qd' opus sit factō facere in adibus. A Græcis σιτομέτριον dicitur, quasi frumēti mēsurā.

Luc. xii. τίς ἀρα ἔστι ὁ τῷ σὺ δίκονόμου καὶ ἄλλοσ δ' ὁ κέρος ἡδὲ τ' ὀσπανάσ αὐτὸς τῆ δὲ δὲ βύου καὶ χαρπῶ τὸ σιτομέτριον; Quis putas est fidelis dispensator et prudens, quē constituit dominus super familiā suā, ut det illis in tēpore tritici mēsurā? Sic enim habet traductio uulgata. Quē locū si Hierony. trāstulisset, ut fecisse falsò creditur, sic ad uerbū ut arbitror dixisset: Quis nā est fidelis ille,

Demensum.

Σιτομέτριον. Lucus locus.

ille, ac prudens dispensator, quē constituet dominus super familiam suam, uel in familia sua, ut det illi in tempore demesum? De futuro enim loquitur, nō de presenti, aut praeterito. Constituet enim per futurū scriptum esse ab interprete credo, nō constituit, sed postea deprauatū esse. alioquin permultis in locis Euangelij temporis error manifestus est his, qui Græcē uel tantulū intelligūt. Quo in loco insignis est Lyrani hallucinatio, qui tēpus tritici, tempus Euangelij interpretatur, quasi Christus appellatione tritici intelligendus sit, cum nulla in eo loco tritici mentio sit. Interpres enim non tēpus tritici intellexit, sed mensuram tritici in tempore. Quāquam etiā Græcē non tritici dicitur, sed frumēti, id est, σιτομέτριον, nō πυρομέτριον. Serui enim quolibet frumēto uescebātur, nō tritico. Dispensatores igitur serui, id est, atriēses et primæ autoritatis, seruis reliquis frumentum Calendis admetiri solebant, quod demensum dicebatur. Ex qua consuetudine dictum illud Euagelicū allegoricē emanauit. Frugi porrò serui, id est, parsimonia utētes, & modico cibo cōtenti, ex eo quod de quaternis modijs comparcere poterāt, peculium sibi comparabant, unde etiam interdum à dominis sese redimebāt: aut aliās arbitrato suo utebātur, ut ille Terētianus Geta, qui manusculū nuptiale herilis filij uxori dedisse dicitur. Serui autem nequā, id est, proūigi & luxuriosi, nullū aut tenue peculium habebāt. luxu enim & comessationibus, id est, perpotationibus nocturnis demesum suū, atq; omne peculium dilapidabant. Quare hic non comessor quod nihil significat, sed comessator lego. Comessari est quod Græci καμάειν dicunt, unde comessatores dicti, qui nocturnis, aut intempestiuis conuiujs indulgent, qui à Græcis comaστὰ dicuntur. Plin. lib. uigesimo secundo Athenis comess

Comessator. Comessari.

comeffabundi iuuenes ante meridiem conuentus sapientiã frequentabant. comeffabundi, id est, comeffatũ euntes, hoc est, perpotatum, uel madidi & uiolenti. Curt. li. octauo: Ibat uehiculis pro copia cuiusq; adornatus comeffabundus exercitus, armis que maxime decora erant circũ pendens tibus. Hoc est, μετ' ὀδῶς εὐφῶς. Idẽ: Si quid uictis, saltẽ aduersus comeffates animi fuisset, mille hẽrcle uiri modò sobrij, septem dierum crapula graues in suo triumpho cæpere potuerunt. Liu. lib. x. de bello Maced. pro eo conuiuio accepit, quod ad multam noctem agitatur post coenã. Quod uerbo eleganter ficto ab Hermolao Barbaro Poccenium appellare possumus. Demetrius enim apud Liu. iam coenatus ita ad comites inquit: Quin comeffatũ apud fratrem inuis? τὴν ἐπιπέλασσαν εἰς ἀδελφῆς, Vicitur & in hac significatione Tranquillus.

Poccenium.

Ex eadem lege.

Venditor qui optimum cocum esse dixerit, optimũ in eo artificium prestare debet. Mirari quispiam possit culinarius ministerij tantam rationẽ habitam à iurisconsultis esse. mirari autem desinet, qui Liuium libro nono de bello Mace. legerit: Luxuriã, inquit, peregrinã origo ab exercitu Asiatico in urbem aduecta est. Inde primum psaltria sambuci striãq; & conuiuialia ludionum oblectamẽta addita epulis. Epulã quoq; ipse, & cura, & sumptu maiori apparari cœptã. Tunc cocus uilissimum antiquis mancipium, & æstimatione, & usu, in pretio esse: & quod ministerium fuerat, ars haberi cœpta. Vix tamen illa que conspiciebantur, semina erant futuræ luxuriæ. Plautus in Aul. Cocus ille nundinalis est, in nonum diem solet ire cotum. id est, uulgaris & uilis, qui non nisi nundinis condicitur, cum plebs ex agris conuenit. Serui igitur coci erant

Culinarius ratio.

in

in pretio propter eorum operas, que magno locabantur, tanquam artificiales non ministeriales. Plinius libro 1 x. Adhuc, inquit, coci triumphorum pretijs parantur, & equorum pisces. nullus que propẽ iam mortalis æstimatus pluri, quam qui peritissimẽ censum domini mergit.

Ex leg. Si uero, eod. titu.

Sabinus scribit ex priore causa, que statim, inquit, ut uenit id mancipiũ, eo nomine agere posse cœpit. Sic quidem legit Accursius astipulantibus exemplaribus, sed in luto hæret, ut dicitur. Ego uerò structuram inuersam esse censeo, cuius generis errata multa in antiquis scriptoribus deprehendere licet. Sic igitur legendũ censeo, ut sensus perspicuus reddatur. Sabinus scribit ex priore causa (que statim, inquit, ut uenit, id mancipium cœpit) eo nomine posse agere. ut sit sensus, R edhibitionis tempus licet dici, promissi uel nomine competat, à uenditione tum demum subsecuta procedere. quippe cum ex eo promisso ante uenditionem agi non potuerit. Cœpit igitur non ad agere infinitiuum, sed ad nominatiuum causa refertur.

Ex l. Redhibere.

Vel si quid ex eo quod egerit, ad eum peruenerit, uel dolo malo uel culpa eius factum sit quò minus perueniret, hisdem diebus reddi. Lego hisdẽ de rebus reddi. De enim De. interdum pro uel propter significat. Cicero lib. 1. Epist. Tanta enim magnitudo est tuorum erga me meritorũ, ut quoniam tu nisi perfecta re de me non conquiesci, ego quia non idem in causa tua faciam, uel tam mihi acerbam esse putem. De me, inquit, id est, propter me. Terent. Quantum me amas de siacina hac? Hisdem igitur de rebus reddi, id est, propter hasdẽ res reddi, uel pro his rebus rectẽ prestari. ut in lege, Aliud, De uerborũ signific. Rectẽ autem

V

dari

dari uel praestari prisca est locutio. Cato, Recte haec dari fieri q; satisq; dari domino, aut cuius erit promittito, satisq; dato arbitrato domini.

Ex I. Cum autem, circa finem.

Padius etiam illud non putat esse spectandū, cuius contemplatione testator seruum heredem scripserit, quia et si uenditio remansisset, nihil haec res emptori proderat. Remansisset (inquit Accursius) id est, facta non esset. Ego nec Accursij autoritate, nec exemplarium testimonio adduci possum, ut credam Vlpianum sic inepte locutū. Propterea non si uenditio mansisset, sed si uenditoris mansisset legere hic soleo, et intelligo seruus legatarius.

Ex I. A ediles, circa finem.

Sic et quanta pecunia pro eo homine soluta. Emendati in antiquis legitur et si quanta. Quod autē sequitur, Cuius ue pecuniae quis eo nomine obligatus erit, nō liberabitur: sic resoluitur, Vel si ea pecunia nō liberabitur cuius pecuniae obligatus erit eo nomine. Est autē figurata locutio frequēs in edictis Praetorū, et in priscais sermularum conceptionibus, cum antecedens casum relatiui sequitur, quod tū ferē est, cum relatiuū praecedit. Cic. pro Ligario, Sed hoc non cōcedo, ut quibus rebus gloriamini in uobis, eadem in alijs reprehendatis. Idem in 11. Epist. Est enim tibi grauis aduersaria constituta, et parata incredibilis quaedam expectatio, quam tamen una re facilissima uincas, si hoc statueris, quarū rerum gloriā adamaris, quibus rebus haec laudes comparantur, in ijs esse elaborandū. Liuius per accusatiuum, Quem acceperant exules montem, herbidus, aquosusq; est. Obligatus autē pecuniae dicitur, ut obligatus furti. Gellius lib. VII. Quod cui seruandum datum est, si usus est, siue quod utendum acceperit, ad aliam rem atq; acceperat

Obligatus pecuniae.

acceperat usus est, furti se obligauit. Idem, Qui alienum tacens lucri faciendi causa sustulit, furti obstringitur. Sic compertus criminis dicitur apud Liuium, Duæ uestales eo anno stupri compertae. Et rursus, Cum sacrilegij compertus in uinculis Romam mississet. Et manifestus criminis apud Ciceronem. Legimus et apud eundē Liuiū, quosdā tantae pecuniae damnatos, quantum exoluere non possent. Sic eris confessos, et debiti iudicatos Gellius dixit libro XXI. Sic Graeci Εάλω φόβος, Εάλω κλονήσ. Aristoph. Πότρησος απαροίσις Εάλω, Nūquid delirij eum cōvincere me uis? Sic acquirere capitis apud Liuiū, et arcessere capitis apud Ciceronem, et apud Sallustiū arcessere captae pecuniae. Caterū in L. illud. §. j. infra eodē titulo, Ut pecuniae cuius nomine obligatus erit, liberetur. Lego, Cuius pecuniae nomine obligatus erit, liberetur. Alioqui Latina cōstructio non erit, id est, à Iuriscōsultorū stylo, et praesertim Vlpiani abhorrens. Est autem hic sensus. Ut ea pecunia liberetur, cuius pecuniae nomine obligatus erit.

Ex I. Qua uulgo, eodem titulo.

Si aduersus ea factū erit, solidi ducenti praestabuntur. Solidos pro aureis accipi nemo leguleorū nescit, adnotante id Accursio lib. IIII. Institutionū. Appellationis autē causam aliquando inquirētibus nobis Lampridius se obtulit, qui de Alexandro principe Romano loquens, Ve digalia, inquit, publica in id contraxit, ut qui decem aureos sub Heliogabalo praestiterat, tertiam partem aurei praestarent: hoc est, trigesimam partem. tuncq; primum semifses aureorū formati sunt. tunc etiam cum ad tertiam partem aurei uectigal decidisset, remisses, dicente Alexadro etiam quartarios futuros, quod minus non posset. quos quidem iam formatos in moneta detinuit, expectans ut

Compertus stu
Pri.

Confessus erit.

si uestigal contrahere potuisset, & eos ederet. Sed cum nō potuisset per publicas necessitates, constari eos iussit, & tremisses tantum solidosq; formari. Formas binarias, ternarias, quaternarias, & denarias etiam atq; amplius usq; ad quinquagenarias quoq; & cetenarias, quas Helio-gabalus inuenerat, resolui præcepit, neq; in usu cuiusquā uersari: atq; ex eo ijs materiæ nomen indicium est. cum diceret plus largiendi hanc esse imperatori causam, si cum multis solidos minores dare posset, dans decem uel amplius, una forma x x x. & l. & c. dare cogeretur. Ex his uerbis Lampridij, quæ uulgò corruptissimè leguntur facillè intelligimus solidos primùm dictos esse aureos nūmos certi cuiusdā, suiq; ponderis quasi integros. Erant dimidiati aurei, et tertiarij, à tertia parte dicti, qui semisses tremissesq; dicebātur: quemadmodū binarij, ternarij, quaternarij, & deinceps dicti sunt, qui binos aureos, & ternos, & quaterinos, denosq; penderēt. Sic intelligēdi tremisses in l. lubemus, De erogatione mil. an. lib. x i i. Cod. Trientales autem Latine dici possent. Proinde solidos nostros primùm argenteos nummos fuisse conijcio duodenarios, id est, duodecim turonijs uel Parisinis ualentes. deinde semisses nummos factos, id est, dimidiatos. Postea quadrantes seu quartarios, quos liardos dicimus. Postremò sextantes, sefcunciales, unciales, & semunciales, qui oboli dicebantur. Trientes autem & quadrantes apud antiquos nomina signatæ pecuniæ fuerunt, ut alibi fortasse dicitur.

Ex l. Si tamen, in fine.

Simpliarum uenditionū causa ne sit redhibitio in usu est.) Accursius sibi nō constat in huius uerbi enarratione, quod mihi mirū uidetur, cum omnibus obuium sit id quod errabunda ipse indagare inuestigare conatur. Constat enim

enim (ut arbitror) simplarias uenditiones esse, pro quibus necesse uenditor non habet de dupla emptori repromittere, quarum meminit Vlpianus in l. Emptori, infra, De euiditionibus. Ita enim simplariæ uenditiones à Pomponio dicuntur, ut simplariæ actiones, & duplariæ, & quadruplariæ dicebantur, quæ in simplum, duplum, quadruplum dabantur. Vnde quadruplatores dicti delatorium genus qui eo sepe quaestu tolerabant, ut ea persequerentur, quorum ex legibus quadrupli erat actio, quoru crebra mentio apud antiquos. Eadem ratione armaturæ simplares, duplaresq; à Vegetio dicuntur lib. ii. de re militari: quas qui gestabāt, singulas & duplas consequebatur annonas. Et à Modesto de uocabulis rei militaris torquarij simplares duplaresq;: quod qui illa præmia uirtutis & decora militiæ meruissent, singulas & binas præter alios consequebantur annonas. Sic hodie in sacerdotalibus collegijs sacerdotia quædam simplaria dici possunt, & quædam duplaria: à simplice dupliciq; stipe, uel sportula in cōcessu ecclesiastico accipiēda. Propterea simplarias res dictas ab antiquis quidam putant nūmitas, & nullius propè pretij, pro quibus scilicet in simplum tantum uenditori cauendum esset.

Ex lege ultima, eiusdem tituli.

Seruus tam ueterator quàm nouitijs dici potest, & reliqua.) Si quis hoc dictum Venuleij cū Vlpiani dicto conferat in l. Præcipiunt, supra eodem hoc titulo, discrepantia hæc duo dicta omnino inueniet. Propterea Laurētius Valensis hunc locū notans ita inquit, Quid tam contrarium, quàm hæc due Iurifconsultorum sententiæ? quid magis absurdum, quàm non dico inter eas non iudicasse, sed eas aut ambas scripsisse, aut cōtrarias esse nō uidisse? & compura in rebus (ut coniectura ducimur) esse debent, cum

Solidi.

Semisses.
Tremisses.

Simplariæ.

Quadruplatores.

Simplares.

Antinomiz in
Pandectis.

in uerbis tot sint, & tã manifestè cõtraria. Haslenus ille. Neq; uerò ignoro hoc dictũ Laurentij ijs persuaderi non posse, qui Iustiniano credunt nullas in Pandectis duas leges sibi contrarias esse; hoc est (ut uerbo eius utar) nullam antinomiam. Sic enim inquit in lege priore Cod. De ueteri iure enucleando. Quo in loco Accursius adnotandum cõsuevit, nulla duo dicta in iure aut cõtraria, aut similia esse. Quod commuētibus oculis credi oportere legulei censent, nec sine ingenti piaculo in dubium reuocari posse. Propterea ne litem nostram faceremus (ut dicitur) uerba Laurentij ascripsimus, uiri haud dubiè doctissimi, ac iudicij singularis. Nonnulla tamen & alia loca in Pandectis adnotasse mihi uideor, in quibus consarcinãdis Tribonianus dormitasse deprehenditur. Libera enim uel contra receptas opiniones rationem sequenti sententiã debet esse. In l. Per seruum, De usu & habita. Deniq; si fructus deductio usu legatus sit, inutile esse legatum Pomponius lib. v. scribit In l. Huic stipulationi, titulo sequenti. Ergo & si fructus sine usu obtigerit, stipulatio locum habebit. Non uideo quo modo hæc dicta nõ dissidere possunt, & quò magis mireris, Vlpianus utrobique loquitur, nisi fuerit error librariorum, qui Vlpianũ pro alio quouis prænotauerint. Põponius in l. Si pœnã, De cond. in debiti, Quãuis debitum sibi quis recipiat, tamen si is qui dat, non debitũ dat, repetitio competit, Et paulò post, Quãuis enim debitum sibi quis recipiat, tamen si is qui dat, non debitum dat, repetitio competit. Paulus eodem titulo in l. R. repetitio, Repetitio nulla est ab eo qui suum recepit, tametsi ab alio quàm à uerò debitore solutum est. Vlpianus, De contrahenda emptione, in l. Quid tamen, Si & ego me uendere aurum putarim & tu emere, cum æs esset, uenditionem esse

esse constat, quia auri aliquid habuit. Nam si inauratũ aliquid sit, licet ego aurum putem, ualeat uenditio. Iulianus eodem titulo, in l. Cum ab eo, Mẽsam argento cooperitam mihi ignoranti pro solida uendidi est imprudens, nulla est emptio, pecuniãq; eo nomine data condicetur. Et in titulo, De uerborum oblig. in l. Hoc iure, Hoc iure utimur, ut ex hac stipulatione, Si Lucius Titius ante Calendas Maias in Italiam non uenerit, decem dare spondes? non antè quicquam peti possit, quàm exploratũ sit ante eam diem in Italiam Titium uenire non posse, neque uenisse, siue eo uiuo, siue eo mortuo id acciderit. Vlpianus in l. Stipulationes, infra eodem titulo, Nec si insulam feri quis stipulatus sit, expectandum ut tantũ temporis præterea, quantum insula fabricari possit, sed ubi iam cœpit mora faciendæ insulæ fieri, tunc agetur, diesq; obligationi cedit. Et rursus inferius Papinianus in l. Insulam, Insulã intra biennium illo loco edificari spondes? ante finem biennij stipulatio non committitur, quamuis reus promittẽdi non edificauerit, & tantum residui temporis sit, quo edificium extrui non possit. Neque enim stipulationis status, cuius dies certus in exordio fuit, ex post factò mutatur. Idemque & in stipulatione iudicij sistendi causa facta placuit, scilicet ut ante diem stipulatio non committatur, si certum esse cœperit pareri stipulationi residuo tempore non posse. Vlpianus in lege Cum quidam, De iure fisci, Cum quidam capitis reus emancipasset filium, ut hereditatem adiret, rescriptum est non uideri in fraudem fisci factum, quod acquisitum non est. Paulus infra, in lege, In fraudem, In fraudem fisci non solum per donationem, sed quocunq; modo res alienatæ reuocatur, idemq; iuris est, & si non queratur, æquè enim in omnibus

fraus punitur. Vlpianus in l. Si filiusfam. De iudicijs, iudex tunc litem suam facere intelligitur, cum dolo malo in fraudem legis sententiam dixerit. Dolo autem malo hoc facere uideatur, si euidentis arguatur eius uel gratia, uel inimicitia, uel etiam sordas. Caius in l. ultima, De uarijs & extraordinarijs cognitionibus, Si iudex litem suam fecerit, non proprie ex maleficio obligatus uideatur: sed quia nec ex contractu obligatus est, & utique peccasse aliquid intelligitur, licet per imprudentiam: ideo uideatur quasi ex maleficio teneri in factum actione. Nisi ista & huiusmodi contraria omnino inter se, atque etiam pugnantia sint, non uideo cur aientia, & negantia pulchre couenire non possint. Nec tamen ignoro nihil tam dissonum esse, quod Accursius interpretatione illa ariolatrice, & desultoria (ut ita dicam) leuitate à Martino in Ioannē, & inde rursus in Azonē, aut Bulg. ac subinde in aliū, atq; aliū transfundi, & uero in Apollinē, si aliud comminisci non queat, consentaneum etiam & quadrans esse, persuadere ijs non possit, qui lege Pythagorica, ut alibi diximus, in auctoritate eius à præceptoribus adacti sunt. Sed uideamus quid sit litem suam facere, quandoquidem id inter Iurisperitos non conuenit. Cicero lib. 11. de Orat. Quid si quæ uitia, aut incommoda sunt in aliquo iudice uno, aut pluribus, ea tu in aduersarijs exprobrando, non intelligas te in iudices inuehi, mediocre peccatum est? Quid si cum pro altero dicas, litem tuam facias? aut lesus esse rare iracundia, causam relinquas, nihil ne noceas? id est, si ita agas, ut non alienam causam, sed tuam agere uidearis. Gellius libro 1 x. Ad hæc ego rescripsi, nihil amplius quam uerba Marci Catonis, quibus uerbum utrumq; de quo ad me scripserat, decideretur. Nam & Varro satis aperte quid dici oportet

Litem suam facere.

oportet, edocuit: & ego aduersus eum qui doctus esse dicebatur, litem meam facere absens nolui. id est, nolui rationibus cum eo contendere, sed tantum auctoritatem Varronis secutum me esse ostendi, ne contentione implicarer, aut rei periculum susciperem. Nostro tempore litem suam facere iudices uidentur interdum, cum nimium in alterum litigatorum propensi, non tantum disceptatoris, & arbitri partes, sed etiam causidici usurpant, studium suum præ cupiditate prodentes. Quomodo & aduocati cum studio litigatoribus suis placendi, in aduersarios si mul cõtumeliosissimis uerbis, simul grassatorijs uultibus inuehuntur, id se in commentarijs habere discitantes. Perinde quasi fidem aduocationis implere non possint, nisi & inimicitias litigatorum suorum causa susceperint. At enim causæ inseruiendum, etiam ne antequam causam pernouerint? etiam eosque, ut ex professo inimici personam induant? est certe quatenus causæ id poscere uideantur, sed multi non tam liti, quam litiganti subseruiunt. Litem suam facere Greci τὸν αἰ νότον ἰδίαν dicūt. Lilius lib. 111. ab Vrbe condita circa finem, litem in rem suam uertere dixit, pro eo quod est re inter duos controuersam adiudicare sibi. quod est cum iudex ita cum litigatoribus agit, ut ei iure suo cedant. Orare, inquit, ne pessimum facinus peiore exemplo admitterent iudices, litem in suam rem uertendo. Tribonianus autem huius operis, id est, Pandectarum architectus, qualis uir fuerit, ex Suda monumentis apparebit: sic enim ad uerbū Græcè inquit, Tribonianus natione Græcus, cum omnis religionis contemptor erat, tum uerò in primis à Christiana fide abhorrens, assentator & fraudulentus, ut qui Iustiniano Principi persuaserit mortē eum non oppenturum esse, atque in cœlum cum carne assum-

Litem in rem suam uertere.

Tribonianus.

ptum iri. *Quæstor* Iustiniani fuit, tanta ut ingenij præ-
 stantissimus euaserit, ac nulli æuo suo
 secūdus. Caterum auaritiæ consq; indulgens, ut lucro ue-
 nale ius habendū semper duxerit. Nā & leges ferme for-
 dida dinundatione antiquare identidē, ferreq; insitue-
 rat, ut cuiq; commodū esset. Hic cū diu post honorē ade-
 ptum supervixisset, morbo tandem interijt, nihil prorsus
 molestiæ à quoquā unquā passus. Erat enim sermone blan-
 dus, & alioqui suavis; auaritiæ quoque morbum doctrinæ
 præstantia facile obumbrare poterat, τὴν νόμον ἡμέραν
 οὐκ ἔπιπλάσσει εὐαίσιος, τὸς δὲ ἀνείρε, τὸς δὲ ἔγραφε, ἀπὸ
 πολλῶν τοῖς δεομύθοις ἡ τῶν χρεῖων εὐαίσιος. ἔτη δὲ πολλὰ
 ἐδιδάχθη τῆς τιμῆς, ἐτελεύτησε νόσῳ, δὲ ἔλεγε ἅπαντες
 ἄλλοις πᾶσι τοῖς ἀπὸ τῆς ἀλλοτρίου ἡδονῆς, ἢ τῆς φιλο-
 χρηματίας τὸ νόσημα ὑποστῆσαι ἡ ἀνώγει. τῆ δὲ πα-
 ράδειξις. Idem de Iustiniano loquēs ita inquit, Ἰου-
 νιανὸς ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων ὀρθοδόξος ἄριστος, ἢ ἡ ἀμάθει-
 γραμματέων ἐπὶ πάντων, ἢ τὸ δὲ λέγόμενον ἀναλφάβητος.

Iustinianus.

Analphabe-
tus.

Literæ abece-
daria.

mandum

mandum ueteratorem Celsus ait, sed genere & conditio-
 ne seruiendi. Veterator seruus quis sit, nemo ignorare
 potest qui Comicos legerit. à Græcis nisi fallor πολίμβο-
 λος dicitur, & πολίμπατος, qui diuturna ac multi-
 plici, & sepe cōmutata seruitute astutus, & uaser euasit.
 Hoc autem uerbum transfertur, & ad liberos homines. Ci-
 cero in 11. de Finibus, Acutum, uersutum, ueteratorē, fa-
 cile ut excogitet quomodo occultè sine ullo conscio fallat.
 Idem in Bruto, de Cethego oratore loquens, Huic de rep.
 satis suppedibat oratio: totam enim tenebat eam, peni-
 tusq; cognorat. Itaque in Senatu consularem dignitatem
 assequatur, sed in causis publicis nihil, in priuatis satis
 ueterator uidebatur. Veterator aduocatus dici hodie po-
 test, qui diu ac multum in foro uersatus, omnes litium tra-
 hendarum anfractus, omnes ambagiosas fugiendi ludifi-
 cationes, omnes prehensiones, nexuq; lubrici litium cer-
 tamini tenet, qui in ancipiti forensium salebrarum Mar-
 te, bellissimè insidias disponere, atq; etiam providere no-
 uit, sed is propriè (ut uno uerbo absoluam) qui eam se ar-
 tem scire, atque exercere profitetur, qua arte causa infe-
 rior, superior euadere, uel reclamante æquo, bonoq; pos-
 sit. Idq; quod Græci dicunt τὸν ἕτερον λόγον κρείττονα
 ποιεῖν. quam olim professionem faciitasse sophistas Cice-
 ro in Bruto, & Gellius in quinto meminerunt. Veterator
 in omni arte & instituto dicitur, qui ea astutia, ac subdo-
 la solertia uititur, quā lingua uernacula ruzam uocamus.
 Inde ueteratorium pro subdolo ponitur & impostorio. Veteratorium.
 Cicero in Bruto, de Turio oratore loquens, At in in-
 ueniendis componendisq; rebus mira accuratio, ut faci-
 le in nullo diligentiorē, maioremq; cognouerim: sed
 eam ut citius ueteratoriam, quā oratoriam diceres.

Veterator.

Veteratorium.

ἢ

ἢ ἢ μὲν τοι πάρα γινώσκων πρὸς τὸν ἄνθρωπον ἢ ἐπιτοκίω ἢ ἕπι-
 πνοῖς. Idem de Iulio Cesare, qui postea Rempu. oppressit.
 Hęc cum habeat precipuā laudē in cōmunibus, nō uideo,
 cui debeat cadere, splendidā quandā, minime q̄; ueterato-
 riā rationē dicendi tenet, λαμπράν τινα ἡμεῖς τε φερασσι-
 κὴν ἢ φάσεως ἰδέειν παρακατέχωμεν, uoce, motu, forma
 magnifica & generosa quodāmodo. Idē in Pretura urba-
 na, Nihil ab isto uasfrū, nihil ueteratoriū expectaueritis;
 omnia aperta, omnia perspicua reperiētur. Propterea ho-
 nestos & probos aduocatos diu in foro uersatos, uetera-
 nos non ueteratores appellauerim, ut milites ueteranos,
 quibus opponūtur tyrones, i. nouicij. Idē in Diuinatione,
 Apuleiū esse uideo proximū subscriptorē, hominē nō ex-
 te, sed usu forensi, atq; exercitatione tyronē. id est, nō tam
 Tyro. **Tyrocinium.** *etate nouiciū, quā inertia. Inde tyrociniū dictum, cum
 in forum primum oratores futuri deducebantur, quasiq;
 oratoriæ arti initiabantur, & agendis causis. Huiusmodi
 enim artis exercendæ auspiciamentum tyrociniū diceba-
 tur, tuncq; oratores dicebantur tyrones. Tranquillus in
 Nerone, Deductus in forum tyro, populo congiarium, ni-
 liti donatiuum proposuit in dicta decursione. Idem in Au-
 gusto, Decimū tertium Consulatum biennio post ultro pe-
 tijt, ut Caium & Lucium filios amplissimo præditus ma-
 gistratu, suo quēq; tyrocinio deduceret in forū πρὸς τὸ
 ναὺς τὸ δινάσθηνον παράγων ἐν τῇ αὐτῆς πρὸς τὸ ναυ-
 γίᾳ, uel ἡδὲ τὸ ἐγκρατὶ. Idē in Tyber. Neronē & Drusum
 patribus cōmēdauit, diēq; utriusq; tyrociniij cōgiario ple-
 bi dato celebrauit, Pli. lib. v 111. Tanaquil prima tenuit
 rectam tunicā, qua simul cum toga pura tyrones induun-
 tur, nouēq; nupte. Togam autem puram sumebant ado-
 lescētes tyrociniij die, posita prætexta puerili. Hęc togi
 que*

Toga pura & uirilis.

que etiā uirilis dicebatur, in Capitolini Iouis tēplo sume-
 batur, autore Valerio lib. v. A Græcis hoc δουκίμαθῶν
 ἢ εὐδολπῶν dicitur ἢ εὐδολπῶν ἐγγραφῶν, ut Iſocrates
 in Panathen. & simpliciter δουκίμαθῶν, ut Demosthe-
 nes κατὰ Μεσσίας, Βιστρεπορ ἀπὸ ἄλλοθεν ἄνθρωποι μοι
 κατέλπιε, ἢ ὅτι δινάσθηνον ἢ με δουκίμαθῶντα κομισασθῶν,
 id est, εὐδολπῶν ταχθέντα, id est, cū in meā tutelā uenissē,
 ut Iuriscōsulci loquūtur. Aulici dicūt ex pueris asseclis ex
 cedere, quos uulgō pedissequos regis appellant. Terētius **Ex asseclis ex-**
 hoc modo ex ephēbis excedere dixit, Nā is postquā excef-
 sit ex ephēbis Sosia, liberius fuit ei uiuēdi potestas. Et ex-
 cedere ē pueris, Cicero pro Archia. Trāsferitur et ad alia
 tyrociniū, & pro cuiusque artificij rudimento ponitur.
 Plinius lib. v 11. Valeria Emboliaria reducta est in scenā
 ludis pro salute diui Augusti notiuis, annum centesimum-
 quartum agens, quæ producta fuerat tyrocinio à Marco
 Pompeio Aedili plebis ante annos nonagintaunum. Ty-
 rociniū nimæ uocauit Plinius, ut tyrociniū patroni
 & oratoris, tracta metaphora à tyrocinio militari. Ty-
 rones autem milites sunt οἱ νεοσώλοιοι ἢ ἄλλοθεν ἄνθρωποι
 παρὸς τὸ ναυγίᾳ. Cicero 1. de Orat. Fateor enim callidū quē-
 dam hunc & nullā in re tyronē ac rudē, nec peregrinū ac
 hospitē in agendo esse debere, φησὶ ἢ ἐπὶ δόλῳ πρὸς γυμνα-
 σίᾳ παρὸς τὸ ναυγίᾳ ἄλλοθεν ἄνθρωποι. Idem in Sallust. At
 hercle lapsus ætatis tyrocinio, postea se correxit, id est,
 inscitia & ignorātia. Plinius de nauibus dixit per meta-
 phorā li. x 111. Zopiſsam eradi nauibus diximus cera
 marino sale macerata. optima hæc à tyrocinio nauū. Ty-
 rociniū nauium uocat, cum primum mari committuntur,
 & ueluti in Neptuni militiam conscribuntur. Facere ty-
 rociniū, & ponere rudimentum Latine dicitur, id quod **Facere tyroci-**
 niū.
 uernac

uernacula lingua caput operis facere dicunt, id est, initium
 opificij, cum opifices specimen artis edentes magisterio
 decorantur, ἀνοθεῖς τὸ ἄνωρον ὀπίσθαι. Tyrocinium etiam
 Latine dicitur, quod uulgus nostrum deurginationem
 appellat, id est, artis cuiusque, aut instituti auspicatum, &
 industriae propriae probationem & experimentum. Ty-
 rocinium igitur animi hoc in loco Venuleius eleganter
 pro simplicitate, & rudimento posuit: elegantius tamen
 ipse, quam uerius locutus, his uerbis, Nouicium autem non
 tyrocinio animi, sed conditione seruitutis intelligi. Et pau-
 lo ante, Sed ueteratorem non spatio seruiendi, sed gene-
 re & causa aestimandum Celsus ait.

Ex lege Si ita quis, De eucti.

Sanum esse, furem non esse, uespertilionem non esse.)
 uespertilio. Vespertilio (ut arbitror) uerbum est circumforaneum, &
 ex formula uenaliitorum sumptum, pro eo fortasse quem
 alibi myopem dixit, id est, qui interdum exiliter uidet, &
 uespere iustam aciem habet, qui luscitiosus Latine dicitur,
 ab auium (ut uidetur) uespertilionum similitudine. Ovi-
 dius lib. 111. Metamor. Lucemque perose Nocte uolant,
 seroque tenent a uespere nomen. Ut autem uespillonem le-
 gatur pro sandapilario, sensui non congruit. Sudas autor
 Nyctericus. est Cherephonta quendam philosophum nyctericida, id est,
 uespertilionem ob id dictum, quod philosophando expal-
 luisset, & supra modum emaciatus esset. Martianus in le-
 ge, Qui decem, infra, De solutionibus, Num ergo & si
 uespertilionem, aut aliam turpem dederit hominem, idem
 sit? Iurisconsulti autem interdum eam licentiam, sibi per-
 mitunt, ut uerbis triuialibus & circumforaneis, aut ca-
 strensibus pro legitimis, & pure Latinis utantur. Quo
 fit, ut difficilior sit interdum uerborum apud eos enarratio,

cum

cum ea uerba apud autores nunquam reperiantur. Quid
 si uersipellem legamus? Plinius lib. v 111. Homines in lu-
 pos uerti, rursumque restitui sibi, falsum esse confidenter exi-
 stimare debemus, aut credere omnia, quae fabulosa tot se-
 culis comperimus. Vnde tamen ista uulgò infixæ sit fama, in
 tantum ut in maledictis uersipelles habeantur, indicabitur.
 & reliqua. Meminit etiam August. lib. x v 111. de Ciuit.

Ex lege, Herennius, eod. titu.

Et quaestione mota fisci nomine autorem laudauerat.)
 Laudare (inquit Noni.) significat nominare. Plau. in Cap. Laudare.
 ionem supremum testem laudo Egio me infidelem non
 futurum Philocrati.

Quo tamen in loco non testem laudo, sed testem do uulgò
 legitur: sed mendose, ut ex Nonio apparet. Vnde apud
 Maronem in 111. Georg.

Quis aut Eurysthea durum,

Aut illaudati nescit Busiridis aras?

Illaudati, id est, ne nominandi quidem. Laudare (inquit
 Macrobius in x v 1. Saturnalium) significat prisca lingua
 nominare, appellareque. Sic in actionibus ciuilibus autor
 laudari dicitur, id est, nominari. Illaudatus ergo Busiris,
 id est, illaudabilis, & nunquam nominandus. Hæc ille à Gel-
 lio accepta lib. 11. Noctium Atticarum. Laudare tamè quod
 uerbum est ipsum iuris, si quis diligenter aduertat, non mo-
 do nominare, ut Gellius & Macrobius & Nonius dixe-
 runt: sed etiam nominatum citare significat, & appellare:
 hoc est, iudicio dictato interpellare. M. Tu. li. 111. de Ora.
 de Carneade loquens, Huius ego etsi multos auditores co-
 gnoui Athenis, tamè autores certissimos laudare possum,
 ματρου πατρὸς ὑδὲ γὰρ ἀπὸ τῶν Ἰθακῶν, & socerum meum Scæuolam,
 qui cum Romæ adolescens, & Q. Metellum familiare meum,
 qui

qui illum à se adolescente Athenis iam affectum senectute multos dies auditū esse dicebat. Idem in eodem, Atq; hæc quidē ab his philosophis, quos tu maximē diligis Catule, dicta sunt: quod eo sapius testificor, quod autoribus laudandis ineptiarum crimen effugiam. id est, his philosophis nominatim citandis, & tanquā ad testimonium dicendum euocandis: quos autores harum rerū habeo. Idē pro Placco, His tu igitur epistolis Deciane recitatis, his mulierculis productis, illo absente autore, inquit, nominato & teste huius criminis citato. Gellius lib. 111. Varro undecimo mense nasci hominē posse dicit, eiusq; sententiæ Aristotelem laudat autorem. Pomponius in l. Tenetur supra, De act. empt. Si tibi iter uēdidero, ita demum autorem me laudare poteris, si tuus fuerit fundus, cui acquirere seruitutem uolueris. Laudare autorem Modestinus & Pompon. quomodo & Cicero, pro nominatim citare posuerunt, *ὁμομασί τ' ὡπατῆρω ὡπατέχεαδῆς βεβαιωτῶν*, & ad sui defensionē accersere appellareq; quod uulgò summare dicimus. In quo significato etiā accipitur in lege secunda, De in litem dando tutore, Cod. Id autē Gellius Macrobiusq; significare mihi uidentur cum dicunt, laudare prisca lingua esse nominare appellareq;. Appellare enim est iudiciū dictare, ut Iurisconsulti loquuntur. Græci δὲ *ἰκλῶ λαγχα* uocant, uel etiam citra iudiciū interpellare. Columel. lib. 1. de officijs patris familiās erga colonum loquens, Nec sanē est uindicandum nobis quicquid licet: nam summū ius antiqui summam putabant crucē. nec rursus in totum remittendum: nam uel optima nomina non appellando fieri mala foenerator Alphius dixisse seuerissimē fertur. id est, nō interpellādo: hoc enim appellare elegātiore autores, non interpellare uocāt. Cicer. pro Quintio, Quis tam negli-

Appellare.

gligens? quis tam tui Sexte dissimilis? qui cum res ab eo quicum cōtraxisset, recessisset, & ad hæredem peruenisset, non hæredem cum primū uidisset, certiorē faceret? appellaret? rationem afferret? si quid in controuersiam ueniret, aut intra parietes, aut summo iure experiretur? id est, reposceret debitū, & rationem cum eo iniret, & id quod cōtrouersum esset, aut domesticis arbitris, aut forensibus cōmitteret. Et in 1. de Offic. Cauendū etiam ne maior pœna quā culpa sit, & ne ijsdē de causis alij plectantur, alij ne appellētur quidem. Plinius in epist. Libera tandem hendecasyllaborum meorū fidem, qui scripta tua communibus amicis sponponderunt, appellantur quotidie & efflagitantur, ac iam periculum est ne cogantur ad exhibendum formulam accipere. id est, ne actione dictata cogātur exhibere scripta tua. Quod autē autor sit Autor. uerbū iuris, & eum significet à quo quis ius in re comparauit, aut aliās quæsiuit, satis ex superioribus exēplis liquet. Quibus autoritas Cicer. accedit, qui in ulti. in Verre acti. ita inquit, Nam statim L. Metellus, ut isti successit, ex C. Sacerdotis & Sexti Peducei instituto frumētū Ma mertinis impetrauit. tum illi intellexerūt se id quod à malo autore emissent, diutius obtinere nō posse. Autoritas Autoritas etiam nōmē est unum ex ijs quæ dominiū rerū perficiūt. Idem de Arusp. resp. Multæ sunt domus in hac urbe Patres conscripti, atq; haud scio an penē cūctæ: iure optimo, sed tamē iure priuato, iure hæreditario, iure autoritatis, iure mācipij, iure nexi. Quo modo intelligi debet Venuleij dictū in lege ult. De euectionibus, Si alienā rem mihi tradideris, & eadē rē pro derelicto habuero, amitti autoritate, id est, actionem pro euectione placet. *ἀποβλάδα* ἢ *ἰς κτήρας τῶν βεβαιωτῶν*. Illud Cic. iure autoritatis, significat

X significat

gnificat iure usucapionis, quam prescriptionem uocant
 quesito ab autore cuius causam sequitur, qui ab eo rem
 quesituit quouis modo legitimo & ciuili, id quod liquet
 ex oratione eiusdē pro Cecinna: Lex, inquit, iubet usum
 & auctoritatem fundi esse biennium: ac utimur eodē iure
 in ædibus que in lege nō appellantur. id est, de quibus lex
 sinit. Vsum & auctoritatē uocauit usucapiendi conditio-
 nem, que olim erat biennij in rebus soli: ut autor est Iusti-
 nianus in 11. Institut. Et in Topicis, Item quod in re pari
 ualet, ualeat in hac que par est: ut quoniam usus & aucto-
 ritas fundi biennium est, sit etiam ædium. Apud Gellium
 autē lib. x v 1. illa legis Attinæ uerba, Quod subreptam
 erit, eius rei æterna auctoritas esto, hoc significare cōfeso,
 quod in causa furti ceciderit, nullo tempore quāuis longij
 simo usu & auctoritate queratur. Rei, inquit, furtiue, nō
 annuus usus sit & auctoritas: aut bima trima uel dies, sed
 æterna. res enim furtiue et ui possessæ usucapi lege x 11.
 tabul. & l. Atilia non possunt, ut dicit Iustinianus. à Gel-
 lio tamen Attinia lex dicitur non Atilia: nisi mendū est.
 Sic intelligēda uerba eiusdē Ciceronis pro Cecinna, Fun-
 dus à patre relinqui potest: at usucapio fundi, hoc est, fi-
 nis sollicitudinis ac periculorum litium, non à patre relin-
 quitur, sed à legibus. Aquæ auctus, haustus, iter, actus, à
 patre: sed rata auctoritas harum rerū omnium in re ciuili
 sumuntur. Ad quam significationem auctoritatis allusit
 Plaut. in Trin. his uerbis. Quod si exquiratur ab stirpe
 auctoritas: unde quiq; auditum dicat, nisi id appareat, fi-
 migerator cum damno sit. Ceterum à laudādo, id est, no-
 minādo autore, Laudimias quas uulgò dicimus, deductas
 esse puto. Emptor enim nominare autorē suū domino soli
 tenetur intra paucos dies, & ab eo rem mācipio accipe-
 re, quod

re, quod uulgò in se sinari dicunt. alioqui mulctā commit-
 titur. Quin et alaudij appellatio ab eodē uerbo profecta Alaudium.
 esse uidetur, quod qui prædia eo iure habeant, laudare au-
 torem suum nemini tenerentur, ut qui nullū soli dominum
 agnoscant nec patronum, id est, qui in nullius fide sint: sic
 enim Latine dici debet. Cice. pro Planc. Eorumq; preces
 & uota de meo reditu exaudiens, Dyrhachium quod
 erat in fide mea, petere contendi. Et alibi in eadē oratio-
 ne, iter à Vibone Brundusium terra petere cōtendi, cum In fide esse.
 omnia illa municipia que sunt à Vibone Brundusium, in
 fide mea iudices essent. Moris autem fuit apud antiquos,
 ut prouinciales & socij pop. Rom. in clientelam sese da-
 rent proceribus Romanis, quos patronos sibi adoptabant
 non modo publice, sed etiam priuatim, ijq; ut clientes eo-
 rū dicerentur, id est, πελάται, & foemine πελάτιδες, in- Clientes.
 ter se uero hospites. Ferebat autē id huiusmodi necessitu-
 do, ut cliētes perpetuò patronorū suorū patrociniō caput
 ac fortunas suas tuerentur, uicissimq; ipsi patronos suos
 omni obseruantia atq; obsequio colerēt, & uenerarētur.
 Plutarchus in Romulo, Ετέρας ἢ τῆς δουρατῆς ἀπὸ τῶν
 πολλῶν δίνουσι, τὰ ἥωνας ὀνομάζουσι, ὅπως ἐστὶ πρὸς ἀτας.
 ἐκείνης ἢ κλιετρας, ὅπως ἐστὶ πελάτας. Cic. in Diuin. Cla-
 rissimū uiri nostræ ciuitatis tēporibus optimis hoc sibi am-
 plissimum pulcherrimumq; ducebāt, ab hospitibus clientī-
 busq; suis, ab exteris nationibus que in amicitia pop. Ro.
 ditioneq; essent, iniurias propulsare, corūq; fortunas de-
 fendere. M. Catonē illū sapiētē, clarissimū uirū et prudē-
 tissimū, cū multis graues inimicitias gessisse accepimus,
 propter Hispanorum, apud quos Consul fuerat, iniurias.
 Hoc ius necessitudinis nō personale, sed gētiliū erat, et ad
 agnos & gentiles transiens. Idem, Scit hoc Caius Mar-
 X 2 cellus

cellus, scit is quæ adesse uideo Lentulus Marcellinus, quorum fide & præsidio Siculi maximè utuntur, quod omnino Marcellorum nomini tota illa provincia adiuncta est. Idem in Verrem act. v. Ita que nunc Siculorum Marcelli non sunt patroni. Verres in eorum locum substitutus est. Quæ in te tantam uirtutem esse aut dignitatem arbitratus es, ut conarere clientelam tam illustrem tam splendide provincie abducere, & auferre à certissimis antiquissimisq; patronis? tu ista stultitia, nequitia, inertia, non modo totius Siciliæ, sed unius tenuissimæ Siculi clientelam tueri potes? Idem Philip. 11. Vexauit Puteolanos, quod Caium Cassium, quod Brutos patronos adoptassent. Dicebantur autem illi cõferre se in fidem ac clientelam patronorum: patroni autem clientis in fidem recipere. Idè pro Roscio Amerino: Nam cum multos ueteres à maioribus Roscij patronos hospitesq; haberent, omnes eos colere atq; obseruare destiterunt, ac se in Chrysoconi fidem ac clientelam contulerunt. Hoc in loco de priuata clientela locutus est, id est, unius familie, non de publica, ut superioribus exèplus. Gellius huius necessitudinis meminit lib. v. Masfurius, inquit, Sabinus in lib. Iuris ciui. 111. antiquiorem locum hospiti tribuit quam clienti cuius uerba hæc sunt: In officijs apud maiores ita obseruatum est, primùm tutelæ: deinde hospiti: deinde clienti: tum cognato: postea affini. Idem ex oratione Cat. Aduersus cognatos pro clientelæ testantur: testimonium aduersus clientem nemo dicit. Patrem primùm: postea patronum proximum nomen habere. Hunc morem clientelarum uetustissimum Gallis fuisse autor est Cæsar lib. vi. de bel. Gallico his uerbis, In Gallia non solum in omnibus ciuitatibus atq; in omnibus pagis partibusq; sed penè etiam singulis domibus factiones sunt

In fidem cõferre.

Clientelæ.

sunt. Earum factionum sunt principes qui summam autoritatem eorum iudicio habere existimantur, quorum ad arbitrium iudiciumq; summa omnium rerum consilio- rumq; redeat. Idq; eius rei causa institutum esse uidetur, ne quis ex plebe contra potentiorum auxilij egeret. suos enim opprimi quisq; & circumueniri non patitur. Neque aliter si faciat, ullam inter suos habet autoritatē. Hæc eadem ratio est in summa totius Gallie, namq; omnes ciuitates in partes diuisæ sunt duas. Cum Cæsar in Galliam uenit alterius factionis principes erant Hedui, alterius Sequani. Hi cum per se minus ualere, quod summa autoritas antiquitus erat in Heduis, magnaq; eorum erant clientelæ, Germanos atque Arionistum sibi adiunxerant, eosq; ad se magnis iacturis pollicitationibusq; perduxerant. Prælijs uerò compluribus factis secundus, atq; omni nobilitate Heduorum interfecta, tantum potētia antecesserant, ut magnam partem clientium ab Heduis ad se tra- ducerent, obsidesq; ab ijs principum filios acciperent, & publicè iurare cogere, nihil se contra Sequanos consilij imituros. Et paulo post, Aduentu, inquit, Cæsaris facta cõ- mutatione rerū, obsidibus Heduis redditis, ueteribus cli- telis restitutis, nouis per Cæsarem comparatis: quod ij qui se ad eorum amicitiam aggregauerant, meliore conditio- ne atque imperio æquiore se uti uidebant, reliquis rebus eorum gratia dignitateq; amplificata, Sequani principa- tum dimiserunt. Et rursus, Hi autem qui propter ueteres inimicitias nullo modo cum Heduis coniungi poterant, se Rhemis in clientelâ dederunt. Hos illi diligēter tuebatur, ita & noua & repente collectā autoritatē tenebant. His uerbis accuratè perpēsis, ac ne perpēsis quidē, sed tantū animaduēsis, nemo est (ut arbitror) qui non hæc nostram

feudorum consuetudinem ab illa clientium obseruantia in patronos, & fide patronorum in clientes, oriundam esse iudicet. Itaq; quos uasallos uocant, clientes Latine appellare soleo: & clientelā, obseruantia ipsam & obsequium quod homagium dicunt, clientaris officij sponsonem agnitionemq;. In usibus feudorū apparet clientelam & beneficium olim hoc uocatum fuisse: & res beneficiarias uocatas, quæ hoc iure possidentur, & abnegare beneficium eos qui non agnoscunt. quanquam clientela interdum clientium multitudinem significat, ut famulitium famulorum & ministerium ministrorum, ut in lege Deniq;. De pignorb. & equitium equorum armatum. & custodia eos qui custodiuntur, id est, reorum multitudinem & sodalitiū sodalium cœtum. & comitatus comitum, id est, affectatorum. & operæ operarios apud Suetonium, & apud Ciceronē homines redēptos & conductos. Sicut apud Græcos θεράπων obsequium significat, & clientium turbā, ἐταίροι sodales & sodalitatē sic δ'υλάει, ἡ δ'εἰς, τὸ πρὸς βία τὸ πινυσαί τὸ πλῆθ' & significant. In fide autem alicuius esse, id est, quod feudū tenere ab aliquo dicūt. Fides enim auxiliū & tuitionē significat. Cæs. li. ii. de bell. Gallico, Cæsar honoris Diuitiaci atq; Heduarū causa sese eos in fidem recepturum & conseruatorum dixit: id est (ut uulgi uerbo dicam) in saluam gardiam. Cic. in Pisonem, Eumq; seruis symphoniacis & alijs muneribus acceptis timentem multumq; dubitantem confirmasti, & Thessalonicam fide tua uenire iussisti. Id est, sub tua asscurantia, ut uulgò dicimus. Inde illa locutio, Deorum hominumq; fidem implorare, id est, auxiliū, ut solent ij quibus aliqua fit iniuria, aut aliqua uis infertur. Verba autem ad eam rem pertinentia sunt hæc, Inijcere manum prædio clientela-

rio

rio, id est, se sine feudum. Et emancipare prædium, ut alibi diximus, pro eo quod est à clientela sese eximere, & ut uulgò dicunt, deponere fidem, & alium in locū suum substituere. Patronus mancipio dare fundum dici potest, & in fidem suam cliētem accipere: id est, in patrociniū & tutelam. Cliens autem mancipio accipere, & fidē patroni se qui, & in fidē se conferre, & clientelam exhibere, uel obsequium præstare, & huiusmodi alia, & alienato prædio obsequium exuere, uel clientelam. Is autem qui patronum agnoscere non uult, controuersiam sui facere dici potest, & clientelā se eximere, & clientelam beneficiariaq; conditionē inficiari. quod si temere faciat in fide, id est, pœnā incurrisse dicitur, id est, prædium commississe. Committere autem uulgò confiscare dicunt. Cicero in Verrem, actione IIII. Est in eo testamento quo ille hæres esset, scriptū, ut statuas in palæstra deberet ponere: faciemus ut palæstræ negēt esse positas, petant hæreditatem, quod eam palæstræ commississe dicāt. Paulus, De negotijs gestis, Si periculū erat, ne prædia in publicū cōmitterentur. Inde cōmissa in titulo, De publicanis. Sūt & illa uerba, Catalogum rerum clientelarium subclientelariūq; exhibere, id est, enumeramētum, ut etiā uulgò dicitur, annuū patrono offerre, aut quintum quēq; subquintumq; nummū pretij. Iusta obsequia exhibere, dare manus supplices atq; obsequiales, osculū obsequiosē porrigere, in uerba iurare, sacramento adigi. At uerò patronus obsequia admittere dici debet, & osculo in fidem recipere. Et uerba præire, & iureiurando discinētiū clientem auigere, manus iniectionē remittere. Manū iniectionem tollere, in fidem suscipere: quod sine fraude sua aliorūq; fit, id est, saluo suo alienoq; iure. Liu. lib. i. Fecialis regē

Mancipio fundum dare.

Cōtrouersiam sui facere.

Committere.

Quod sine frau
de sua, alio-
rumq; fiat.

Precarium.

Pensitare.

Optimo iure
prædia.

interrogauit, Rex facis ne me tu regium nuntiam, popu-
liq; Romani Quiritiū uasa comitesq; meos? Rex respon-
dit, Quod sine fraude mea populiq; Romani Quiritium
fiat, fiat. Dicitur & apocham admissæ cliētelæ dare, &
cliens antapocham exhibitæ, quod aduocamentū lingua
uernacula dicitur; id est, agniti patroni testificatio, & re-
rum cliētelarū enumeratio. Quod uulgò tolerantiam ap-
pellāt, precarium cliētelare Latine dici potest, ut cum di-
cimus patronū clienti indulxisse, ut precario possideret,
uel clientem precariū obtinuisse, uel annū, uel quinquen-
nale, uel aliud quantūcumque, quod minoribus uiginti
annis necessario datur, ab ijsq; suo iure postulatur. Iuris-
consulti precarij uerbo utentes, precario rogare dicunt,
& precario concedere. Non me latet precariū esse, quod
quandoq; reuocari potest; id est, quod nec statutū tempus,
nec certum usum habet, sed aliud uerbum non habemus
quo magis id significare possimus. Sunt enim precaria
quædam ad certū tempus cōcessa; unde interdictū de pre-
cario natum. Prædia autem olim quædam pensitantia di-
cebantur, quædam immunia. Pensitationum tria erant ge-
nera, ut inquit Asconius, canon, obligatio, indictio, de
quibus alibi diximus. Quæ immunia prorsus erant, id
est, ut nunc loquimur, alaudialia, ea optimo iure prædia
dicebantur. Cic. de lege Agr. Optimo enim iure ea sunt
profecto prædia, quæ optima cōditione sunt. Libera me-
liore conditione sunt quam serua. capite hoc omnia quæ
seruebant, nō seruiēt. Soluta meliore in causa sunt quam
obligata. eodem capite legis tuæ sub signata omnia; si mo-
do Syllana sunt, liberantur. Immunia meliore conditione
sunt, quam illa quæ pensitant. Ego Tusculanis pro aqua
crebra uectigal pendam, qui mancipio fundum accepi, si
à Sylla

à Sylla mihi datus esset, Rulli lege non penderem. Qui
nerò rerū prædialium periti erant, ij prædiatores uoca-
bantur, quo nomine hodie appellari possunt homines in
iure prædatorio periti. Cicero pro Cornelio Balbo, Et-
enim Quintus Scæuola ille Augur cum de iure prædiato-
rio confuleretur, homo Iuris peritissimus cōsultores suos
numquam ad Furium & Casellinum prædiatores re-
ijciebat. Idem ad Attic. libr. xii. Quod pro Cornificio
me abhinc amplius annis xxv. spopōdisse dicit Flauius,
& si reus locuples est, & Apuleius prædiator liberalis;
tamen uelim des operam ut inuestiges ex consponsorum
tabulis sit ne ita. Libera indictio uel arbitraria dici potest
de ijs, qui uulgò taleabiles ad uoluntatem dicuntur. Est
enim libera domino indictio in huiusmodi obnoxios uel
ascriptitios homines, ut arbitrato suo inducere quantam-
uis collationem ei liceat.

Exl. Cum quidam. §. Fiscus. in titu.

De usuris.

Fiscus ex suis contractibus usuras non dat, sed ipse ac-
cipit, ut solet à fornicarijs qui tardius pecuniam inferūt.)
Fornicarij sunt opifices & propola & institores qui ta-
bernas è fisco conducunt sub fornicibus, ut ibi merces suas
uenales habeant, cuiusmodi esse solent in porticibus fori
uenalium, id est, macelli, quas fallas appellant. Fornices
autem arcus erant in memoriam rerum à triumphalibus
uiris gestarum extructi, quasi monumenta uictoriarum.
Cicero libro ii. de Oratore, Etiam illa ridentur quæ
manuendi aut augendi causa ad incredibilem admiratio-
nem effertur, uelut tu Crasse in concione, ita sibi ipsi
magnum uideri Memmium, ut in forum descendentes ca-
put ad fornicem Fabij demitteret.

X. 3 Ex l.

Exl. Scia, supra, eodem titu.

Nisi sua quaq; die usurae soluerentur. & infra, Non tamen in ampliorem quantitatem usurarum coueniri possit, quam eius pensionis nomine quae egressa est dies praestitutum.) Sensus exposcit ut etiam refragantibus exemplaribus, non quaque die sed quaeque. nec quam pensionis, sed praeterquam pensionis legatur.

Exl. Si bene collocatae, eod. titu.

Dummodo non acerbum se exactorem nec cotumeliosum praebat, sed moderatum & cum efficacia benignum & cum instantia humanum. nam inter insolentiam incuriosam & diligentiam non ambitiosam multum interest.) Sic quidem legit Accursius: qui etiam haec uerba interpretando ineptire mihi uidetur. Ego uero locum hunc mendosum esse, sicque emendandum censeo. Nam inter insolentiam curiosam, & diligentiam non ambitiosam multum interest, nisi legamus iniuriosam insolentiam, id est, ἐπιβουλεύουσαν.

Solers.

Solers est acer & industrius, cui opponitur non insolens, sed iners. Ideoque non insolentia, quod Latini non est, sed insolentia lego. Est autem insolentia, cum eo genere peccamus quod uisatum non est. ut cum insolentem hominem dicimus, significantes praeferoem & ultra modum uisatum elatum. Graeci ἀλαστέρα uocant. Cicero in secundo de Oratore, Tum si erunt honestiora atque grauiora, tamen non esse tanti ulla merita, quantum insolentia hominis quantumque fastidium. Insolentiam pro fastu inaudito aut insolito posuit. Et pro Cluentio, Iam insolentiam noratis hominis, noratis animos eius ac spiritus Tribunitios. Quod odium aij in mortales? quae superbia? quanta ignorantia sui? quam intolerabilis arrogantia? Idem in Bruto, Insultat enim & insolentiam tanquam insaniam quandam orationis odit. Sum-

tatem

tatem autem & integritatem, quasi religionem & uerecundiam oratoris probat. Et in Oratore perfecto, Gorgias autem audior est eius generis, & ijs festiuitatibus (sic enim ipse censet) insolentius abutitur. Insolentius non pro elatius aut fastidiosius dixit, sed pro immoderatus & praeter modum solitum. Sic insolentem exactorem Vlpia. intellexit durum & acerbum, & omnino nihil remittentem. Curiosus est qui a Graecis periergos dicitur, a nimia & iniustata cura agendarum rerum, propter quod in uitio ponitur periergia, id est, anxietas, & ueluti diligentiae redundantia. Ambiciosus aucupator est gratiae, id est, philotimos. Cic. pro Cluentio. Hoc in reo qui absoluit, ambitiosus: qui distulit, cautus: qui condemnauit, constans existimatur. Idem pro Muræna, Quibus Lucius Lucullus tantum laudis impertit, quantum neque ambitiosus Imperator, neque inuidus tribuere alteri in communicanda gloria solet. Tranquillus in Augusto, Neque post bella ciuilia in concione, aut per edictum ullos militum commilitones appellabat, ambitiosus id esse existimans quam aut ratio militaris, aut temporum quies, aut sua maiestas postulare. Ambiciosus in his exemplis pro gratiae praecipuo ponitur, & affectantius blandiente ad emerendum fauorem. Ambitiosus enim praeter notum significatum, obsequium gloriosum significat. Tranquillus in Othone, Nullo officij aut ambitionis in quenquam genere omisso. Ambitus etiam pro aucupatione gratiae & uitiosa emerendae famae cupiditate a Quintiliano ponitur libro IIII. Est enim, inquit, nonnumquam prauis iudicibus hic ambitus, aduersus amicos, aut pro ijs quibuscumque simultantes gerunt, pronuntiandi, faciendi, iniuste, ne fecisse uideantur. Idem lib. XI. Summouendum uero est utrumque ambitus genus, uel potentibus contra

Curiosus.
Periergos.

Ambiciosus.

Ambiciosus.

Insolentia.

Αλαστέρα.

contra humiles uenditandi operā suam; uel illud etiam ia
 Etantius minores utiq; cōtra dignitatē attollēdi. non enim
 fortuna causas uel iustas uel improbas facit. Ambitiosa de-
 creta, infra. De decretis ab ordine faciendis, non ea intel-
 ligēda sunt, quæ per largitionem facta sunt, ut Accursius
 intellexisse uidetur, sed quæ per gratiam. Tria enim sunt
 quæ iudicia corrumpere solent, ambitio, odium, & sor-
 des, id est, auaritia. Quintil. in 1111. Sed præcipua in hac
 dicentis autoritas, si omnis in subeundo negotio suspicio
 sordium aut odiorum aut ambitionis absuerit. Plin. in 111.
 Epist. Etenim tum maxime fauor & ambitio dominatur,
 cum sub aliqua specie seueritatis delitescere potest. Tran-
 quillus in Domit. Plerumq; & in foro pro tribunali extra
 ordinem ambitiosas Centumuirorum sententias recidit.
 nummarios iudices cum suo quenq; consilio notauit. Li-
 uius. Consul cum satis ambitiose partem utranq; fruendo
 incerta respondisset, & reliqua. Idem libro 1 x. de bello
 Maced. Carminaq; a militibus in Imperatorem dicta, ut
 facile apparet in iudicem indulgentem ambitiosamq;
 ea dici, triumphumq; magis militari fauore quam populi
 ri celebrem. De sordibus iudicum Cicero Philipp. 1. Ut
 enim quisque sordidissimus uidebitur, ita libentissime se-
 ueritate iudicandi sordes suas eluet, laborabitq; ut hone-
 stis decurijs potius dignus uideatur, quam in turpes ire
 coniectus. Idem in 111. Nihil humile de Tarquinio, nihil
 sordidum accepimus. At uerò huius domi inter ciues illius
 appendebatur aurum, numerabatur pecunia una in do-
 mo, omnes quorum intererat totum imperium Reipubli-
 cæ mundinabantur. Sordes Δωροδοκίας Greci uocant, &
 Δωροδοκίας sordidos iudices Δωροδοκίας. A recentioribus etiam qui-
 busdam fures huiusmodi iudices dicuntur, imitatione Gre-
 corum

Δωροδοκία.
 Δωροδοκίας

corum qui κλέπτας appellant, ut à Læpripio in Alexan-
 dro, & Vopisco in Aurelio. Iudicia autē obscœna, id est,
 stupris & adulterijs corrupta, constuprata à Cicerone lu-
 culento uerbo uocantur. Sic enim ad Atticum inquit li. 1.
 Etenim post professionem tuam primus (ut opinor) introi-
 tus fuit in causam fabulæ Clodianæ. In qua ego nactus (ut
 mihi uidebar) locum refecandæ libidinis & coërcendæ iu-
 uentutis, uehemens fui, & omnes profudi uires animi atq;
 ingenij mei, non odio adductus alicuius, sed spe non cor-
 rigendæ sed sanandæ ciuitatis, afflicta Repub. empto con-
 supratōq; iudicio. Ambire alioqui est magistratum uel
 honorem petere, allegatis ob id amicis; Latine etiam pre-
 hensare uocatur. A Grecis itidem φιλοτιμείας, φιλορρο-
 νείας, προσωδραχέειν, μυῖας, ἀρχαιρεσίαιειν, δεξιόσθαι q;
 dicitur, id est, manibus rogando prehendere, ut candida-
 ti solebant; id est, qui magistratuuum petitores se profite-
 bantur in comitijs. Tranquillus in Cesare, Sed cum editis
 iam comitijs ratio eius haberi non posset, nisi priuatus
 introisset urbē, ambiētiq; ut legibus solueretur multi cō-
 tradicerent, & reliqua. Sic Sallustius, Singulos, inquit, è
 Senatu ambiendo effecerūt. id est, prehensando blanditijs
 exorando. Et ambitus huiusmodi contentio gratiosa &
 blanda dicitur. Tacitus, Patres odio delatoris ut curia eij-
 ceretur, contra Agrippinæ ambitum pernicere. Ambitio
 autem duplex erat. Vna, lege uetita, unde leges de ambi-
 tu late, cum tributim pecuniæ diuisorū ministerio distri-
 buerētur; hoc est, τῶν ὀχλῶν δεκασμῶν. Altera nō uetita,
 quæ sine largitione fiebat. Cicero in Sallust. Cedo si fue-
 rim in honoribus petendis nimis ambitiosus. non hanc di-
 co popularem ambitionem, cuius me principem profiteor
 sed illam perniciosam contra leges, cuius primos ordines
 Sallust

Κλέπτας

Constuprata
iudicia.

Prehensare.
 Φιλοτιμείας
 Φιλορροναί-
 σθαι, &c.

Ambitio du-
plex.

Ambitiosum. Sallustius ducit. *Ambitiosum* etiã *enixum* dicunt & affectu, quod Græci καίεως δδω μλδου dicunt, id est, ingenti studio factum. Tacit. lib. xii. de Othone loquens, Funus eius maturatum ambitiosis id precibus petierat, ne amputaretur caput ludibrio futurum. Spart. in Adria. Aurum coronarium in prouincijs minuit, & quidem difficultatibus ararij ambitiosè ac diligenter expositis. Tractum id à Græcis, qui φιλοτιμωσ dicunt αὐτὶ τῆς ἐπιμελείας, id est, enixè præter modum. Sic enim ambientes agere solent. In proposito igitur diligentia non ambitiosa est iusta & accurata, nec nimia nec affectata aut sume aucupatrix. Nimiam & ambitiosam diligentiam notans Cic. in libro de claris Orat. ita inquit, Catius cum literis eruditior quàm Curio, tum etiam accuratius quoddam dicendi & exquisitius afferebat genus. Quod quanquam scienter eleganterq; tractabat, nimium tamen inquirens in sese, atq; ipse sese obseruans metuensq; ne uitiosum colligeret, etiam uerum sanguinem deperdebat. Itaq; eius oratio nimia religione attenuata doctis & acutè audiētibus erat illustri; à multitudine autem & à foro cui nata eloquentia est, deuorabatur. Nimia religione, inquit, id est, anxia & nimia diligentia ac cura, nunquam satis sibi ficiente, ἐπιμελῆσιν ἐδλαβεία. Eòdem etiam pertinet dictū illud Plinij de Apelle loquentis libr. xxxv. Aliam etiam, inquit, gloriam usurpauit, cum Protogenis opus immensi laboris ac curæ supra modū anxie, miraretur. Dixit enim sibi omnia cū illo paria esse, aut illi meliora, sed uno prestare, quod manum ille de tabula nesciret tollere; memorabili præcepto, nocere sepe nimiam diligentiam.

Ex I, Et in contraria, eodem tit.

Si mutuatus sum pecuniam, ut creditorem tuum absolui

solum.) Non improprie hic ponitur absoluerè, ut creditur Accursius, sed elegantissime. Terent. in Adel. Ibo ad forum ut hunc absoluiam, id est, reddito pretio dimittam. Nam ueluti ligati sunt quibus debetur aliquid, ut inquit Donat. Idè in eadem, Obsecro hercle hominem impurissimū quāprimum absoluitote, ne si irritatus fiet, aliqua ad patrem hoc permanet. de lenone loquēs qui xx. minas asidit flagitabat ab Aeschino. Simile est liberare & dimittere creditore, quod lingua uernacula expedire appellat. Vlpian. Si filius f. accepit mutuā pecuniā, ut eū liberaret, qui si peteret, exceptione nō summoueretur, Senatiscō. cessabit exceptio. A Græcis hoc sumptū Aristot. in viii. Ethic. Ὀὐχ ὁμοίως ἢ ἢ σιωπῶν ἀξίας ἢ διαλύων & ἐκλάσει; id est, Nisi aut ut cōtraxerit, ita dissoluatur uel dimittatur, exposulabit. de creditore loquēs qui in diem debitorē sibi obligauit. Idè, Γίνεταί τῳ τὰ ἐγκλήματα μάλα σὺ ὅταν μὴ κατὰ τὴν αἰτῶν σιωπῶν ἀξίωσι ἢ διαλύωνται. Demosthenes πρὸς Ἀπατούριον, Τὸν μὲν τῶ πορ τῆτον ἀπὸ ἀλαξεί τῆς χρίστας Ἀπατούρι, Hac ratione suos creditores liberauit Apaturius. Et κατὰ τιμοκράτης, Ἀπαλάξει τὸν γράμμιον, Id est, accusatorē corrūpere id est, διαφθεῖραι. Et hic idētidē Paul. Si mulier pacta sit, ut ex fructibus fundi quē dedit in dotē creditor mulieris dimittatur, an ualeat pactū? Liu. lib. v. i. secūdi belli Punici, Nō ad Romā obsidendā, sed ad Capuā liberādā obsidionē Annibalē ire, id est, ad Capuā obsidione liberādā.

Ex I. Nihil interest. De nauti. fœnore.

Quod in singulos dies in stipulatum deductū est, ad finem centesimæ nō ultra duplum debetur. Hic textus inuersus est ab Accursio & alijs, qui centesimam usurā sortem æquare credebāt, que opinio iamdiu explosa est Hermolai

Absoluerè creditorem.

Liberare creditorem.

mola Barbari diligentia. Sic igitur hunc locū lego, Ad finem non ultra duplum cētesimæ debetur. Hoc sensu, nō posse traiectitiam pecuniam ultra duas centesimas mereri. Duæ autem centesimæ poterant deberi pro duobus cōmeatibus. id est, pro pecunia traiectu, & mercium retro importatione ex ea pecunia comparatarū, ut in lege prima huius tituli. Propterea Pollux lib. v. 111. fœnus nauticum duorū generum ponit, Heteroplū & Amphoteroplum. Heteroplum est cū cōmeatus tantum periculum fœenerator suscepit. Amphoteroplū cū remeatus quoq; Centesimæ autem duorum generum erant. alique enim perpetuo fœnore ducebantur, & duodenos quotannis nummos merebant, quos Plinius ad Traianum duodenos asses appellat, his uerbis, Pecuniæ publicæ uereor ne otiose iaceant. Nam & prædiorū comparātorum aut mīla aut rarissima occasio est, nec inueniūtur qui uelint debere Reip. præsertim duodenis assibus quanti à priuatis mutuuntur. Alteræ centesimæ cū renouatione fœnoris anniuersaria ducebantur, quas usuras usurarum appellant. Cicero uerbo Græco Anatoçismo appellat. sic enim scribit quadam ad Atticum epistola libro v. Interim cū in edicto translattio centesimas me obseruaturum habere cum anatoçismo anniuersario, ille. ex syngrapha postulat sibi ius dici. Idem, Clamare omnes qui aderant nihil impudentius Scaptio, qui centesimis cum anatoçismo contentus non esset. Idem, Senatuscōsultum modō factum est postquam tu es profectus in creditorum causa, ut centesimæ perpetuo fœnore ducerentur. Hoc quid interfit, si tuos digitos noui, certè habes subduciūm. Perpetuo fœnore dixit pro uno & eodem, sine anatoçismo. Anatoçismus enim usura est anniuersaria renouatio, ut

Heteroplum.
Amphoteroplum.

Centesimæ duplices.

Anatoçismus.

tio, ut Cicero ipse docet in sexto ad eundem, his uerbis: Magnam ego pecuniam confeceram ut soluerent, centesimis sexennij ductis cum renouatione singulorum annorum. Centesimas quidem opinantur ex eō dictas, quod quolibet mense centesimum nummum mereat, id est, duodenos asses annuos: cui opinioni facile assentior.

Ex I. Quinquaginta, Deprobat.

Ab utroq; ergo eius rei probatio exigenda est.) Lego ab utro, interrogatiue.

Ex I. cū de ætate, eodem titulo.

Et durū & iniquū est cū de statu ætatis alicuius queritur, & diuersæ professiones proferuntur, ei potissimū stare quæ noceat.) Accursius & qui cum secuti sunt, professionem depositionem testium interpretantur, ignorantia latinitatis lapsi, & hīc, & in lege, Etiam, et lege ultima, infra eodem hoc titulo. Profiteri est publicè & apud acta aliquid ultrò denuntiare, quod uulgò in sinuare uocant. Curtius lib. i. x. Alexander priusquā secerneret quos erat retēturus, edixit ut omnes milites es alienū profiterētur. graue esse plerisq; cōpererat, & quāquam ipsorū luxu cōtrañū erat, dissoluere tamē ipse decreuerat. Idē: Rex satis gnarus mēsas totis castris poni iussit, & decē milia talentorū proferri, tū demum fide facta professio est. Fiebat etiā professio in sensu peragēdo. Vlpianus: Vitia priorū censuū editis nouis professionibus euanescent. A Græcis ἀπογραφὰς dicitur, & professio ἀπογραφή. Lucæ 11. Ἀπογραφῆς ἂν ἢ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονόντων & ἂν Σουλῆς ἀδ. Κυπρίους, ἢ ἐπορόδου το πάντες ἀπογραφὰς ἑκάστος ἐς τὴν ἀπογραφὴν. Ἰλλὰ πὸ δλίγ, Hæc p̄fessio prima facta est, & reliqua. profiteri etiam merces dicimus, hoc est, ue digales facere, & Merces professa: & improffessæ. Vnde merces improffessæ à Martiano

Ἀρελωνῖοι.
Προφῆσιο libe-
rorū natorū.

tiano dicuntur in leg. Interdū, infra, De Publicanis: Quorum nomine negotiatores uel legal non pepēderūt, id est, apud acta. Iuuenalis Satyra nona: Tollis enim et libris actorum spargere gaudes Argumenta uiri, foribus suspende coronas, iam pater es. Capitolinus in Marco Philosopho: Inter hæc liberales causas ita munivit, ut primus inberet apud Præfectos ærarij Saturni unum quensq; ciuitam natos profiteri, intra tertium diem nomine imposito. Per prouincias tabellariorum publicorū usum instituit, apud quos idem de originibus fieret quod Romæ apud Præfectos ærarij: ut si forte aliquis in prouincia natus causam liberalem diceret, inde ferret. Atq; hæc totam legē de assertionibus firmavit. Idē in Gord. Nā illud satis constat quod filium Gordianum nomine Antonini signo illustrauit, cum apud Præfectum ærarij more Romano professus filium, publicis actis nomen eius infereret. Scaeuola in lege ultima, infra, Mulier grauida et à marito repudiata, enixa filium absenti marito, ut spurium in actis professa est. Fiebat autē professio addito die et Cōsule, propterea professione etas facile probari poterat. ut in lege prima, Codice, si minor, se maiore dixerit. quod mirū est Accursio hoc in loco excidisse. Eadē latinitatis ignorātia, aut etiam fecidore lapsus est idem lege sequenti, ubi hæc uerba: Morem ei geni, pro morem iudiciorum seruari interpretatur, quo modo etiam interpretatus est in lege, Quod si possessor, supra, De rei uendic. palmariū sibi esse ratus hoc uerbum enarrauisse, quod Placentinus se nō intellexisse fassus est. Cicero in 11. de Oratore: Quæ est enim alia causa nisi quod nobis et horum adolescentium studio qui te attentissime au-
Morē gerere. dicunt, morē gerere uoluisti. Morem gerere Cicero pro obseq

obsequi dixit. Dicitur et morigerari. Idem in Oratore Morigerari. perfectio: Voluptati autem aurium morigerari debet oratio. Ipse ad Atticum libro decimo tertio, sic Græcè dixit: Ad id autem quod uolumus ἀφιδρῶμα, nihil aptius uideatur quam lucus quem ego noram. Sed celebritatē tum nullam habebat, nunc maximā. In hoc τὸ τῶς μὲς πρὸς θεῶν ἔπαρσις. In hac mea insolentia et fastum obsecro te per Deos mihi morigerare. hoc est, indulge et patientiam accommoda, τὸ ἄπει τὰν τῶν ἄπεισά μοι. Sunt et alia huiusmodi non pauca, ut alibi diximus, omnia sustuario digna siquidē hoc tempore dicta essent, ut in lege Testium, infra, De testibus, circa principium: An ad ea quæ interrogaueris extempore uerisimilia responderit. Vbi Extempore. hoc uerbum extempore, id est, confestim et in præsentia, idem Accursius non intellexit.

Ex I. Qui testamentum, eodem tit.

Titio centū do lego, quæ ideo ei non caui, quod omnem fortunā et substantiā, si quam à matre susceperat, in sinu meo habui sine ulla cautione. In sinu meo dixit, pro in occulto et penitus apud me et in potestate mea. Simile illud Ciceron. in 111. Tuscul. Tantum istos admonebo, si maxime uerum sit ad corpus omnia referre sapientem: siue (ut honestius dicā) nihil facere nisi quod expediat, siue omnia referre ad utilitatem suam, quoniam hæc plausibilia non sunt, ut in sinu gaudeāt, gloriose loqui desinat, id est, se cū et cum suis gaudeāt, nec gaudiū suum in uulgus edāt, et palam faciant. Sic intelligo illud scitē dictū ab eodem ad Quiratrē: Mihi crede in sinu est, neq; ego discingor. Ac si diceret, in potestate habeo, neq; periculū est, ut imprudenti mihi uel immemori excidat, et ita in potestate mea esse desinat. Vel in sinu, hoc est, in occulto: meq; periculum est

In sinu habere.

ut indicio meo mihi excidat, qui noui tacēda filere & con-
tinere. Plin. in Panegyry. An Senatū populūq; Rom. exer-
citus, prouincias, socios transmissurus uni, successorē ex si-
nu uxoris accipias? summeq; potestatis heredem tantū in-
tra domū tuam queras? Ex sinu uxoris, id est, ex famili-
ritate penitissīma et intima amicitia. Cic. ad Atti. li. ii. ita-
que in sinu aut in familiaritate adolescētis, & cū eo (ut res
indicat) sēpe cōgressus, rem in eum locū deduxit, ut dice-
ret sibi certū esse cum suis in Pompeiū impetū facere. Plin-
nius in eodē Panegyry. Gestus Consulatus non in hoc urb. s
otio & intimo sinu pacis, sed iuxta barbaras gentes. Siū
hic pro securitate posuit. Alibi: Confugit in sinum tuum
conculsa Resp. ruensq; imperiū super Imperatorē, Im-
peratoris tibi uoce delatum est. id est, in presidium. Quod
autem dicit hic Iurisconsultus, Quæ mihi pertulit, hunc
habet intellectu, quæ apud me esse fuit, nec à me repetijt.

Ex I. Si arbiter, eodem titulo.

Potest enim memoria non teneri intra annū puta factū,
cū interim nemo sit eorū qui meminert quibus Consuli-
bus id uiderit.) Neesse est (nisi fallor) ut hæc particula,
nō, expungatur, & affirmatiuē legatur, aut ut teneri non
intra annū, legatur, potest enim hoc memoria teneri. Nam
præterquā quōd sensus id exposcit, particula etiā interim
quæ hic aduersatiua est, nos ita credere cogit, ut sit sen-
sus, Potest enim fieri, ut multi meminerint nō ante annum
id factum, nec tamē meminerint certū diem aut Consulem
quo Consule id factum sit. Interim autem pro tamē hoc in
loco accipitur, ut apud Ciceronē pro Sylla: Quod flagi-
tium Lentulus nō cum Antonio cōcepit? quod sine eodem
illo Catilina facinus admisit? cū interim Sylla cum iisdem
illis, non modō noctem solitudinemq; non quæreret, sed ne
medioc

mediocri quidē sermone & cōgressu cōiungeretur. Quod
simile est ac si diceret: Et tamē Sylla tum cū illis non cor-
uūtas erat. Et paulō pōst: Et hoc infinitē similiter sursum
uersam accideret, cum memoria operis facti non extaret.
Legō uel repugnātibus exēplaribus: Et hoc infinitē simi-
liter sursum uersus acciderit, tū memoriā operis facti non
extare. Sic enim sensus explicitus elucebit. Nec uerba duo
subaudi neesse erit, ut Accursius ineptulē cēsuit. Pan-
dectarū enim libris à Iustiano ad Accursium per multa
ignorantiæ secula, per alios atq; alios exemplariū tradu-
ces deinceps propagatis, & (quod super omnia est) mani-
bus Latine nescientium, nihil magnopere mirandū, mul-
tas mendorum labe inoleuisse: partim ita indelebiles, ut
quō magis attingantur, eō illustriores fiant: partim facile
elubiles, quæ potissīma pars est, nisi fortē autoritate Ac-
cursij agnoscentis sacrosanctæ factæ esse credantur. Cuius
ego ut Iurisperiti autoritatē sequi, nō ut literatoris soleo.
Simile est in lege penultima, infra, titul. proximo: Si res
gesta sine literarum quoq; consignatione ueritate factum
suum præbeat. Vbi probet legendum esse, mirum est Ac-
cursium non uidisse. Sunt & alia huiusmodi quæ scientes
præterimus: satis est enim specimen eorum dedisse.

Ex I. Testium, De testib. circa princip.

An honestæ & inculpatæ uitæ, an uerò quis notatus &
reprehensibilis.) Inculpatus uerbū est significatiuus, quā
uulgō esse putetur. Quæ admodū illaudatus quod ei è re. Illaudatus
giōne opponitur. Gellius lib. i. de illo loco Vergiliano
loquens: Aut illaudati nescit Busyridis aras: Sed enim, in-
quit, qui in omni re atq; omni tempore laude omni uacat,
is illaudatus est, isq; omnium pessimus deterrimusq; est.
Sicuti omnis culpæ priuatio inculpatus facit. Inculpatus
Inculpatus. autem

autem instar est absolutæ uirtutis: illaudatus quoque finis est extremæ malitiæ. Itaque Homerus non uirtutibus appellandis, sed uitijs detrahendis laudare ampliter solet. Hoc enim est *μᾶλιστα ἀμύμων* Iliados 1. Inculpabilis auspex, ἀμύμων. Eadem ratione Verg. dixit inamabilem paludem. Ex hoc Gellij dicto apparet inculpatum testem à Callistrato dictum esse exploratæ fidei, ac nulla unquam inconstantia testimonij labefactatæ, et moribus probatissimis, et integritate famæ. Hoc nomine propriè uocari possunt herodes illi quos noui probos appellat, ab eo indito nomine quod clarissimam illam fortitudinis gloriam nulla usquam indignitate temerasse et delibasse creduntur. Quamquam uerbo Homericò amymones significantius dicantur, hoc est, qui nihil unquam risu et subsannatione dignum admisserunt. *οἱ μὴ ἐχούρησιν τι τὸ μύμωνος ἀφίον, ἢ γουὸν τὸ δὲ τὸ μύμωνος ἢ ἄλλο, διορεὶ ἀμύμωνες.* Ac si dicas, in quos nihil obtrectatoribus aut cauillatoribus licet. Inculpati etiã Latine dici debet equites splendidioris nominis, quos equites sine opprobrio appellamus, significantes eos perpetuo ac constanti militiæ tenore nullum prorsus in sese dedecus admisisse.

Ex eadem I. Paulò post.

Qui et cuius dignitatis, et cuius estimationis. Lego, Qui et cuius dignitatis et cuius estimationis sint, et qui simpliciter uisi sunt dicere ueritatẽ. Verum unum eundemque præmeditatũ sermonem attulerint, an ad ea quæ interrogaueris, extempore uerisimilia responderint. Quo in loco Accursius ignorãtia latinitatis fœdè hallucinatus est. Sic enim ipse legit: An ad ea quæ interrogaueris extempore, uerisimilia responderint, cum certo certius sit post uerbum interrogaueris subdistinguedum esse, et inde infrendum uno spiritu, extempore uerisimilia responderint. Accursius enim

enim de tempore super quo interrogantur testes intellexit, cum sit sensus prorsus alius. Ex tempore enim à Iuriscōsulto aduerbialiter positum est pro in presentia, et illico et impræmeditatè, quod à Græcis per imitationẽ Latini acceperunt, qui *ἐκ ἡγουρᾶ* dicunt, et *ἰδιῶ ἡγουρᾶ*, hoc est, *ἐκ τῆς ἡγουρᾶς*. Aestimare igitur debet Iudex, an unum et eundem sermonem testes et domi præmeditatum attulerint, an ad ea quæ nec opinatò interrogati sunt, extempore, id est, de repente uerisimilia responderint, quod indicium est puri ac sinceri testimonij. Debet enim (ut aiunt) è re nasci testimonium, non autem uelut è commentario proferri. Quintilianus in decimo: Maximus uerò studiorum fructus est, et uelut præmium quoddam longi laboris extempore dicendi facultas. Eant igitur barbarici uindices, qui linguæ Latine cognitionem nihil ad studium iuris civilis conferre, atque etiam obesse deprædicare non erubescunt: perinde quasi qui à Cicerone et Quintiliano, et reliquis eiusdem aut proximæ classis scriptoribus Iuriscōsultorum intelligentiã petat, is à nymphis uinum poscat (ut dicitur) aut aquã à Libero. Videlicet ipsi ignari, iuris huius cõditores latinitatis et elegantiæ cõsultos nedum iuris fuisse. Verum hoc illud est potius: Habet amatores multos antiqua illa linguæ Latine puritas, sed paucos ex professorum quemadmodum et libertas in tyrannide. Quotus enim quisque eorum etiam qui non modò elegantiam detestari solent, sed etiam qui Grammaticæ contemptum profitentur, non in censendo scribendoque caperata fronte barbariẽ illã enixè excutere uidentur, et ueluti trochleis decimũ quodque uerbum nõ deterrimũ ex intima mète ducere? Ac si quod forte fortuna probum et elegans ore exciderit, proutinus attentionem quasi que plausum præstigiæ petere? Sed

X 4 scilicet

Inculpati herodes nouem.

Amymones.

Extempore.

Ex uerisimilia.

Et in uerisimilia.

scilicet quod assequi se posse desperat, fugitare etiam auersariq; uideri uolunt. Attendant igitur tandem (Si mēs tamē diu potatis erroribus ebria aliquid eos sanum cōsiderare permittit, ut diuus inquit Augustinus) Animaduertant Accurstum (quē ipsi sibi Ciceronis & Quintiliani, & omnium antiquorū instar esse uoluerūt) nō satis lotis manibus ad tractandam iuris interpretandi materiam accessisse, tametsi in principio statim Pandectarum deterrente eum Caio, ut mirum non sit tam maculosos Iuriscōsultorum libros nūc esse, qui sordidis manibus tandiu cōtrectati sint. Caterum existimationis hīc, non aestimationis legendum est. Librariorū enim errore factū est, ut ubiq; in iure hec uerba confusa sint, cum multum significatione differūt.

Aestimatio. Aestimatio consideratio est & perpēsio est; existimatio iudiciū & arbitratus. Existimatio ab aestimatione profiscitur, rebus enim aestimatis, id est, perpēsīs et excussis, postea iudicamus & arbitramur. Sed iā existimatio pro fama usurpari cepit: quē admodum & opinio, ut Græcē δόξα. Fama siquidē ex uulgi iudicio nascitur. Propterea existimatū hominē Gellius appellat qui in primis cēsetur.

Οἱ Δουλοῦτες. Nam quos Euripides τῶς δουλοῦτας uocauit in Hecuba, **Οἱ ἀδοξοῦτες** ille existimatos uertit. Cōtra inexistentos τῶς ἀδοξοῦτας. Cic. in 1.1. de Orat. de exordio loquēs: Ex ijs autē, inquit, apud quos agetur, sentētiās duci decebit, ut beneuolos, bene existimātes efficiamus: i. bene de reo iudicātes. Existimator est opinator & δόξασις. Cice. in Orat. perfecto: Illud tamē meminimus, ita nos potius aucturos, ut omnia quasi existimatores uideamus loqui, nō ut magistri. Et in Bruto: Existimator doctus & intelligēs. Et existimatio est opinio, ἐπόλις, quod tacitū est iudiciū, δόξασις existimator qui uipreditus est opinādi. Aristoteles

in

in vi. Ethic. καθ' ἄποδ' ἰδ' ἔ' δόξασις δλο ἐσιρ' ἐδν δ' ἰνδ' τῶς καὶ φ' ἰνδ' is, estimator autem est iudex. In secundo de Finibus: Quia te habeo æquissimum eorū, quæ mihi communia tecum sunt, estimatorē & Iudicem. Curtius: Immodicus estimator sui, celebrare quæ gesserat, cœpit. est enim aestimare, τιμᾶν, ἀναρεῖν εἰς, εἰς ἀμᾶδι, καὶ ἀθεωρεῖν. Sunt enim huiusmodi non pauca lubrici erroris, quæ apud autores Latinos inscitia librariorū emendatorūq; mutuo succedentia inueniuntur: quorum tamen aliqua nō facile à quolibet deprehenduntur, ut hoc aestimo pro existimō, & uiceuersa, hoc pro illo cētum in locis iuris. Cicero in Verre, actione 111. in fine: Crassi, inquit, & Antonij, ut opinor, ad causam non accederēt, neq; in alterius impudentia sui pudoris aestimationem amitterent. ubi existimationem legendum. Et itidem in quarto: Sic iudico & iudicare. Quintilianus in secundo, de genere orationis loquens: Nam mihi aliam quandam uidetur habere naturam sermo uulgaris, aliam uiri eloquentis oratio. Cui si res iudicare modō satis esset, nihil ultra uerborum proprietatem elaboraret. Quo in loco indicare legendum, pro eo quod est simpliciter rem enuntiare, non figuratē aut ornatē dicere. Græcē ἀπαγγέλλειν & ἐρμηνεύειν. Apud eundē angustius pro augustius, sic enim, inquit, de claris pictoribus loquēs: Nā Zeusis plus membris corporis dedit, id amplius atq; augustius ratus, atq; ut existimant Homerū secutus, cui ualidissima quæq; forma etiam in fcemininis placet. Sed angustius pro augustius uulgō in impressis legitur. Augustius autē magnificentius significat, & plenus maiestatis, ἀξιωματικώτερον, σεμνότερον, σεβαστότερον, ἰερωτέρον, ἀξιοπρεπέτερον, σεβασμιώτερον, θεοπρεπέτερον unde Augusti Imperatores dicti. Direptus pro dirēptus.

Iudicare.

Augustius.

X 5 Cicero

Cicero in Officijs, circa finem: Quò magis reprehendendos Calliphonè & Dinomachum puto, qui se direpturos controuersiam putauerunt. Direpturos enim legi debet à uerbo dirimo. Et in lege penult. De iure dotiù, Si direpto matrimonio petitur, ex causa & persona id tribuendum puto. direpto legi debet. Liu. lib. 111. ab urb. cond. Decemuiros cõubiù diremississe ne incerta prole auspiciã turbarentur, καὶ ἀλῦσαι. Vedicare pro uenditare. Cicero in Lælio: Quauquam à multis ipsa uirtus cõtemnitur, & uendicatio quædam atq; ostentatio esse dicitur. Veditatio legi debet. Sic apud Quintilianũ in duodecimo uedicandi pro uenditandi. Summouendũ uerò est, inquit, utrũq; ambitus genus uel potētibus contra humiles uenditandi operam suam, uel illud etiam iactantius minores utiq; contra dignitatem attollendi. Est autem uenditare ostentare, tracta ab institoribus metaphora, qui merces suas ostentare præcupidè solēt. Et ueditare sese alicui, est per assentationē operã suã ultrò spondere, quasiq; uanale ostentare. Græci hoc Ενδελάννουσιν dicũt, Demosthenes τὸ ἐλεγεῖον πρὸς τὸν Κτησίπυτον λέγει ὅτι οἱ ἀπὸ τῶν ἀριστῶν ἀποστρέφονται τὸ ἐνδελάννουσιν. Cicero ad Atticũ: Sermo hominũ à Philotimo ad me scribitur. Is enim me ab optimatibus ait cõscindi. Quibus optimatibus Dij boni? qui nunc quo modo occurrunt? Quo modo autem se uenditant Cæsari? Vbi uen uendicant corruptè legitur. Id est, sese in clientelam Cæsari dedũt, & in eius partes adiungũt, ἐαυτὸς τὸ ποσὶμοσιν ἐνδελάννουσιν, ἐαυτὸς παραδιδόασιν χριστάσιν ὅτι βέλτοισι. Hoc autem uerbũ mirum est apud omnes ferme ante

Vendico.

Ενδελάννουσιν.

Detineri. Πελοπιάσιν.

res & ubiq; deprauatũ esse. Detineri etiã, id est, distringere, quod Græci περιεσπιάσιν dicũt. in Philip. xi. Nos alio bello detineri putat. ubi distineri legendum. Liuus lib. i.

secundã

secundi belli Punici: Oppida ad omnia tuenda obeundaq; multimoda arte detineri cõcepti sunt. pro distineri. Apud Tacitum corruptius legitur: Interim Galbã duã sententiã detinebãt, ἀποθάλκον δὺο γνώμας. Distinere, occupare & distringere, unde distentus pro occupato. Cicer. de Natura Deorum circa finem. Et ad Atticum distentissimus pro occupatissimo, quod etiam à distendo deriuari potest. Liuus: Distendit ea res Samnitium animos. Et in tertio ab Vrbe condita: Reliquo exercitu haud procul manibus Tusculi considunt; ut distenderent hostium copias, ἐπὶ τῷ πελασπῶ τὰς δυνάμεις τῶν ἐπικρατῶν. Deduco pro diduco, in lege, Idem, supra De rei uendicatione, Si plumbum cum argento mixtum sit: quia deduci possit, nec communicabitur, nec communi diuidendo agetur: sed si deduci non possit. ubi diduci utrobiq; legendum, pro dirimi, distingu. Quintilianus lib. 111. circa finem: Nec distentè per ambages fatigabit, nec corpus orationis in parua momenta deducet. pro diducet, διασπλά. Cicer. in Academicis: Situs earum rerũ & interualla aut contrahimus aut deducimus. pro diducimus. Est enim diducere distingere, diuidere. Quintilianus in undecimo: Argumenta diducet in digitos, & propositionum & partitionum captabit lepõrem. Idem de pronuntiatione: Stare diductum, uel rigidum, uel supinum, uel incuruum, uitiosum est. Diductum, id est, diuaticatis distentisq; cruribus, διαβῆνόντα, διεκκλισμένον. Et quis, pro ecquis, & quod pro ecquis, & quid pro ecquid, sexcentis in locis apud Ciceronem. ut, & quemnam pro ecquemnam. Ecquis interrogatiuum est pro nunquis. Perstringere aciem uel oculos, & præsstringere, quidam idem significare putant, quæ identidem apud autores succidanea inuicem aut errore aut

Distinere & Distentus.

Distendere.

Diduco.

Ecquis.

Præsstringere.

aut opinionū uarie tate legimus. Malim tamē præstringere dici. Vnde præstigiæ & præstigiatores disti. Est enim præstringere, obtenebrare, caliginē offundere: ut sol præstringit oculos obtuentiū. *ωδριασραπιδ, καταλαμπερ, δωσωναι.* Et præstigiatores, qui celeritate lusitadi, & ludibria illa oculorum factitandi præstringunt uisum intuentium, ut miracula facere credantur. Cic. in 1. de Diuinatione: Quorum utrumq; præstringere aciem mentis solet. Et ad Brutum: Qui splendore falsi honoris obiecto, aciem boni ingenij præstringi posse confidunt. *αμελουειν.* & acies gladij præstricta, *απεσομαμλιν.* Perstringere uerò est leuiter attingere, *ωροσραπειν, ωροσραωειν,* & menphoricòs pro leui dolore afficere, *καθραπειν τινος.* Cicero circa finem Bruti, Consulatusq; meus qui illum leuiter perstrinxerat, id est, dolore nonnullo affecerat. Proinde

Perstringere.

Offundo. pro perinde. Effundo pro offundo. Cic. de Finib. lib. 1. 1. 1. Obscuratur enim & effunditur luce solis lumen lucerne. Vbi offunditur scribi debuit, pro circūfunditur & obruitur, *ωδραμυπειν.* Et lib. 1. de Natura Deorum; Multis etiā sensi mirabile uideri eam nobis potissimum probatam esse Philosophiam, quæ lucem eriperet, & quasi noctem quandam rebus effunderet. De Academia loquens, ubi tuidem offunderet scribi debuit. Et in signi errore sexcuplex

Sexcuplex. & sexcuplū per x pro s sexcuplex & sexcuplū, id est, hemiolium uel sesquialterū. de quibus alibi fortasse dicemus. Consensus Iudicum, pro confesso. Leniter pro leuiter, id est, remissè, quod Græci *ηρημα* dicūt. Leue pro non arduo. Curtius: Rupes leuiore submissa fastigio: id est, sensim sese attollente. ubi etiam lene legi potest. Sic Plinius Iunior, Leuiter & sensim consurgentem cliuum, dixit, *ησυχαι ωροσραπιδ.* Confirmatio pro conformatio. Cicero lib. 1. de

Natur

Natura Deorum: Quæ compositio membrorū, quæ confirmatio lineamentorum, quæ figura, quæ species humana potest esse pulchrior? Cōformatio legi debet, *υπερβωσως.* ut apud Quintilianū: Confirmationes uerborū pro confirmationes. Et confirmatio orationis pro cōformatione. & aliās persæpe. Energia pro enargia apud eundem in octauo: Itaq; inquit, energia cuius in præceptis narratio- Energia. nis feci mentionem, inter ornāmēta ponamus. Cuius uirtus est res de quibus loquimur, clarè atq; ut cerni uideantur enuntiare. Enargia per a scribi debet, id est, euidētia & Enargia. rerum representatio, & ut Cic. inquit, illustratio, Energia enim per e in secunda syllaba efficientiam significat. Sic apud Ciceronem in Academicis: Eosq; qui persuadere uellent esse aliquid quod cōprehendi & percipi posset, insciētē facere dicebant, propterea quod nihil esset clarius energia ut Græci appellant, perspicuitatē aut euidētiā nominemus. Enargia per a legi debet. Inimicum pro Mimicum. mimico apud Plinium in septimo Epistolarum, ad Montanum: Maximè tamen (inquit) hic me titulus admonuit quàm essent inimica & inepta quæ interdū in cœnam, in has sordes abijcerētur. Quo in loco ex antiquis codicibus mimica legimus, id est, histrionica. Aduocamentum pro Auocamentū. auocamēto, apud eundem ad Geminum lib. 1. x. qui tamen in antiquis octauus inscribitur: Ero ergo suspensus pro homine amicissimo, dum admittere aduocamenta & citatricem pati possit. Vbi auocamenta sine d legendum, haud dubie pro solatijs quæ mentem à mœrore & animi agritudine auocant, *δυσωγας απδ των λυπων ασχολδσας.* Lactant. lib. de Opificio Dei: Traducitur autem mens cogitatione cæca, & sibi auocamenta inuenit, ne saluberrimam quietē corporis interrumpat. Auocamenta animæ appell

appellat ea uisa quibus in somnum corpus delabitur. Sic apud Quintilianum lib. x. Namq; illa ipsa quæ delectant, necesse est auocent ab intēctione operis destinati; neq; enim se bona fide in multa simul intendere animus totū potest. Vbi aduocēt per d corruptē uulgò legitur. Et in hac ipsa lege. §. ultimo, Et multò minus milites aduocādi sunt a signis. auocādi sine d legendum est, ἀνοκεῖται. Adijcio & addico (de quibus alibi dictū est) errore librariorū identidē mutuo succidanea sunt, ut proprius & propius, frequēter in his libris. Quædā non erroris sed iudicij sunt, ut fistuca & festuca pro eodē; de quibus alibi dictum. Vindicō & uendico. exuccū pro exucto. demensum pro dimensio, cuius meminit Nonius. monimentū pro monumēto. auctor et author uel auctor. simulare pro simulare. perducere puellā pro producere, id est, ὑποάγω. et perductor pro productore, id est, ἀμάντιον internūtio & ministro libidinis. qui Græcè ὑποάγωγος & ὑποάγωγος dicitur. Sunt & alia huiusmodi multa, sed ista nūc in mentē uenerunt.

Ex eadem l. §. Idem diuus.

Quæ crimina obiecerit.) Hic locus haud dubiè in omnibus libris mutilatus est. Sic autē emendari posse uidetur, ut unum uerbum incuria librariorū ablatum restituatur, & aliud in locum suum reponatur hoc modo: Nosti quæ crimina obiecerit apud me Alexander Apro. quem quia non probabat, & reliqua. remisi ad prouinciæ præsidem.

Ex l. Inuiti, eod. titulo.

Item is qui exercitui præbendam conduxerit.) Sic in omnibus libris legitur hic locus. Fortasse autē sic restitui potest: Itē is qui exercitui quæ opus sunt præbenda conduxerit. Liiius lib. tertio, secundi belli Punic: Prodeundum igitur in concionem Fuluius Prætori esse, indicand. usq; populo

pulo publicas necessitates, exhortandosq; qui redēpturis auxissent patrimonia, ut Reip. ex qua creuissent tempus accommodarent, cōducerentq; ex lege præbenda quæ ad exercitum Hispaniæ opus essent. Fortasse etiam sic: Item is qui exercitui præbendam annonam conduxerit.

Ex eodem tit. circa finem.

Produci testis non potest, qui antè in eū reum testimonium dixit.) Accursus locum implicitū interpretatione sua implicatorem reddidit. Existimo autem locum aut mutilatum esse, aut inuersum: sicq; legi debere: Produci testis nō potest in reū, qui antè in eum testimonium dixit.

Ex l. Plurimum, De iur. & fact. ignor.

Sed Casius ignorantia Sabinum ita accipiendā existimasse refert, non deperditi & securi hominis.) Existimo nō deperditi legendū esse, sed desidia præditi & securi hominis. Securus est dissolutus sine ulla cura, quem supinum Iuriconsulti uocare solent, id est, socordem et desidē. quo modo & Græci ὑπὸς, ἢ τ' ἔστι τοῦ ἀνεργαίου. Quintilianus de Tautologia loquens lib. octauo: Hæc enim quam nō magnopere summis autoribus uitata, interim uitū uideri potest, in quod sepe incidit etiam Cicero, securus tam parue obseruationis, id est, negligens & contemptor, ἀποπροσηγορία. Lucanus in primo Pharsaliæ, de leone loquens: Per ferrū tanti securus uulneris exit. Prouerbio rū decimo quinto: Omnes dies pauperis mali securus mens, quasi iuge cōiuiū. Quæ locū Lyranus inepte interpretatus est ignorantia huius Latini uocabuli. His enim uerbis beata illa securitas significatur, quam Democritus Euthymiam appellauit: id est, animi rectam, placidamq; constitutionem, malorum impendentium cura uacantem. Cicero libro quinto, de Finibus: Demeriti autē securitas, quæ est animi

Προάγω.
Perductor.
Productor.

Securus.

Euthymia.

pulo

animi tanquam tranquillitas, quam appellant Euthimiam, eò separanda fuit ab hac disputatione, quia ista animi tranquillitas est ipsa beata uita. Idem in v. Tuscul. Qui autem illam maxime optatam securitatem (securitatem autem nunc appello uacuitatē aegritudinis, in qua uita beata posita est) habere quisquam possit, cui aut adsit, aut adesse possit multitudo malorum? Securitati dissolutae opponitur aliud uitium curiositas, quam Graeci periergiā appellant. Quintilianus in octauo, de ornatu loquens: Est etiā quae periergia uocatur, superuacua ut sic dixerim operositas, ut à diligenti curiosus, à religione superstitio distat. Haec est quae paulò post in l. Nec supina, curiositas delatoria uocatur. Delatorū enim appellatione intelliguntur Sycophantae, id est, criminales, cuius appellationis rationē Plutarchus in Solone exequitur. Et quadruplatores, quorum Festus & Padianus meminerunt. Quadruplatores dicti sunt criminū publicorū delatores, qui pro delationis premio quartā partē in bonis delatorū consequerantur. Et ut aliqui dicunt, eorum rerum accusatores qui conuicti quadrupli damnari solebāt, ut alicuius, aut pecuniae grauioribus usuris foenerata quam quibus per leges licebat. Unde quadruplari uerbū Plauto in Persa: Neque quadruplari me uolo (inquit Parasitus) Neque enim decet sine meo periculo ire aliena ereptum bona, neque illi qui faciūt mihi placent. Quadruplari pro quadruplatiōe exercere dixit. ἐπεὶ οὐκ ἔστιν, ἐν δὲ ἐν ἑνὶ. Cicero in Verrem, Actiōne 111. Quis id ad Verrem? Quis detulit? nemo, nisi forte existimatis ei quadruplatores ad fretum praesto fuisse. Capitolinus in Marco Philosopho: Caluini quadruplatorū intercessit, apposita falsis delatoribus nota. Delationes quibus siscus augetur cōtempnit. Delatoria igitur curiositas à Iurifconsulto

Securitas.

Delatores.

Quadruplatores.

cōsulto prouerbialiter dicta est à quadruplatorū improbitate, de quibus illud Plauti in Trinummio, de sāmgeratoribus loquens dici potest, Quod quisque in animo habet, aut habiturus est, sciūt, id quod in aurē rex reginae dixerit sciūt, quod Iuno fabulata sit cum Ioue, quae neque futura neque facta sunt, tamen illi sciunt. Quadruplatorum appellatione significari possunt homines, quae delationibus faciendis cōfiscationes à Principibus impetrant, ut homines interdum insontes fortunis omnibus euertāt, cuiusmodi patrum nostrorum memoria multi extiterunt, nostra etiam nonnulli. Quamquam sectores illi proprie appellari possunt, cuius uocabuli meminit Afsconius. Res autē ipsa sectio appellatur. Cicero in Anton. secunda, Et eius uiri nomine me insectari audes, cuius me amicum, te sectorem esse fateare? Ad Antonium loquens, qui Pompeij bona sectione inuaserat. Idem, Expectantibus omnibus quisnam esset tam impius, tam demens, tam dijs, hominibusque hostis, qui ad illud scelus sectionis auderet accedere: inuētus est nemo praeter Antonium. Et rursus, Tantus igitur te stupor oppressit, uel ut uerius dicam, tantus furor, ut primū non sector sis isto loco natus, deinde cum Pompeij sector, cum te execrandū po. Rom. non detestabilem, non omnes tibi deos, omnes homines et esse inimicos, et futuros scias? Hoc tamen principatu sectionis nomen penē oboleuit, nō quod desint qui sectores esse uelint, sed Princeps nondum experiri uoluit quantū sibi in fortunam priuatorū liceat. Legibus enim omnia adhuc permisit. Qua moderatione non tam legibus solum se esse docuit, quod alij gloriari solent, quā legibus teneri Principis innocētiam nō posse.

Ex lege, Quæsitum, De sponsalibus.

Quæsitum est apud Iulianum, an sponsalia sint ante
Z duod

Sectores.

Sectio.

duodecim annos, si fuerint nuptiæ collatæ.) Accursum collatas nuptias pro reuera celebratis malè intelligi uoluit. Collatæ enim nuptiæ in duodecimum annum significan-
 tur, id est, dilatae, reiectæq;. Dicimus enim conferre rem in arbitrium alicuius, & conferre in aliquod tempus. Huius significationis exemplum est in l. Si res, in principio, infra, De iure dotium.

Exl. In eo iure. §. ult. De ritu nupt.

Si ab hostibus patronus captus esse proponatur, uereor ne possit ista cõnubium habere nubendo, quem admodum haberet, si mortuus esset.) Huiusmodi est ista locutio, ut uix dicere possis affirmatiua nec ne sit. Cui similis est illa in l. Non solum. §. Sed uideamus, infra eodem hoc titulo, Non finita iam tutela & nupta puella alij, uereor ne longum sit adoptionem mariti impediri, quasi propter hoc interponatur, ut ratio tutela reddenda cohibeatur. Anima uertere igitur debemus quedam esse uerba, quæ id sine negatione, ac cõ negatione polleat, ut uereor, timeo, metuo, caueo; et si qua sunt eiusdem significationis, uereor ne ueniat, uereor ut ueniat; timeo ne moriar, et timeo ut moriar; caue facias, & caue ne facias. Terentius, Sed pater adest, caue te esse tristè sentiat. Ut enim interdum due negationes non plus quam una pollent, ut si dicas, nunquam mihi nec obsuisti, nec profuisti, sic interdum una negatio duarum negationum instar est, dumtaxat adiuuante ut uerbi. Cicero ad Q. Fratrem, Quod enim absuisti, uereor ne satis diligenter in Senatu actum sit de literis meis. id est, ne non satis. Idem in Acad. Anaxagoras niuem nigrã dixit esse, ferres me si ego idẽ dicerem? tu ne si dubitarem quidem. Idẽ ad Atticũ, Si manet, uereor ne exercitiũ firmum habere possit, id est, opinor cum exercitiã firmum non ha-

biturum.

biturum. Quod fortasse sic resoluitur, uereor ut ne habere possit, quo modo loquendi Cic. ipse uti solet; ut in Bruto, Ego tamẽ ita de unoquoq; dicã, uti ne elici possit quem existimem oratorẽ, quem declamatorẽ fuisse. Et in III. de Orat. Omnis mea cura solet in hoc uersari si possum, ut efficiã aliquid dicẽdo; sin minus ut ne quid mali. Ex more Terentiano sumptũ, qui ait, Ut ne quid nimis. Huc autem loquendi modũ uideo nostræ aut proximæ memoriæ clarissimos scriptores sequi. Hermolaus in quadam orat. Ut sollicita sit admodũ uniuersa ciuitas, ne letitiã incredibilem suam oratione cõsequi ualeamus. id est, ne nõ ualeamus. Sic Ulpianus, Vereor ne possit ista cõnubium habere nubendo. id est, ne non possit, ut ipse alibi dixit in l. Si ego. §. i. infra De iure dotiũ. Et Triphonius, Vereor ne longũ sit adoptionem mariti eius impediri. id est, opinor nõ esse longũ, id est, incommodũ. Hoc etiã per ut particulam Cic. enuntiare solet; ut ad Atticũ, Qui cõm impudẽtissimẽ postulauerit, tamẽ conceditur, & tamen uereor, ut ipsis cõtentus sit. Et pro Quintio, Si ueretur, ut res in dicio facta parata sit. In quibus locis multi existimarent deesse negationẽ, cõm nihil desit. Terentius, Dies mihi hic ut satis sit, uereor ad agendum. Politianus in Herod. Veritis omnibus satis libenter Imperatorem Pertinacem milites reciperent. id est, non reciperent. Est etiam aliquin inuenire, cõm una negatio in oratione deesse uideatur, Cicero in III. de Legibus, Quæ res cõm sapientissimẽ constituta esset à maioribus nostris, nihil habui non modò multũ, quod putarẽ nouandũ in legibus. Nõ modò multũ, pro non modò nõ multũ. Et de perfecto Oratore, Nam sic ut in epularum apparatu à magnificentia recedens non se parcum solum, sed etiam elegantẽ dici uolet.

Z 2 Non

De usu negationis.

Non solum, pro non solum non, dixit. Idem pro Publio Sextio, Cum illi soli essent, praefer illum flagitiosum Tribunum plebis duo Reip. turbines, qui non modo precipitanti patriae subueniret, sed etiam nimis tarde concidisse mcerent. Et de reditu suo ad populum, Tribunitijs superiores illi rogationibus nulla auctoritate Senatus sunt restituti. Marius uero non modo à Senatu, sed etiam oppresso Senatu est restitutus. id est, non modo non à Senatu. Et in 1111. Tuscul. Is enim malis insidentibus non modo beati, sed ne sani quidem esse possimus. Lilius Asdrubalis, non modo in Italiã traducendi exercitus, sed ne manendi quidem satis tuto in Hispania spē reliquit. Plin. in Epi. Multa in urbe nostra, iuxtaq; urbē, non oculis modo, sed ne auribus quidem nouimus. Quae exempla et similia mirū est Laurētium Vall. non animaduertisse. Is enim li. 111. Elegantiã, ut scite pauca de hac re, et subtiliter differuisse mihi uidetur, ita si eius doctrinã sequi uelimus, hac loca tueri non poterimus. In causa est (ut arbitror) quod Laurētius ad normã Latine proprietatis ea redigere uoluit, quae Graecorū imitatione usurpata sunt. Graeci enim τὸ δὲ χὸ ὄπως, ἀπὸ τῆς δὲ μόνου δὲ χὸ subinde utitur. Demost. ἐν ὀμιζομένῳ ἀφ' ὅπου ἐπιολιτισμόμω, δὲ χὸ ὄπως μὲν ἀδικῶν τοῖσιν πάσσοιθαι, ἀλλὰ καὶ καὶ μετὰ τῆς ἐξ ἀμαρτῶν συγγώμης τειβέσθαι, ἀπὸ τῆς δὲ μόνου δὲ χὸ πάσσοιθαι. Simile est δὲ χὸ ὄτι, et μὲν ὄτι crebra apud oratores et elegantiores scriptores. Plato. ἐγὼ δὲ ἀνθρώπων, μὲν ὄτι δὲ θεῶν: id est, non solum hoc modo dixerim de Deo. Et μὲν ὄτι, μὲν ὄτι, quae itidem pro non solum non, accipiuntur. Hoc etiam per nedum Latine dici solet. Sallustius, Quippe secundae res sapientium animos fatigant, nedum illi corruptissimis moribus uictoriae temperarent. Apud Liliū in 1111. secundū bel. Punicū, hoc modo

τὸ δὲ χὸ ὄπως
 δὲ χὸ ὄτι, μὲν ὄτι
 τὸ

do Fabius loquitur aduersus Scipionem in Africam traiecturum, Me Dictatorē cum uigerē adhuc uiribus, et in cursu maximarum rerum essem, recusantē nemo audiuit, quomōdum insectante me magistro equitū (quod fando nūquam auditū fuerat) imperiū equaretur meū: nedum ego perfunctus honoribus certamina mihi cum adolescēte florentissimo proponā. id est, non modo nūc non proponam. Idē, Attonitus repētino malo uix quid obijceretur, intelligere potui, nedū satis sciam quomodo me tuear. Cicero pro Plancio, Ego uerō ne immortalitatē quidem contra Rempub. accipiendā putarē, nedum emōri cum pernicie Reip. uellē. ubi alius etiā non indoctus nollē (ut arbitror) dixisset. Et pro Cluētio, Nec Metellus, nec Popilius clarissimū uiri uim Tribunitiã sustinere ualuerunt, nedū his temporibus, his moribus, sine uestra sapiētia, ac sine iudiciorū remedijs salui esse possimus. Lucian⁹, καὶ πάντως ἀπὸ τῶν τῶν δὲ χὸ ἑξ ἀνάγκης χαμαὶ, δὲ χὸ ὄπως βαδίζου ἐδύνατο. Cicero in Acad. Anaxagoras nigrā niuē esse dixit, ferres me si idē dicerē: tu ne si dubitarē quidē. Vnam negationē Cic. duarū uice posuit. Interdū contrā duas pro una positas inuenimus. Idem lib. 111. de Finibus, Sed quāquam negent Stoici nec uirtutes nec uitia crescere, attamen utrunq; eorum fundi quodāmodo, ac dilatarī putant, Et in 11. Tuscul. Itaque ne si incundissimis nos somnis uos putemus, Endymionis somnum nolimus dari. Et in Acad. Quod bonū quale sit negat omnino Epicurus sine uoluptatibus sensum mouētibus, ne suspicari. Et pro lege Manilia, Erat enim metus iniectus ijs nationibus, quas nunquā populus Romanus, neque laceffendas bello, neq; tentandas putauit, ἀδενώοντε δὲ χὸ ἕκαστο. In his enim locutionibus Cicero Graecos imitari uoluit, ut pro Corne

lio, Verſatus in intima familiaritate hominis potentiſſimè in maximis noſtris malis atq; diſcordijs, neminè unquam alterius rationis, atq; partis non re, non uerbo, non uultu denique offendit. Hæc de negationis uſu dicenda hoc in loco habui, ut multis fortaſſe non ſatis animaduerſa, ſic omnibus neceſſaria.

Exl. Si extraneus, De iure dotium.

Nec enim quiſquam iudex proprijs auribus audiet mulierem, & reliqua.) Legendum propitijs, licet exemplaria refragentur.

Exl. Quemadmodum. §. primo.

Igitur hanc dotem periculo mulieris eſſe dico, quãdiu dominus uel pater ratam promiſſionem uel traditionem habuerit.) Aut deest negatio, ut legatur non habuerit, aut quoad legi debet, non quãdiu: uel quoadum, quod eiusdem ſignificationis eſt. ut ſit, quoadum dominus ratam promiſſionem habuerit. Et paulò poſt, Hoc ita incerti conditione cõſecuturum, ut promiſſione liberetur. In quibusdam exemplaribus hoc idem legitur, & neutrobi rectè. Propterea non hoc ita, ſed hoc item: quod ſignificat itidem, id eſt, eodem modo. Cic. in Verrem, actione ultima, Sed non item mihi licet, quod ijs qui nobili genere nati ſunt, quibus omnia populi Romani beneficia dormientibus deferuntur, id eſt, non itidem, non eodem modo.

Exl. Tali. §. Socer, eodem titulo.

Hanc pecuniam generum petere debere, & exactam acceptã legatis referri.) Accuſus referri aſſimilari interpretatur, quia ut de cæteris legatis detrahitur Falcidia, ita et de iſta. Ego Accuſũ exiſtimo lōgè ab huic uerbi intellectu abſuiſſe, referre q; actiue legendũ cenſeo, nõ referri. Sciẽdũ igitur hũc morẽ antiquis Romanis fuiſſe,

Tabulæ domesticæ Romanis.

ut

ut unusquiſq; domesticam rationem ſibi totius uitæ ſuæ per dies ſingulos ſcriberet, in quo appareret quid quiſque de redditibus ſuis, quid de arte, ſcœnore, lucro ue ſepoſuiſſet, quo ue die, & quid item ſumptus feciſſet. Sed poſtquam aſſignandis literis reorum, ex ſuis quiſq; tabulis damneri cepit, poſterioribus ſeculis, & ad memoriam uſq; Aſcõnij q huius dicti autor eſt, uetus hæc conſuetudo ceſſauit. Cic. in Verr. act. 1. Habeo & iſtius & patris eius accepti tabulas omnes, quas diligentiffimè legi atq; digeſſi patris quoad uixit, tuas quoad ais te confeſſiſſe. Accepti tabulas uocat rationes, in quas acceptæ pecuniæ referebantur. In huiusmodi tabulis capita multa erant, quæ nomina à Cicerone identidem dicuntur, ut puta artificij, negotiationis, ſcœnoris, aduentitorum, ut legatorum, hereditatum, & huiusmodi. Simulatq; igitur aliquam pecuniam acceperant, in caput hoc aut illud, id eſt, huic, aut illi nomini acceptam referebant. Tranquillus in Tyberio, Neq; hereditatem quidẽ aut legata percepit ulla aliter, quàm ut peculio referret accepta. de Tyberio loquens, qui ſe Auguſto in adoptionem dederat. Cicero in 11. Philip. Ego enim amplius ſeſtertium ducenties acceptum hereditatibus retuli. Idem in Verrem, V num oſtende ſignum in tabulis aut tuis aut patris tui emptum eſſe, uiciſti. de tabulis expenſi loquens. erant enim binæ tabulæ, ut alibi docuimus. Cicero ad Atticum, Feciſti mihi gratum, quòd Serapionis librum ad me miſiſti. pro eo præſentem pecuniam ſolui tibi imperaui, ne tu expenſum muneribus ferres. id eſt, ne donaſſe exiſtimares. Hæc autem tabulæ edere interdum cogebantur rei præfertim repetundarum. Quod idem Cicero aperte oſtendit his uerbis in 11. in Verrem actio, Nouum & ridiculum eſt quod

Z 4 hic

hic nobis respondit, cum ab eo tabulas postularem, usque ad M. Perentium & C. Cassium Consules fecisse, postea destituisse. Quod etiam alibi liquidò declaratur, preterquam etiam quòd Asconius id adnotauit. Itaque de homine negligenti & parùm scribente, prouerbialiter dicebatur, Ne tabulas quidem conficere. Idem in 11. de Orat. Hic Sulpitius, me quidē, inquit, Antoni rectè mones: sed ne te quidem multum scriptitasse arbitror. Tū ille, Quasi uerò, inquit, non ea præcipiam alijs quæ mihi ipsi desunt, sed tamen ne tabulas quidem conficere existimor. Verum & in hoc ex re familiari mea, & in illo ex eo quod dico quantum id cunq; est quod faciam, iudicari potest. De huiusmodi tabulis intelligendum illud in lege, Qui concubinam. §. ij. De legatis iij. Id legatum putat Labro quod acceptum in tabulis suis ex ea hereditate testator retulisset. Hæ autem tabulæ si singulorum dierum ratione obseruata fierent, diaria uocabantur, & Græcè ephemerides, ut in illo exemplo cuiusdam neotericorum sed doctissimi, **Calendarium.** Multa sunt in diario tuo nomina quæ tu nescis. Calendarium autem ab obseruatione singulorum mensium, cuius exempla sunt tam apud Iurisconsultos quam apud alios. Quoniam uerò foeneratores diligentius faciebant huiusmodi tabulas, ideo factum est ut calendarium in iure pro negotiatione nominum faciendorum accipiatur. Vlpianus, Calendarium quoque curatio & questura in aliqua ciuitate inter honores non habetur, sed personale munus est. Africanus, itaque ipsæ pecuniæ si adhuc calendario, id est, nominibus faciendis, destinata essent, fidei commissio cedere solent. Aduersaria autem dicuntur tumultuaria quædam tabulæ, quæ ante tabularum consecutionem perscriberentur, ne memoria rerum excideret, ut ex ijs postea tabulæ iustæ & æternæ

æternæ fierent. Cic. pro Rosc. Nimum cito ait me indagare de tabulis, non habere se hoc nomen accepti, in codicem accepti & expensi relatum confitetur, sed in aduersarijs patere contendit. Usque eo ne te diligis & magnifice circumspicis, ut pecuniam non ex tuis tabulis, sed ex aduersarijs petas? suū codicē testis loco recitare arrogantia est, suarum præscriptionum & liturarum aduersaria proferre, non amentia est? Et rursus, Quid est quòd negligenter scribamus aduersaria? quid est quòd diligenter conficiamus tabulas? qua de causa? quia hæc sunt menstrua, illæ sunt æternæ: hæc delentur statim, illæ seruantur sanctæ: hæc parui temporis memoriam, illæ perpetuæ estimationis fidem & religionem amplectuntur: hæc sunt coniecta, illæ in ordinem consecræ. Itaque aduersaria in iudicium protulit nemo, codicē protulit, tabulas recitauit. Inde illud cuiusdam recentiorum, Ita dum mea partim subrepta, partim subdole designata cognosco, pauca tumultuarie in aduersarijs magis quam in codice scripsi. Aduersaria igitur sunt libri, in quibus res conijciuntur, quasiq; stipantur. Codex uerò in quo digeruntur & ordine conscribuntur. Similis fuit apud eosdem diligentia conficiendarum ephemeridum, in quibus quasi annales domesticæ, id est, priuatarum rerum suarum scribebantur. Cicero pro Quintio, Discedens in memoriam redijt Quintius, quo die Roma in Galliam profectus est. ad Ephemeridem reuertitur. inuenitur dies profectiois pridie Calendaris Februarij. Nonis si Roma fuit, causæ nihil dicimus, quin tibi uadimonium promiserit. Ephemeridem igitur adibant antiqui cum quid quaque die fecissent, meminisse opus erat. Diurnum Latine dicitur. Iuuenalis Satyræ v. 1. Et cedens longi relegit transacta diurni. Vnde & **Codex.** Z s Ephem

Ἐπινηκίς. Ephemeris mathematica apud Plin. lib. xxix. *Ἐπινηκίς* autem commentarius est rerum nocturnarum, quod nocturnum dici potest, ut diurnum. Tabularum uero priuatarum instar habebant commentarij Principis, de quibus alibi diximus. Erāt & tabulae publicae, quarum meminit Tacitus his uerbis lib. xlii. Dein curam tabularum publicarū à Quaestoribus ad Tribunos transtulit, uariè habita ac saepe mutata eius rei forma. Meminit & Cicer. in Verrem, Haec in aerario serua bātur, ut alibi dictum est. Ut ad rem ueniamus, cui filiae nomine socer ceteram legauit, si ea acceperit, accepta referre debet legatis. id est, in legatorū causam imputare, tamesi doti acceperint. Hoc enim ferre referreque acceptum significat praeter notam illam significationem iuris studiosis. unde acceptilatio nāta.

Ex lege, Cūm. §. Si fundo, eod. titul.

Nec diuortio secuto praesenti die quod in numero est, restituitur, sed statuto tempore solui debeat.) Lego quod in numerato, licet nullo exemplari astipulante. Plin. lib. xxxi. Claudius Isidorus testamento suo dixit, quamuis multa ciuili bello perdidisset, tamē relinquere seruorum quatuor milia, iuga boum tria milia sexcenta, reliqui pecoris ducenta quinquaginta milia. In numerato pondo sexcenta milia. Vnde metaphoricōs in numerato pro in promptu dicitur. Quintil. in vi. Illa potius urbana esse dixerim, quae sunt generis eiusdem, quae ridicula dicuntur, & tamen ridicula non sunt. De actore facillē dicente ex tempore dictum est ingenium eum in numerato habere. In numerato, id est, promptum & ad manum, ἔν τῷ παρόντι, hoc est, praesentissimum & ad expedienda ex tempore dicenda solertissimum. Sunt & alia minutula errata in tit. proximis, ut in lege tertia,

In numerato habet.

De

De donationibus inter uirum & uxorem. §. Qui in eiusdem, Prohibentur sibi donare. sibi pro ipsi corrupte legitur. Et est rectus casus pluralis. Et in §. Ab uxoribus, Si modo uir socer in eiusdem sunt potestate. sensus poscit ut si nō legatur, hoc modo, si non & socer, id est, nisi. sed haec & huiusmodi uix digna sunt quae attingantur.

Ex lege, Si mulier, De donat. inter uirum.

Si mulier acceptam à marito pecuniā in sportulas pro cognato suo ordini erogauerit, an donatio ualeat.) Sportula, sportula, sportellae (inquit Asconius) ut fisci, fiscinae, fscellae, sparteae, sunt utensilia ad maioris interdum summae pecunias capiendas, à sparto herba uocabula deducta ex qua cōtexebantur: cuius meminit Plinius lib. xxiii. Sic ἀσπυρίδες ἢ ἀσπυρίδια Graecè. Sportula inde dicta est obsoniū quod diuites Romani saluatoribus dabāt secreto ipsi cenantes. In limine autē domus sportulae cōstituebantur. Iuuenalis, Nūc sportula primo Limine parua sedet turbae rapienda togatae. Ille tamē faciē prius inspicit, & trepidat ne Suppositus uenias, ac falsò nomine poscas. Recta caena sportulae opposita erat. Liberaliores enim diuites, ciuilioresque saluatoribus suis legitimum conuiuium exhibebant, quae recta caena dicebatur. Sordidi autem & maligniores recta caena loco sportulam tantum praebant. Tranquillus in Domit. Multa etiam in conuiuiorum usu nouauit, sportulas publicas sustulit reuocatae cenarū rectarum cōsuetudine. Idem in Augusto, Conuiuabatur assidue, nec unquam nisi recta. Et in Vespasiano, Sed & conuiuabatur assidue, ac saepius recte ac dapsole, ut macellarios adiuuaret. Interdum nummi sportulae loco cedebant. Idem Iuuenalis,

Sportula.

Recta caena.

Sed

Sed cum summus honos finito computet anno Sportula quid referat, quantum rationibus addat, Quid facient conites, quibus hinc toga calceus hinc est? Centū quadrantes erāt, quorū crebra mētio est apud Martialem. Sportula olim pauperibus tantum dabatur, postea diuites etiam sportulā captare & exposcere ceperunt. Idem, iubet à præcone uocari ipsos Troiugenas, nam uexant limen & ipsi Nobiscū, da Prætori, da deinde Tribuno. Marcellus autem hic de sportulis alterius generis intellexit, de quibus Plinius ad Traianum scribens ita, inquit, Qui uirilem togam sumunt, uel nuptias faciunt, uel ineunt magistratum, uel opus publicum dedicant, solent totam bulen atq; etiam è plebe non exiguum numerum uocare, binosq; denarios uel singulos dare, quod an celebrandum & quatenus putes rogo scribas. Ipse enim (sicut arbitror) præsertim ex solemnibus causis concedendum iussit inuitationes. Et Traianus ad Plinium, Merito uereris ne in malam speciem incidat inuitatio, quæ & in numero modū excedit, & quasi per corpora, non uiritim singulos ex notitia ad solennes sportulas cōtrahit. τὸς τὰ νενομισμένα πρὸς τὰς ἀσκήσια σπονδαί. Non absimile sportulis est honorariū decurionatus, quod pro ingressu in bulen à bulentis, id est, decurionibus dabatur. Cuius idem Plinius meminit ad eundē, & nos alibi (ut arbitror) diximus. εἰσοδὸς à Græcis dicitur. De sportulis huiusmodi Papinianus in lege, Spurij, in titulo, De decurionibus, Minores, inquit xxv. annis Decuriones facti sportulas Decurionū accipiunt, sed interim suffragiū inter cæteros ferre non possunt. Sportulæ nostro tēpore sunt in domibus Principum id genus erogationis, quod liberatas uocāt lingua uernacula, quas etiā in antiquis nostris

stris scriptis liberationes uocari uideo. Quod genus olim multū celebrabatur in aula Principū nostrorū, ut ex antiquis monumentis apparet. id est, ex libris dispensationis regie, quos status domus appellant. Quod uerò buccā ad curiam dicūt, Latine rectam cœnam appellare soleo, quā etiam rectam absolutē, ut antiqui, sic nos appellare possumus. Tranquil. in Augusto, Conuiuabatur assidue, nec unquā nisi recta, nō sine magno hominū ordinūq; delectu. Ex quibus uerbis apparet cur recta cœna dicta sit, id est, iusto ordine discubentium exhibita tanquā rectum inuētūq; conuiuū: non ut sportula, quæ clientulis obijciabatur tanquā abiectis, & in nullo honore à diuitibus habitis. Dicere igitur possumus rectæ ius habere in aula ad missionales, id est, cambellanos, cubicularios, structores, ferculiferos, & omnes ab epulis, pincernas (si id Latinū uocabulū esse potest, τὰ πρὸς τὸ πινεῖν καὶ πρὸς τὸ σφικτῆσαι) & qui ad cyathos stantes dicūtur, archimagiros, architricli nos, dispensatores, honorarios ephebos, & omne deniq; aulicum ministerium, quos officarios domus uocamus.

Ex lege. Sed si uir uxori. §. Si uir.

Si uir uxori munus immodicū in Calendis Martijs, aut natali die dedisset. Calendæ Martiæ foeminae solēnes erāt in ijs enim munera ijs misitari solebant. Vnde foeminae Calendæ à Satyrico dicuntur, En cui uiridem umbellam, cui succina nittas Grandia, natalis quoties redit, aut madidum uer Incipit, & strata positus longa que cathedra Munera foemineis tractas secreta Calendis. Ita enim Calendæ Martiæ foeminae dicatæ erant, ut Saturnalia uiris, que mense Decembri agitabatur. Tranquillus in Vespasiano, Sicut Saturnalibus dabat uiris apophoreta, ita & Calendis Martijs foeminae. & tamē ne sic quidē pristinae cup

Calendæ
Martiæ.

cupiditatis infamia caruit. Apud Plautum in Milite Perilectomenus senex inter flagitationes uxorias & hanc narrat, Verum priusquam galli cantent, quae me somno fuscitet, dicat da mi uir quod Calendis mitam cum Martiæ uenerint. Macrobius lib. 1. Saturnalium de Calendis Martijis loquens, Hoc mense seruis cœnas apponebant matronæ, ut domini Saturnalibus. illæ ut principio anni ad promptum obsequiũ honore seruos imitarent, hi quæ gratiam perfecti operis exolueret. Quo in loco Macrobius de tempore priscorum Romanorum loquitur, qui decem tantum menses habebant.

Ex eadem lege.

Non uidetur mulier facta locupletior, si aut in encenia, aut in unguentis.) In antiquo legimus obxenio, propter quod obsonio legendũ puto. De xenijs alibi dictum est. Encenia dedicationes fanorum uel aliarum rerum dicuntur, ut Ioannis x. Eývero ἡ ἐγκένια, Facta aut sunt encenia Hierosolymis.

Ex 1. penultima, eiusdem tituli.

Die nuptiarũ priusquã ad eũ transfret, & priusquam aqua et ignis acciperetur, id est, nuptiæ celebraretur obtulit decem aureos dono.) Aqua & igni (inquit Festus) tam interdici solet damnatis, quã accipiunt nouæ nuptæ: uidelicet quia hæ duæ res humanam maxime uitam continent. Ita q; funus profecuti redeunt, ignẽ supergrediebatur aqua aspersit: quod purgationis genus uocabat suffitionem. De aqua & igni Lactantius lib. 1. Institut. ita inquit, Alterũ enim quasi masculinum elementum est, alterum quasi foemininum: alterum actiuum, alterũ patibile. Ideo q; a ueteribus institutum est, ut sacramento ignis & aquæ nuptiarũ foedera sancietur, quod foetus animantũ calore

calore & humore corporentur atq; aimentur ad uitam. Cum enim constet omne animal ex anima & corpore: materia corporis in humore est, animæ in calore. quod ex animam foctibus datur sciri, quos crassi humoris plenos, nisi opifex calor fouerit, nec humor potest corporari, nec corpus animari. Exulibus quoq; ignis & aqua interdici solebat: adhuc enim uidebatur nefas, quãuis malos tamen homines supplicio capitis afficere. Interdicto igitur usu earũ rerũ, quibus uita constat hominũ, perinde habebatur, ac si esset qui eam sententiã exceperat morte multatus. Ad eõ ista duo elementa prima sunt habita, ut nec ortũ hominis, nec sine ijs uitã crediderint posse constare. Hactenus ille. Eo dẽ pertinet Ciceronianũ illud prouerbiũ in Læl. Amicitia, inquit, res plurimas cõtinet: quocũq; te uerteris præsto est. nullo loco excluditur: nunquam intempestiua, nunquam molesta est. Ita q; non aqua, non igni (ut aiunt) pluribus locis utimur quã amicitia. Accursius malè de face nuptiali intellexit. Tæda enim nuptialis erat, quæ nouæ nuptæ præferebatur. & seruus qui eã præferebat. Daduchus Græcè, Latine prælucens appellatur. Apul. in Asino, Tædas q; nuptiales quibus præluxerãt ibidẽ extinctas relinquunt. Tranquillus in Augusto, Tonanti Ioui edem consecrauit, liberatus periculo, cũ expeditione Cantabrica per nocturnum iter lecticã eius fulgur perstrinxisset, seruum q; prælucetẽ examinaisset. Inde illud metaphoricòs à Cicerone in Sallu. dictum, Ego meis maioribus uirtute mea præluxi, ut si prius noti non fuerint, à me accipiant initium memoriae suæ. Et in Lælio, Bona spe præluet in posterum. Plautus etiam lucere facem nouæ nuptæ dixit, id est, præferre. Vergilius, Nec coniugis unquam Prætendi tædas, aut hæc in foedera ueni.

Aqua & ignis interdici.

Præluere.

INDEX COPIO-

SISSIMVS EORVM OMNIVM,

quæ in prioribus Budæi Annotationibus explicata reperuntur. In quo sciendum b, literam numero præpositam, barbaram dictionem significare.

A

A bsolendi nota	121	Accipitrariū aucupii	584
A salutaris litera	124	Accipitrum differentia	584
Abacus in triclinijs	499	Accursiana errata	584
Abacus logistarum	ibidem	Accursiana ignorantia	87
Abalienationis genera	98	Accursiani	277
Abdicare se magistratu	83	Accursius idolum	178
Abecedariæ literæ	682	Accusationē exarmare	488
Abiudicare	86	Accusationes reorū in Sc.	
Abiurare	ibidem	natu	221
Aboculare non licet consiliarijs Parlamenti	286	Acere	564
Abortio	429	Achilleum uotum	524
Abrogare	238	Achylos	638
Absoluere creditorem	703	Acidum uinum	564
Abstinere publico	383	Ακονίτι	348
Academia	347	Ακρόπολις	406
Accedere ad causam	137	Ακρόβησις	517
Acceptilatio	641	Ακροβωδικαί	12
Acceptum & expesum	309	Ακροβωδικαί	12
Accertum referre	ibidem	Ακροβωδικαί &	14
Accerfo	189	Ακρόβησις	111
Accipere nomen	271	Acrochiristæ	359
		Acta	122

Actio

IN PRIOR. ANNOT.

Actio ex sponso	95	Aduocatus ueterator	682
Actio ex testamento	187	Aediles curules	148
Actio in bonum & æquum concepta	10	Aedilium cura	81
Actio legis	188	Aediliū curuliū ordo	148
Actione prima	133	Aegilops	607
Actionem dare	130	Aegyptiorum opibus suffar cinati	38
Actuarie naues	488	Aegrotatio	646
Actuarij	243	Aequus animus	18
Addicere	569	Aequum bonum	15
Addicere nummo	572	Aequum bonum impetrare	
Addicti	569	ibidem	
Addictorum lex dura	571	Aequi boni facio	ibidem
Adiicio	718	Aequi & boni responsores	
Adigere in uerba	469	35	
Adigi in uerba Principis	285	Aequi tractatio	270
Adigere sacramento	469	Ex Aequo & bono statuere	
Adminiculum	409	12	
Admitti ad causam dicendā	135	Aequitas	9
Adolescētum institutio	234	Aequitas animi	18
Adoptare	186	Aes circumforaneum	506
Oi ἀδοξῶτες	712	Aes militare	302
Adrianus	30	Aere diruti	341
Aduentitium munus	309	Aera	607
Aduentitij accipitres	585	Aerarium	295
Aduersaria	728	Aerarium Atheniēsū	297
Adultera	545	Aerariū in æde Saturni	296
Adulterorum liberi	609	Aerarium sanctius	50
Aduocatus	3	Aerarij homines	295
		Aerarij Quæstores	ibidem
		M Aerarios relati	206

A4

Ex

I N D E X

Ex ararijs eximere ibidem	Alaudiam	691
Aerarius	205	Alba linea 454
Aerati	303	Album Indicum 337
Aestimatio	712	Album Prætoris ibidem
Aestimationem inire	432	In Albo proponere 183
Aeterna lex	174	Albarium 499
Aether	182	Albarium opus 463
Affectus nō mouebantur ab	Alcumista, dicti Logiciæ	
Oratoribus coram Arco	499	Alexander Christum et a.
pagitis	249	brabamum coluit 37
Afferre manus	217	Alexandri Imperatoris cō-
Agamemnonis dolor	295	siliam 255
Ἀγκυλόγλωσσον	661	Ἀλλαντικόν 62
Agendi & loquēdi præce-	45	Allacticon 543
pta coniungenda sunt	13	Allecli 195
Agere summo iure	414	Allegare 18
Agere suo iure	354	Allegatio 13
Agitatores	141	Ἀλσσία 664
Ad Agnatos & gētiles de-	356	Altercari 131
ducendus	358	Altercatio ibidem
Agones stephanitæ	579	Ἀμμοχέι 346
Agonotheta	500	Ambigere 396
Ἀγοράσιον	65	Ambire 15
Ἀγοράνομοι	576	Ambitio duplex 701
Ἀγοραποι	48	Ambitiosum 702
Ahena tria	613	Ambitiosus ibidem
Ἀιτήματα	101	Ambitus 716
Ἀίτια τῆς Αἰμαίου	407	Ἀμβλύνειν 739
Ἀιχμάλωτος	698	Anittere 139
Alaudæ		Anittere è manibus ibidem
Ἄλαξον		Amphitō

IN PRIOR. ANNOT.

Amphidion	269	Ancones	453
Amphidionones	56	Ancylotomon	661
Ἀμπίπιον	355	Ancylotomon	ibidem
Amphotroplum	704	Ἀνδράπολον	101
Ampliare	220	Ἀνδρόβον	240
Ampliat qui sint	123	Ἀνὰ Φολόγην	461
Ampliatio	336	Anima quibusdam pro sale	
Amplificatio	249	169	
Amplissimus ordo	253	Animaduertere	323
Amplius pronuntiare	336	Animaduersum in milites	
Amusis	454	fortitō	341
Ἀμύμονες	710	Animi dotes	289
Ἀμύμων	ibidem	Animæ principatus	52
Ἀμύσημα	488	Animus æquus	18
Ἀμύσημα	713	Anni prætextæ	222
Ἀμύσημα	360	Annis cedens	565
Ἀμύσημα	165.420	Annua, bina, trima die	475
Ἀμύσημα	110	Annuli accipitres	585
Analphabeti	60.682	Annulus equestris ordinis	
Ἀναγοράσιον	568	insigne	197
Analogia	60	Annulorum ius	198
Analogia Geometrica	58	Annulorum ius donare	203
Analogum ius	19	Annulus aureus	197
Anancophagia	358	Ἀνώγειον	413
Anantipodoton	154	Anquirere	135
Ἀναπόδεικτον ἀξιωμα	47	Anteambulones atrati	495
Ἀνασυναξείδιον τῶν ἑσπε-		Antecategoria	232
ρίων	509	Ἀντέγυλμα	ibidem
Anatarij accipitres	186	Ἀντισφίρειον	83
Ἀντισφίρειον	642	Antides	662
Anatocismus	704	Ἀντισφίρειον	232

I N D E X

Anticipatio	51	Ἀπαγγεῖν ἰδί τῶ δικμ	111
Antidoron	458	Ἀπαρτίξιμ	515
Antigrapharij	297	Ἀπαρτίλογία	ibidem
Antigraphæ ratio	ibidem	Ἀπατορες	186
Ἀντιγραφεῖς	297	Ἀπελωσμενοι	349
Antigraphum	ibidem	Ἀπε	348
Antinomia in Pandectis	678	Ἀπὴ	ibidem
Antinomia solutio	88	Ἀπειμῶσι	340
Ἀντιπαγραφή	119	Ἀπολίξιω	488
Ἀντιπεπορθὸς ius	62	Ἀφორμῆ	508
Ἀντιπελαργεῖν	50	Ἀφορξίειν	136
Ἀνθυπογράφειν	119	Ἀφοσιώσεως ἢ ὁσίας ἕνεκα	578
Ἀντιπολίτευειν	371	Ἀφοσιεῖν	ibidem
Ἀντιπράξιμ	ibidem	Ἀφροτιστῶν	719
Antiquarij	162	Ἀποδράξιμ	668
Antiquarij Senatusconsult.	238	Apocarteros	198
Antiquitatis effigies in li- bris iuris	21	Ἀποδεδειγμένοι	360
Antistites	28	Ἀποδενύειν	359
Antistites Parlamenti	260	Ἀποκρύπτειν	569
Antonius, qui est M. Philo- sophus	233	Apolecti	287
Antoninus Pius Imperator	30	Ἀπομισθεῖν	492
Anypeuthini	240	Ἀποξίειν	367
Ἀπαγγεῖλαι	713	Appellare	688
Apalæstri	346	Appellare de defectu iuris	256
Ἀπαλλάττειν	575	Appellationes à Iudicibus	230
Ἀπαλλάττειν	576	ad Senatuum	230
		Appetere	367
		Apponere sibi præuarica- torem	137
		Ἀπαρῶν	

I N P R I O R . A N N O T .

Ἀπαρτίξιμ	719	Areopagitarum integritas	
Apud acta	112	250	
Aqua et igni interdicere		Areopagitarum iudicia me- moratu digna	248
735			
Aquila anataria	638	Areopagus, curia Martis	
C. Aquilij laus	17	246	
Aquilam in uinum infunde- re	429	Arenatum	498
Arbitrari ex æquo et bono		Arresta uno r	268
12		Argentaria coactio	297
Arbitrium	40	Argentarij	508
Arbustiua uitis	406	Argentarij in foro tabernas habebant	505
Arca camerata	625	Argumenta firmissima	199
In Arcem relati	206	Argyritæ agones	356
Arcesso	9	Argyrognomones	508
Ἀρχαιροειδίσμ	701	Argyropractæ	506
Archigrammateus	185	Arithmetica proportio	61
Archimimi	343	Ἀριθμὸς ὠλήφης	515
Architectari	464	Aristocratici	57
Architectonica quedam ar- tes	462	Aristoteles Alexandri præ- ceptor	44
Architectonicus	ibidem	Aristotelis laus	176
Architectus	454.464	Arma, pro insignibus	145
Architectura	360	Armilla	191
Ardearij accipitres	586	Arrectaria	592
Areopagita subcentior	251	Arrectarij	539
Areopagitæ	247	Arresta b.	268
Areopagitæ noctu iudica- bant	250	462	
Areopagitarū consiliū	171	Articuli Græci uis	153
		Aa 3	Ascrib

I N D E X

Ascriptitij	146	Atocia	429
Ascriptitij Dij	195	Attributa pecunia	352
Astinus ad Lyram	444	Aucupium accipitrarium	
Asotii	599	684	
Asotia	ibidem	Autor	689
Aspendius citharistes	522	Autor laudatur	657
Aspa uox	385	Autoramentum	339
Assamenti	591	Autorare	ibidem
Ex Asseclis excedere b.	685	Autorati	ibidem
Asseclari pretextatū	222	Autores in incertum euen-	
Asseres	592	tum	176
Asses	ibidem	Autoritas	189
Assiduus	482	Autoritas imminuta	197
Assignatio	313	Autoritas pro usucapione	
Ἀσποβλήτες	618	690	
Astroblete	ibidem	Autoritas Senatus	196
Astrobolismos	ibidem	219. 253	
Asyli ius	319	Auena	657
Asyria	669	De Auguratus iure	392
Asylos	ibidem	Angusta legib. tenetur	183
Asylon simulacrum	ibidem	Augustinus	713
Asylum iuris	319	Auitium	301
Ate	168	Aula interior	179
Ἀτελώνητοι	706	Aulicum & interius consi-	
Athei	648	liam	365
Atheniensium consiliū	248	Aulicum instrumentum	305
Athlete	347	in Aulicos qui indignos	
Athletarum uictus	352	promouent	324
Athletica ars	350	Aulædi	87
Athletica habitudo	353	Auocamentum	476. 717
Athlotetæ	358	Aurelia lex	302
		Aurum	

IN PRIOR. ANNOT.

Aurum	541	Blasti	661
Aussicari	367	Βλασός	406
Aussicia magistratibus da-		Bolos	582
ta	392	Bona fide	10. 579
Aut certe	159	Bona ex edicto possidere	
Autolici	167	110	
Axioma	47	Bona prædia	113
Axiomati	280	Boni consulere	372
Ἄξιωματικώτατορον	713	Ex Bono & æquo arbitra-	
Axes	591	ri	12
Ἀπτερχέλιον	502	Bonum & æquum	50
Ἀπτόμιστοι	51	Βυλαί	247
B		Βυλαίται	310
Βυλαεισιόμοι	635	Βυλή	ibidem
Balbi	661	Borderelli	b. 301
Banni	b. 40	Bos	542
Bannum	b. ibidem	Βραβείον	358
Barbara uocabula à legu-		Brabeute	ibidem
leis receptis	17	Bractearij	638
Barlardelli	b. 596	Brauium	358
Bellum	40	Breues	301
Bellum commissum	426	Breuia	ibidem
Beneficium clientela abne-		Breuiare	369
gare	694	Breuiarium	489. 631
Beneficium & pœna Dei		Breuiarium principale	300
Democriti	169	Breuis & breue	489
Berones	630	Britanniæ comes	263
Bessarion	186	Budæus literis sibi soli ope-	
Bige	600	ram dedit	281
Bigena uitanda	451	Budæus cur sepe diuagetur	
Bilis atra & frigida	634	à proposito	355
		Αα *	Budæi

I N D E X

Budei in castigandis Pan-	Calamitosum ordeum	608
dectis consilium	41 Calcar aureum	198
Budeum ab alijs mutuasse	Calceus lunatus	ibidem
sententias	278 Calculus	376
Quid Budeum ad scriben-	Calculus porigere	126
dum impulit	42 Calculum permittere	ibidem
Bule Atheniensium	247 Caldarie celle	316
Buleute	310 Calenda Martie	732
Bulla	221 Calendarium	728
	C Calices diatreti	430
	C nota condensationis	121 Camarota
		625
C, tristis litera	125 Camera	ibidem
Cacoethe	171 Camerarium cucurbitae ge-	
Κακὸς ὄψις	372 nus	626
Cadere causa	115 Camerata arca	625
Cadere formula	ibidem Cameratum opus	626
Cadmea uictoria	262 Campestris accipitres	385
Caduceum	191 Canabis	487
Caduceator	ibidem Canales	392
Celatura	638 Cancellarius	264.286
Celi cum terra societas	617 Cancellarius in Fracia	278
Celi filij	148 Cancellarius qualis esse de-	
Cementum	423.633 beat	286
Cerimoniarum magistri	360 Cancellarij appellatio	285
Cesa & ruta recipere	390 Cancellarij domus	288
Cesar	160 Cancellarij eruditio	ibidem
Ceterum	375 Cancellarij partes	283
Καυδομαῖς	356 Cancellariatus interregnum	286
Calamitas	600.605 Candidus	371
Calamitosus	ibidem Candidati Principis	303
Calamitosa tempestas	613 Candidi	

IN PRIOR. ANNOT.

Candidati Quæstores ibid.	Catamidiare	310
Canonarij	300 Κατάπληξ	304
Canonibus soluere	184 Κατάρχεα	367
Capere magistratum	315 Κατακόλαι	404
Capere pignora	213 Κατασπασμῶν	702
Capillamentum	655 Καθεωρεῖν	713
Caput	110 Κάθετο	455
Capitis iudicium primum	Καθίσειν	126
apud Areopagitas	248 Catonis dictum	523
Capite censi	483 Catonis filij	158
Capitalis Index, Prator	Catonis eloquium	ibidem
	Causa indicta damnari	112
	245 Causæ maiores	243
Carbunculus	615 Causam constituere	128
Carbunculatio	611.615 Causam dicere	240
Cardo	593 In Causidicos	16
Cardinem cause ponere	129 Causificationes iudiciales	
	74	
Carruca	599 Cautela	17
Castellum	592 Καυθμός	614
In Castoris templo pecunie	deponerantur	506
	506 Causum esse pedibus, præ-	
Castrensis ordo	147 dijsq;	113
Castrensis seueritas	341 Cedens annis	565
Castrensia uerba	686 Cedere foro	505.506
Casus legis	b. 40 Cedere honori, oneri	513
Κατάλειξις	569 Cedere intercessioni	137
Κατάλοιποι	206 Cedere legibus	512
Catadromus	596 Cedere patria, urbe	ibidem
Κατάλαμα τῶν Ἀλλήνων	111 Cedere uita	ibidem
Κατάλυμα	413 Celetizontes	355
Καταλύειν	714 Celeres	ibidem
	A. 4 § Celeuma	

I N D E X

Celeuma calcantium apud Hieremiam	385	244	Centumuiralia iudicia	243
Celeusina	ibidem		Centumuirari	149
Celeusæes	ibidem		Centumuirari aucti numero	
Cellæ caldariæ	316	244	Centumuiris Prætor præsi-	
Cellula studiaria	433		debat	ibidem
Cenotaphium	190		Centuriata lex	75
Censendi breuitas	219		Centurio	147
Censendi potestatem facere	127	κεραμειός παλῶτον		381
Censere	126.211		Cernere hereditatem	140
Censeri	49		Ceroma	348
Censores	200.205		Ceromatiæ	ibidem
Censores Senatu moueban-			Certamina sacra	356
tur à Senatoribus	204		Ceryx, cerycia	199
Censori animaduersio	206		Cespitium	388
Censoria iudicia	205		Cessio quomodo fiebat	98
Censoria subscriptio	204		Chærophontis pallor	686
Census equestris	197	Χέρωσις		102
Census Senatorius	201		Charitas humana	53
Centenariæ Curie	254		Chartophylax	320
Cētēnariæ Curie summum			Chasma	608
tribunal	258		Chasmatiæ	ibidem
Centesimæ	705		Chasmaticus tremotus	
Centesimæ duplices	704		ibidem	
Centum Senatores Romani	192	Χάρον		478
			Chelonium	624
Centumuiralis	149		Chiliarchi	147
Centumuiralis Curia	246		Chiliastæ	476
Centumuirale iudicium	192		Chironia ulcera	171
Centumuirales causæ	243		Chironomi	344
			Chiron	

I N P R I O R. A N N O T.

Chironomia	ibidem	Citharista	344
Choragium	472	Citharædi	36.344
Choragia, choragus	ibidem	Ciuis	180
Χαίρωνος	509	Cinium inter se æqualitas	
Χαυρτίσιον	84	ibidem	
Χένσις	101	Κλάδ. Ⓞ	406
Chrysomalli	204	Clandestina commercia	
Χρῆσις τοῦ νόμου	189	37	
Cicero iuris peritissimus	22	infra Classem	482
		Classes	254.390
Ciceronis laus	23	Classarij	386
Ciceronis locus	403.411	Classicus	482
Ciceronis locus emendatus		Classici	ibidem
	154	Classici autores	483
Cicronis propositum de iure civili in artem redigendo	23	Classici testes	ibidem
Ciconiæ leges	50	Clauus	198
Ciconia	ibidem	Clementia, in quibus cognitionibus iuris sit	232
L. Cincinati Dictatura	520	Cleopatras sponsio	95
		Κλέπτης	263
Klovis	421	Clientelæ	692
Cippi	422	Clientes	692
Circuli geometres	48	Coactio argentaria	297
Circumducere edictum	139.	Coactores	ibidem
	249	Coassatio	592
Circumfraneum æs	506	Coaxatio	538.592
Circumfraneæ uerba	686	Cochlea	621
Cistum	599	Cocus	672
Citare leges	364	Codex	729
Citare personaliter	b.115	Codicis libri à Græcis	
	245		

Codon

I N D E X

Codonophori	495	Columnæ partes	422
Cœna recta	731	Comessari	671
Cœna recta & sportula		Comessator	ibidem
322		Comitatus	392
Coenaculum	434	Comitia centuriata	85, 177
Cœnacula	412	Comitia magna	177
Coenacularius	ibidem	Commentarienses	381
Cœnaculariam facere	ibidē	Commentarij legum multi-	
Cœnationes	ibidem	plices	261
Coemptiōne in manum ma-		Commentarij recentiorum	
riti uenire	302	Iurisconsultorum	555
Coëpulones	298	Commentarioli	380
Cogere in ordinem	329	Commentarium	ibidem
Cogere Senatū	212	Commentarius	379
Cogitatio spuria	186	Commercia	57
Cognitio summa	246	Commercia uolūtaria	ibid.
Cognitor	370	Commisseratio oratoria	249
Coliphium	353	Committere	426, 695
Collatinus	90	Committere multam	389
Collatæ nuptiæ	722	Committere se publico	383
Collatio	300	Commissum bellum	426
Collecta	ibidem	Commissionses	ibidem
Collegium	203	Communis prudentia	52
Collybus	485	Communis sensus	ibidem
Collybiſtæ	486, 508	Communia inter amicos o-	
Colophonem imponere &		mnia	55
addere	266, 365	Commutatio armorū	Glau
Colosſica onera	624	ci & Diomedis	541
Colosſicotera	ibidem	Commutatio Græcorū	539
Columella	663	Comparatio à lance ad ani-	
Columnæ	421	mi iudicium	282
		Comp	

I N P R I O R . A N N O T .

Comparatio Lesbiæ structu		Conſarreatio	102
ræ & Decreti	11	Conſectæ res	127
Compendium ſcribēdi iuris		Conſerre	722
530		Conſerre pedem	135
Comperēdinare	120, 336	Conſeſſus aris	675
Comperēdinatus reus	122	Conſiſcare	298
Comperēdinatus Verres		Conſiſio	376
124		Conſornicatum opus	626
Comperēdinati unde dicti		Conſratriæ	b. 298
ſint	122	Kovixaxa	500
Comperēdinatio	121	Connuentes	527
Comperſa	496	Conſcripti patres	195
Comperſus ſtupri, criminis,		Conſentes	194
&c.	675	Conſilia	17
Concameratio	537	Conſilium aulicum & in-	
Cōceptis uerbis iurare, pe-		terius	267
icrare	468	Conſilium magnum	ibidem
Conceptiue feriæ	157	Conſilium ſanctius	287
Concertata res	127	Conſilium ſtrictum	267
Conchyliarij	489	Conſiſtens uinum	192
Conchytx	ibidem	De Conſtituēda ratione iu-	
Conciergus	b. 627	ris ciuilis	26
Concio legitima & conuo-		Conſtituere diſceptationem	
cata	208	134	
Concipere	467	Conſtituere cauſam	128
Concipere iuſurandum		Conſtituere iudicium	130
ibidem		Conſtituere iudicium &	
Concratitius paries	534	quæſtionem	127
Conditio arbitraria	40	Conſtitutio Philippi Regis	
Conducere	491	267	
Conductor	490	Conſtitutio Philippina	265
		Conſtit	

I N D E X

Constitutio Philippi Pul- chri	259	Contrarotulatores	b. 207
Constituere statū causæ	128	Controuersares	129
Constuprata iudicia	701	Controuersia declamatoria	269
Consuetudo	184	Controuersia sui facere	695
Consuetudo laudabilis	67	Conturbare	495
Consuetudines	277	Conturbare fortunæ	496
Consul	147.311.384	Conturbare rationes	403
Consul iussu Tribuni plebis in carcerem duci poterat	314	Conuadari	157
Consulis imperium	313	Conuenire	254
Pro Consule esse	315	Conuentus Amphictyonum	269
De Consulis relatione	224	duodecim	293
Consules uidebant ne quid Reſpublica detrimenti caperet	311	Conuentus triū ordinū	346
Consulum munera	245	Cordax	337
Consulibus permissa Reſpu- blica & commissa	311	Coria	344
Consularis	384	Corinthum nauigare	77.188
Consularis cognitio	246	Cornicum oculos configere	586
Consulares qui sint	192	Cornicarij accipitres	100.436
Consulares leges	85	Coronæ	333
Conſummare	371	Corona à D. Paulo promif- sa	100
Contabulatio	592	Sub Corona uenire	48
In Contemptores Latinita- tis digreſſio	442	Corpora medicorum	489
Contentioſa res	129	Corpora Phyſicorum un- de	534.624
Contignatio	537	ibidem	478
Continens cauſe	127	L. Crassus	139
		Crater	139
		Cratitij parietes	139
		Cræta	139
			Cræti

I N P R I O R. A N N O T.

Creſi hereditatem	485	Curia ingrediendæ ius	323
Cride	b. 109	Curia Princeps	285
Criminales cauſe non diſſe- rendæ	231	Curia ſeminarium	408
Κερεατι	240	Curiata lex	75
Τον κερειουλαρον	130	Curioſus	699
κεριου ιδιου ποιεω	681	Curules	149
Critæ	357	Cuſtodes	297
Critici	ibidem	Cybiſteres	488
Critolai libra	42	Cybiſtæna ſaltationis genus	489
κερυει	589	Cynomia	523
κερυεισιν	ibidem	Cynofarges	348
Crumeniſeca	635	D	
κευβηλαρον Αμφικρατι	251	Dæmoniſtici	648
κευβηλαρον	615	Damnum	61
κευβηλαρον	102	Dare actionem	130
κευβηλαρον	101	Dare in mancipatum	98
Cubitum	456	Dare iudicium	130
Cubitus	459	Dare nomen	271
Culinaris ratio	672	Dare per ſcriptum	b. 139
Culpæ	375	Dasy-podes	399
Cumſtatores	527	De præpoſitio	673
Cupedinarium forum	292	Decedere ſuo iure	414
Cupedipetæ	458	Decemuiri	82.150
Cuppæ	631	Decempeda	455
Curia ampliſſima	253	Decempedator	456
Curia Pariſienſis	230	Deceſſio populi	67
Curia non ſtatutaria, ſed indi- ſtina	262	Decernere ut legibus quæ- ratur	134
Curia	149	Decernere quæſtionē	134.
Curia centenaria	254	135	
		Deceſſor	

I N D E X

Decessores ex prouincijs	306	Delio natatore opus habere	435
Dechectum	b. 479	Demagogi	421
Decimare	494	Demarati filius	75
Decimatae legiones	341	Demensum	670
Decoctum argentum	512	Demetrius	351
Decoctores	509	Democriti Dij	164
Decollare	141	Demosthenis orationes	165
Decoquere	509.510.511	Demosthenis synanche	543
Decretum	268	Denuntiare testibus	140
Decuriae	310	Deos esse Epicurus inuenit	
Decuriae & classes	264	51	
Decuriae iudicij	220.244	Deprecatio	232
Decurrere	597	Deprehendi	373
Decursorium	ibidem	Deprehensus	ibidem
Deducere ad agnatos & Gentiles	141	Desaisire	b. 68
Deferre in ararium	382	Desaisire	b. 68
Deferuescere	667	Descendere in causam	137
Deflagrare	668	Describere	40
Defuncti absolute	576	Deserere uadimonium	109
Defuncti fato	575	Designare	358
Defunctorie agere	577	Designati Consules	360
Defunctorie suscipere	578	Designatores	358
Defunctus pro cadauere	576	Despondere animum	370
Defungi	575	Despoticon ius	64
Dei prouidentia mundum regi	248	Desultores	354
Δεισιλαμνία	648	Desultoria leuitas	355
Delatores	720	Detineri	714
		Detrimētum à tritura	478
		Deuestire	b. 102
		Deuor	

I N P R I O R . A N N O T .

Deuorata uerba	473	Τὸ Δίκαιον	II
Deus qui fit.	604	Δίκαιον κατ' ἄξια	57
Διξίσι	701	Δίκαιον	521
Διούρορ	338	Δίκην	29
Diabolares	484	Dicam impingere	III
Diabolus, eiusq; lapsus	168	Dicam scribere	189
Δικαιοφροσύνη	368	Dicarum mucrones	167
Diaconi, non diacones	490	Δικαστοὶ	29
Diaconidicae	29	Δικαστῆς	ibidem
Δικαστήριον	337	Dicastes	62
Δικαστοία	131	Dicere dictatorem	272
Δικαστῶν	644	Dicere pro testimonio	133
Δικαστῶν	337	Dicendi peritia	160
Dialecticae laus	140	Dixi Oratorum	125
Διάλλα	426	Dictare actionem	III
Διάλογοι	377	Dictator	147.228
Διάλογοι	337	Dictatorem dicere	272
Διαμνησικὸν	62	Dictatura	311
Diapasmata	628	Diduco	715
Διαπορεία	137	Diccula	476
Διαφθορά	703	Diem diffundere	336
Diarium	324.380.728	Diem eximi	220
Διασίτησις	430	Diem tolli	ibidem
Diatretum	ibidem	Dies	475
Dianodromi	350.457	Dies constituta	139
Diulus	350.456	Dies tollenda	220
Dica	III	Dies magni	255
Δικαιοφροσύνη	364	Dies statim, pro ordinarijs	
Dicaodotes	299	139	
Δικαιοδοτικός	129	Diffinire	25
Δίκαιον	518	Diffinitio	24
		B b	Diffusus

I N D E X

Diffusus dies	336	Dispensare	b. 40
Diffundere diem	ibidem	Dispungere rationes	643
Digitus	418	Disputatio	ibidem
Dignatio	376	Disputationum fontes	22
Digressio, qua i mores prae-		Disquisitio	135
fentes inuehit	522	Dis similitudo nulla in gene-	
Digressio in Latinitatis con-		re	54
temptores	443	Dissolutiones contradic-	
Dij minorum gentium	194	rum	132
Dij maiorum gentium	ibid.	Distinere	715
Διζάνει	337	Distentus	ibidem
Dijudicata res	127	Distributum ius	57.62
Dimidium plus toto	156	De Diuidendis sententijs	236
Dimundinatio	59	Diuiduum	34
Dionysiaci artifices	242	Diuidere sententiam	237
Diplinthij parietes	536	δοκῆν	49
Dipondius	98	Δοιμασθῆναι εἰς ἀνδρα	685
Dirimi auspiciā	337	Δόμιμος	518
Diruptus	341	Οἱ Δοκῆτες	712
Dirutus	164	Dodrans	459
Discedere in diuersa	235	Δόγμα	260
Disceptare	255	Dolichodromi	350
Disceptiones liberae & le-		Dolichos	457
gitimae	252	Dolichus	350
Disceptionem cōstituere		Dolones	432
127		Domanium	b. 298
Discessionem facere	209.	Domise continere, exilij lo-	
210		co	508
Discoboli	347.349	Domus Tribunalium aper-	
Δίσκος	426	tæ	218
Discutere	663	Domini præfatio	79
Discussoria	666		

IN PRIOR. ANNOT.

Dorodoci	458	tur	484
Δωροδοκία	700	Ecnephas	613
Dorodacia	458	Ἐκφωῆν	226
Δωροδοκία	700	Ἐκπληξις	615
Doron	458	Ἐκπληξις ἢ ἀλευρωρ	611
Dorophagi	ibidem	Ecquis	715
Dotes animi	289	Ἐκρῶσις	429
Δοξακῆς	612	Ἐκφρασμοί	ibidem
Δοξακῆς	ibidem	Edere	139.382
Δολία	684	Edere ludos	47E
Δόρις	426	Edere nomina	27E
Dulciarij pistores	470	Edere petitionem	b. 189
Duodecim	161	Edere specimen	686
Duodecim tab. laus	22	Edictum Iustiniani contra	
Δυσνομία	168	enarratores	279
In Dysnomiam Francia	167	Edictum prætorium	185
	E	Ex edicto possidere	110
Ἐκκαρῆς	711	Edictus Senatus	208
Ἐκ παραλλήλων	645	Edilitas	500
Ἐκβολας	429	Efferrescere	667
Ἐκβολία	ibidem	Effluxio	429
In Ecclesiasti. locus restitu-		Ἐγκύβλιος	330
tus	608	Ἐγκέστοι	ibid.
Ἐγκεστοι	330	Ἐγκύβλιον	579
Ἐκκρούειν τὸ πρᾶγμα	69	Ἐγγεγραμμένοι	196
χρόνον	221	Ἐγγεγραμμένοι ἢ ἀκρωσώ-	
Ἐχέγγυον	482	λφ	206
Echemythi	527	Ἐγγυᾶσι	110
Echemythia	528	Ἐκκαῖον, τὸ τυχόν	578
Echinus	485	Ἐισφίρειν	83
Echinus parturicens cuncta-		Eijcere	429

I N D E X

Eiectitius	ibidem	Enhortius	308
Elephantis intelligentia	49	Emeacrunos fons	389
Eleuare	132	Ennceæ	31
Eleuare testimonia	131	Ἐνοχλαῖμ	372
Elogium	134	Enoplia	346
Cum Elogio mittere	ibidem	Ἐνσπῆμ	662
Eloquentiæ munera	444	Entheastici	647
Eloquentia pulsa	Lacedæ-	Enthei	646
mone	250	Enuntiatum	47
Eloquentiam requiri in Iu-		Ἐπακτὸς ὄρκος	468
rifconsulto	44	Ἐπαγαγῆμ Ἰδφορ	126
Emancipare	102	Ἐπαμφοδείσειμ	395
Emancipatio	97	Ἐπαρεάσειμ	372
Ἐμβαίωμ	25	Ephebium	351
Ἐμβάλλωμ	363	Ephelides	662
Embatae	487	Ephemeris	380, 631
Ἐμβάται	ibid.	Ἐπικαρῆ	711
Emblema	436	Epibatæ	386, 487
Embolismos	362	Ἐπιβατῶν	356
Emmelia	346	Ἐπιβολαί	31
Emplastræ	628	Epicata	b. 12
Emptio mancipi	98	Epicatazare	b. ibid.
Ἐνάρχεια	367	Ἐπιδημῆμ	383
Enargia	717	Ἐπιδημία	304
Encyclios disciplina	20	Ἐπιφκῆς	450
Encyclopædia	461, 544	Τὸ Ἐπιφκῆς	13
Encyclopædia quid	20	Ἐπιφκῶ	12
Ἐνδενύων	720	Epificia	12, 14
Ἐνδένυον	714	Ἐπινίκια	284
Ἐνδιδόνωμ	513	Epinyctis	693
Energia	717	Ἐπισκοπαί	494
		Epipi	

IN PRIOR. ANNOT.

Epistomion	593	Erugo	618
Epistomizo	594	Ἐρυσίβη	ibid.
Ἐπιτίθειμ τῶν Ἰδφορ	126	Essedum	599
Epitome	489	Ἐταγεία	694
Epitoma	490	Ἐντέταγτοί	330
Epulum funebre	493	Ethici statuarij	343
Epulones	298	Ethologi	ibidem
Equa sola grauida coitum		Ethopæi	ibidem
patitur	597	Ethopæia	ibidem
Eques	b. 40	Ethos	ibidem
Equestris census	197	Euangelia	284
Equestris ordo annulo insi-		Euocare	503
gnitus	ibidem	Euocatio	ibid.
Ex Equestri ordine ad Se-		Euocatio militaris	501
natorium transitus	ibid.	Euocatio sacrorum	191
Equi desultorij	355	Eunomi	166
Equorum genera	418	Eunomia	ibidem
Equites	197	Eunomia duplex	170
Equitium	301	Euthymia	719
Ἐραμ	300	Ex bona fide	10
Erasi	301	Ex iure manū confertū	104
Ἐρῆμ ἰλιχ	112	Ex tempore	707
Ἐρῆμ κατὰ δὲ καὶ σθῆναι	ibid.	Ἐφαίρετ	420
Eremoditium	111	Exeuvre	668
Ergastulum	570	Examinare computum	b.
Ergata	622	643	
Ἐργολαβῆμ	720	Exarmare	488
Ἐργολαβῆρες	492	Exarmare accusationē	488
Ἐρμῶν	713	Exautorare	340
Erratum in sententia	155	Exautorationis exemplum	
Erucæ	617	340	

I N D E X

Excedere ex affectis	b.	Existimatio	712
685		Ἐξίστασις	513
Excipere notis	382	Exoluere religione	652
Exceptores	ibidem	Exorari de iniustis	526
Excidere formula	116	Ἐξορῶμεν	569
Excurrere	514	Exotica unguenta	629
Excurrens summa	513	Ἐξοτῶτα	415
Excursio Oratoria	514	Expeculatus	342
Excitere	634. 635	Expensæ	98
Ἐξαιρὸν τὸ δίκαιον	138	Expensum ferre	641
Exemplare	b. 40	Experiri intra parietes	14
Exemplum collationatū b.		Explorator Græcorum Ro-	
ibidem		man missus	87
Exemplum	373	Expolitionum genera	498
Exemplum recognitum	46	Exprobrare	366
Exercitatio artē iuuat	462	Expungere	644
Exercitatio Pancratiastica		Expungere rationes	ibid.
425		Exscribere	40
Ἐξαιρέσις	614	Ex tempore	711
Exhedra	351	Extra lapidem primum	311
Exhedrae	433	Extraordinarij	b. 195
Exherese semi dies	363	Extricatus	430
Ἐξήρησις	470	Ἐξυβείσις	614. 620
Ἐξήρησις	112	Ἐξυβία	180
Exilium	507	Ἐξυγασμοσύνη	18
Eximere actionem	221	Ἐυλαβία Ἐπιδριμετα	702
Eximere de reis	138	Ἐύθροπιον	478
Eximere ex ærarijs	ibidem	Ἐυθροπία	119
Eximere noxæ	ibidem	Ἐυθροπία διδόναι	240
Eximere notæ	ibidem	Ἐυθροπία	ibidem
Eximere numero	330	Ἐξυμωμένον	206. 295
		Facere	

I N P R I O R. A N N O T.

F	Fides labefactata	480	
Facere ad stomachū	367	Fidem fallere	339
Facere gratiā canonis	184	Fidem suam liberare	482
Facere litem suam	680	Fidem alicuius sequi	ibidem
Facere petitionem	b. 189	Fidem tueri	ibidem
Facere rectè atq; ordie	306	In fidem se conferre	692
Facere tyrocinium	686	In fidem recipere	694
Facio æqui boni	15	Fide bona	579
Facescere	370	Fide optima	579
Fanatici	646	Fide sua esse iubere	482
Farsura	536	In Fide esse	691. 694
Fas	28	Fidei commissarius	92
Fasces	326	Fidei commissarius hæres	517
Fasces submittere	327	Fidentia	376
Fasces submittere populo		Fidutia	92
66		Fidutiæ actio	95
Fasti dies	572	Fidutiæ exemplum	ibidem
Fastorum libri	76	Fidutiam accipere	ibidem
Fatuus	658	Fidutiam committere	96
Fauorabilis iudex	b. 40	Fidutiarius hæres	92
Ferales præcones	495	Fidutiaria hereditas	97
Fercula	600	Fidutiaria mancipatio	96
Feria conceptitiæ	157	Fidutiaria opera	92
Feriae Latinae	ibidem	Fidutiaria possessio	ibidem
Ferramentum	639	Fidutiariæ tutela	97
Ferre ad populum	83	Figurare	188
Ferre iudicem	94	Finatiarū generales	b. 299
Festuca	538. 718	Finita lis quādo dicatur	119
Fendum	b. 694	Firmamentum	129
Fendum clientæ	692	Firmissima argumēta	ibid.
Fides	440	Fiscella	620
		Bb 4	Fiscellæ

I N D E X

Fiscella	298	Friularij	478
Fiscina	ibidem	Frontati lapides	337
Fiscus	298.620	Frugibonæ	450
Fisci	298	Ad Frugem bonam se reci-	
Fistuca	338.718	pere, euadere, redire	451
Fistucatio	338	Fruentaria tessera	393
Fistula aplumbata	394	Fugax pomum	364
Cn. Flavius	76	Fugiens uinum	365
Florales agētem spectari à		Fugientes litera	ibidem
Catone	617	Fugitiarius	637
Floralia	ibidem	Fumosa imagines	142
Fodico	374	Funebria iusta	332
Formula	136	Funerum ceremonia	144
Formula cadere	115	Furiosi	142
Formularij	137	Furnire ad sentēciam b.	133
Formulam intendere	111	Furor	633
Fornacarius	427	G	
Fornicarij	697	Galericulus	655
Fornices	ibidem	Galli olim elegantia stu-	
Forum	130.245	diosi	441
Forum cupedinarium	292	Galli Senatoria dignitate	
Forum suarium	ibidem	donati	233
Foro cedere	305.306	Gallorū mos improbandus	
Fortuna	145	380	
Fortunæ	110	Gallia comata, nunc Frācia	
Fragrare	370	191	
Frācia, olim Gallia comata		Gallie ciuitates	683
16		Galli fratres Romanorum	
Francie pares	256	233	
Fraterculus Gigantum	143	Gallicus Hercules	441
Friola	477	Γέσωνα	435
		Gelu	

I N P R I O R. A N N O T.

Gelu	615	Glandem frugibus ueteres	
Gemini	398	prætulisse	46
Gemini an uno cōcubitu con-		Glauci & Diomedis cōnus	
cipiantur	ibidem	tatio	341
Gemma fugientes	365	Gliscere	372
Generales finantiarū b.	297	Gloria in uirtute	290
Generositas quid sit	180	Gnomon	452
Genius regni	60	Gnomonice ars	455
Gentiles	25.141.146	Gnosus urbs	275
Ad Gentiles deducēdus	141	Graculus	606
Gentilitas	ibidem	Græca litera, earum q̄laus	
Gentilitia insignia	145	354	
Gentilitatis ius	141	Grando	613
Gentium ius	51	Grandinum quatuor gene-	
Gentium ius primariū ibid.		ra ibidem	
Genus	24	Graphis	459
Geodete	452	Gratia	152
Geometre	ibidem	Gratiam canonis facere	184
Geopetes	239	Grauari	371
Geopota	ibidem	Gressus	458
Geranion	624	Γευσία	478
Gerundia in dum	278	Grytopole	ibidem
Gerusia, uirtutis præmium		Gubernator	385
239		Guerra	b. 40
Gestationes	418	Gymnasia	347
Gestatorium	ibidem	Gynecocratia	64
Gestatoria pensilia	600	Gymnici	342.347
Gigantum fraterculus	143	Gymnici agones	347
Gigantum theomachia	528	Gynecocratumeni	65
Γεωμετρον	118	Gynecocratumeni populū	
Gladiatorum genera	355	ibidem	
		B b 5	Habere

I N D E X

H	Hexapeda	456
Habere rationem ab ali-	ἑνὸς μόνου καιρῶν	317
quo	b. 15 ἑνὸς μόνου μέγρεθ	ibidem
Hæreditas iusta	520 Hieronica	356
Hæredium	ibidem Hieronymi non est noui te-	
Hæres	ibidem stamenti tralatio	150
Hæresis	649 ἑρῶτ ῥορ	713
Hæsitantes	661 Hippodromus	596
Ἀιμὸρρῶνια	666 Hippopotamus	50
Halteres	349 Hircientes	653
Haltici	347 Hircosi	ibidem
Ἀφᾶδῃ τῶν κῆμᾶτων	640 Hircus	ibidem
Harmoste	316 Hirudo nõ linquenscutē	167
Hasta	29 Historicè	37
Hedui Galli fratres Roma.	Histriones	342
233	Hodie	476
Helciarij	385 Holosericati	180
Heliocaminus	417 Homagium	b. 694
Hemissphærium	626 Homeri præstantia	548
Herbarum fidei derogatū	Homeri autoritas	545
esse	559 Homeri poëses	547
Herbenaca	191 De Homero doctiorum sen-	
Herculanea pars	494 tentiæ	ibidem
Hercules Gallicus	441 Homines ærarij	295
Hercules et Iphicles gemini	Homines præesse animanti-	
398	bus omnibus	59
Hermodori legislatoris exi-	Homines tres in omni arte	
lium	75 considerandi	463
Herniosus	342 Homognius	308
Heterius	308 Homologare	252
Heteroplum	704 ὁμολογῆμ	ibidem
	Honori	

IN PRIOR. ANNOT.

Honori cedere	513	ἑπὸρθεματίζεμ	587
Honorum gradus & capti		ἑπενχορῆμ	513
ra	527	ἑπενδογερ	ibidem
Honorarium	309	ἑπέρυα	114
Honorarius tumulus	190	ἑπδῶρ	412
Honorarium decurionū	309	ἑπδτρρυίζεμ	663
Hora	477	ἑπτρᾶ ambulationes	350
Ὀρμᾶδῃ	367	ἑπρκαυστμ	516
Hortator	385	ἑπρκρισίς	342
Hortus	520	ἑπρκριτᾶ	ibidem
Ὀσιου	30	ἑπρπογεα	737
Ὀσιαχγᾶ κελεία	332	ἑπρωιδίζεμ	335
Hospitalia	308	ἑπρωιου	333
Hospitalis Deus	ibidem	ἑπρποπιον	ibidem
Hospitalis tessera	ibidem	ἑπρποστᾶσίς	563
Hospites	691	ἑπρποθεκα	639
Hospitia priuata	308	ἑπρποθεσίς	48
Humanitas & humanæ lite		ἑπρποθῆδῃ	640
ra	444	ἑπρποθῆδῃ	ibidem
In Humanitatis oblocutores		ἑπρποθῆδῃ	ibidem
546		I	
Humipetæ accipitres	585	Iactus	582
ἑλῆ	187	Ianus bifrons	325
Hylæ	ibidem	Iatronices	80
ἑλομενῆμ	614	Ichnographia	460
ἑπαγορδῆμ	227	Iconicæ imagines	344
ἑπᾶρχου	518	Iconici pictores	343
Hyparxis	563	Igniculi ad naturam dati	55
ἑπᾶνδμ	513	Ilias malorum	34
Hypæthron	410	Illaudatus	709
Hypæthron	ibidem	Illotis manibus	72
		Illotis	

I N D E X

Illotis pedibus	ibidem	Incumbere in eandem cau-	
Illuvis	664	sam	137
Imagines	142	Indago	269
Imagines subitæ	145	Indicere iustitium	319
Imagines fumosæ	141	Indicia & auspicia magi-	
Imagines maiorum in fune-		stratibus data	392
ribus	144	Indicta causa dammari	112
Imbricamentum	435	Indictionales	303
Imbricatum	536	Indictus Senatus	208
Immeiere	664	Individuum	34
Imminuta autoritas	197	Inducere	238
Immoderatio	376	Inducere sententiam aut de-	
Impedata uitis	409	cretum	ibidem
Imperatores anniuersarij		Inducere	40
26		Indulgere	374
Imperij munera	246	Infantes Iuriconsulti taxan-	
De Imperio legis & homi-		tur	45
nis	391	Infatuati	658
Imponere	369	Inferior causa	133
Impostores	655	Infestare	372
Impostura	ibidem	Infinitio	376
Imputare	368	Informationes	52
In cælo esse	603	Infra triduum	b.40
In rem præsentem uenire		Insula	532
40.108		Ingenui	202
In re præsentem constituere		Inijcere manum	216
108		Iniectionem manus recipere	216
Incessere	359		
Incrustatio materiariæ	591	332	
Inculpatus	710	Inire æstimationem	432
Inculpati heroës noue	n.710	Inire nexum	570
			Iniur

I N P R I O R . A N N O T .

Iniurius	64.374	Intercalatio	363
Iniuria	64	Intercedere Senatusconsult.	
Iniustus	56	Tribuni poterant	217
Inuestæ	254	Intercessio	217
Inquirere	135	Interdicere aqua & igni	
Inquisitionũ consilium	264	735	
Inquisitor	135	Interdictum unde ui	94
Insefinare	b.358	Intergerimus	539
Insania	653	Interim	708
Insanitas	376	Interpretis officium	152
Insatiabilis	377	Interpretatio legum	172
Inscentia	376	Interregnum Cæcellariatus	
Insignia gentilitia	145	286	
Insignitus	99	Interscalmium	385
Insinuare	365	Interstitia uersuum	74
Insinuare donationem	17	Intertaliare	b. 479
Insolens exactor	698	Intertrigo	ibidem
Insolentia	ibidem	Intertrimentum	478
Insipiscare	429	Intertritura	ibidem
Instituere	66	Intestinum opus	436.591
Institutum antiquum	324	Intolerans	377
Instituta	66	Intolerantia	ibidem
Institutum memorabile	243	Inualetudo	376
Institutum quid	66	Inuidentia	ibidem
Institutio adolescentiæ	234	Ioannis locus	153
Instrumentum aulicum	300	Ioues humani	181.529
Insula	627	Ira	131
Insularius	ibidem	Ire ad Iudicem	61
Intercalaris	140	Ire in consilium	127
Intercalare	362	Isonomia	59
Intercalarius mensis	ibidem	Isthmus	419
		Iucund	

I N D E X

Iucundus	146	Iura in quibus constituenda	
Iudicare	713	176	
Iudicatura	588	Iuri non omnia tribuenda	
Iudicatum facere	133	38	
Iudicatio	587	Iuridiciales prouinciae	260
Iudex, ius animatum	61	Iuris ciuilibus partes	24
Iudex æquus, iniquus	39	Iuris definitio	28
Iudicis descriptio ex Aristotele	11	Iuris diuisio	37
Iudicis natura noscenda est	56	Iuris diuisio ex Aristotele	
15		Iuris & iustitiæ imago	18
Iudicis persona	70	Iuris lauta supellex	46
Iudicem tibi fero	94	Iuris non iustitiæ consulti	
Iudices	197.245	16	
Iudices à Senatu petebantur	230	Iuris perdiscendi facilitas	21
Iudices infensi	27	Iurisconsulti omnibus sui copiam faciebant	164
Iudices ex legis præscripto iudicare oportebat	230	Iurisconsulti x x x v i i .	
Iudicium, pecuniæ certæ	116	Pandectas consarcinari	
Iudicium Decuriæ	244	47	
Iudicium non præcipitandum	282	Iurisconsulti respondentes de iure	28
Iudicia publica	251	Iurisconsultis opus est proprietate uerborum	44
Iugum	471	Iurisperitus & Orator Serui	
Iupiter Xenus	308	uius	169
Iurare conceptis uerbis	468	Iurisprudentiæ olim non fuit	
Iurare in leges Principis	25	questuaria	19
Iure meo, tuo, suo	413	Iurisprudentiæ quid	20
Iure optimo prædialia	696	Ius	9.474
			111

I N P R I O R . A N N O T .

Ius annulorum	198	Iusti dies	518
Ius bellicum	55	Iustitia	35
Ius ciuile	56	Iustitia duplex	68
Ius ciuile opes figulinæ	38	Iustitia, finis legis	184
Ius ciuile facile adulterari		Iustitiæ imago	70
27		Iustitium	519
Ius datum omnibus	55	Iustitium indicere	ibidem
Ius distributiuum	57	Iustitium remittere	ibidem
Ius gentium	51	Iustinianus quis fuerit	582
Ius gentium & humanum	55	Iustus	55
Ius gentium primum	51	Iustum exilium	517
Ius inter uirum & uxorem	64	Iustum, plenum	ibidem
Ius moribus institutum	12	Iustum munus	518
Ius moribus receptum	362	Iustum prælium	517
Ius natura constitutum	54	Iustus filius	516
Ius naturale ex Cicerone	49	Iuuenalis locus	496
		L	
		Labefactata fides	480
Ius pacis	55	Labes	607.610
Ius patriciale	256	Labor premio decoratur	
Ius summum	11	22	
Ius suum obtinere	256	Labra	589
Iusturandum concipere	467	Lacedæmoniorum politia	65
Iustum	176	Lacedæmonij Lycurgi leges emendarunt	38
Iusta	314.517	Lacuarij accipitres	586
Iusta facere	332	Lacunæ in Pandectis	28
Iusta sinebria	ibidem	Lacus	431.593
Iusta habitudo	517	Lacustres accipitres	586
Iusta hereditas	520	Λαγχαίνας ὀλίνας	111
Iusta magnitudo	517	Laicum	647
Iusta peragere	332	Lamach	

I N D E X

Lamachus	526	Λαβρα	351
Λαμαχῆος	372	Legatus	91
Lanista	356	Legati Principis	316
Lapidina	378	Lege agere	188
Extra Lapidem primū	311	Leges Consulares	84
Lapidina	378	Leges de cælo delapsæ	37
Lapis ordinarius	423	Leges quid doceant	21
Lapis quadratus	422	Leges sacrosanctæ	31
Lasciua	619	Leges Tribunitiæ	84
Lasciuire	ibidem	Legibus querere	135
Later	536	Legibus soluere	183
Laterculus costilis	ibidem	Legiones decimate	341
Lateritij parietes	535	Legis caput dicitur lex	50
Laticlavium	198	Legis definitiones	165
Latinae feriæ	157	Legis promulgatio	33
Latinarum præfectus	156	Legis actio	188
Latomi	378	Legis uerba captare	27
Latomiæ	ibidem	Legis uirtus	176
Latumiæ	ibidem	Legislatio	179
In Latumias mittere	379	Legitima cogitatio	187
Latusclauus	198	Legitima iudicia	252
Laudare	687	Legitimi dies	138, 477
Laudare autorem	ibidem	Legulei.	137
Laudatum	175	Legulei carpuntur	160
Laudatores redempti	171	Legulei taxantur à Plinio	37
Laudiceni	158	Legulcorum autoritas	85
Laudimæ	b. 690	Legum ferendarum mos	84
Laudum	b. 40	Legum interpretatio	172
Laurentius Valla	39	Legum præstantia	170
Laurentij error	50	Leporarij accipitres	585
Lautia	301, 307	Lepos	

IN PRIOR. ANNOT.

Lepos	441	Libellus	318
Lepus tute es, &c.	400	Libellus ferentarius	458
Lepus superfectat	397	Liberare creditorem	703
Lesij fabri	11	Liberare fidem	481
Lesia structura	ibidem	Liberatæ & liberationes	
Lesiæ, eiulatio funebris	161	322	
Leucoma	338	Liberi tenentur parentes	
Lex	391	alere	56
Lex Aurelia	302	Libertas	90
Lex Centuriata	75	Libertas dicendi in Senatu	
Lex Curia	ibidem	215	
Lex de Senatu habendo	11	Libertate dare	94
Lex æterna	174	Libertini	262
Lex memorabilis	294	Libertinorum allectio	204
Lex mens & ratio	170	Libitina	494
Lex naturæ	147	Libitinarij	ibidem
Lex officium Principis	183	Libitinam exercere	572
Lex, Princeps est Principi	183	Libra in emptionibus man-	
		cupi	98
Lex, recta ratio	55	Libralis	ibidem
Lex summa	174	Libripens	97
Lex una esse debet	33	Librorum Iuris multitudo-	
Lex unde dicta	167	nem obesse	173
Libella	424	Licina lex	22
A Libellis ministri	318	Lictores	326
Libellis Præfectorum nume-		Limenarchæ	451
rus	324	Διμήρι	ibidem
Libellorum magistri	ibidē	Limna imperij	ibidem
Libellorum magistri octo		Limitanei	452
ibidem		Literæ abecedariæ	682
Libellorum præfecti	319	Literæ Græcæ	504
		Cc	Literas

I N D E X

Literas humanas laudat	Lucæ locus	150.153.
444.446	415.670	
Litem in rem suam uertere	Lucæ locus emendatus	608
681	Luciferi lapsus	169
Litem suam facere	Lucrum	61
680	Luctus publici forma	199
Lites, procuratorum pabu-	Ludi	471
lum	282	
Litium materies	Ludij	342
261	Ludicrorum genera	342
Litium miseriæ	Ludiones	ibidem
167	Ludos edere	471
Litium series	Ludus pro gladiatura	64
242	Lunatus calceus	198
Λωβή	Lusciosus	658
335	Luscitosus	ibidem
Locare	490	
Locare sepulturam facien-	Lustrum	465
dam	491	
Locator	Luxa	652
490	Luxuria	614.652
Locumtenens	Lyceum	347
b. 91	Lycurgi leges à Lacedæmo	
Locupletes	nijs emendatæ	38
481	Lymphati	654
Locus apostoli enarratus	Lymphationes	ibidem
354	M	
Locus Ciceronis restitutus	Macedonia, seminarium	
296.512	triumphorum	407
Locus ex quinquagesimo li-	Macellum	292
bro Digestorum restitutus	614	
408	Macellum, conturbator est	
Λογισμὸς νομῶν	607	
51	496	
Logodædali uerborum fun-	Ex Macello uiuere	ibidem
ditores	44	
58	Macherophori	180
Loliescere		
614		
Lolium		
607		
Loquendi & agendi præce-		
pta coniungenda sunt		
44		

I N P R I O R. A N N O T.

Machinarij	452	Mancipi res	98
Magadium	471	Mancipi emptio	98
Magas	ibidem	Mancipium	101
Magis	470	Mancipio accipere	ibidem
Magister equitum	147	Mancipio dare	100
Magistri carimoniarū	360	Mancipio fundum dare	695
Magistratus	188.390	Mancipio promittere	100
Magistratus sacrosancti	31	Mandati iudicium & eius	
Magistratus causam dice-		uiolatoes	338
bāt finito magistratu	391	M. Manlius	273
Magistratus uel ignominia		Ad Mantica res redijt	342
accipit, uel decus	288	Manum afferre	217
Magistratu se abdicare	83	Manum iniicere	216
De magistratibus	525	Manus iniectionem recipe-	
Magmata	470	re	332
Magna	470	Manibus illotis	72
Magna comitia	178	Marci locus	396.413
Maieftas	200	Maria claudi	401
Maieftas lesa	196	Nariti mancipium	103
Maieftas populi	196.253	Marmoratum	498
Maior uis	612	Mars cū Venere illaquea-	
Materum gentium Senato-		tus	65
res	192	Mastigonomi	358
Malagmata	629	Mastigophori	358
Malleoli	406	Mastos	594
Malorum Illias	34	Mataotechni	36
Manceps	113.491.631.632	Mater familiæ	103
Mancipare	96.97.101	Materia consequentiæ &	
in Mancipatum dare	98	importantiæ	b. 139
Mancipatio	97	Mathematicum naturæ spe	
Mancipatio fidutiaria	96	cimen	289
		Cc 2	Matreas

I N D E X

Matreas	636	Μετροικοι	196
Matrix	338	Metropolis	305
Matrices urbes	305	Μετροπόλις	82
Matrona	103	Michael numen sodalitium	
Matthæi locus	415.417	204	
657		Miles	40.147.198
Maurica	b. 345	Militum improbitas	601
Medianus	504	Militiæ genera tria	501
Medianum	434	Milium	457
Mediastinus	384	Miluarij accipitres	584
Medicine finis	464	Mimi	323
Medicine uocabula reposita	543	Mimicum	717
Melancholici	652	Ministerialis hospitij	257
Memorable factum	233	Ministri à libellis	318
Menia columna	329	Minorum gentium Senatores	193
Mensarij	508	Minos	275
Mensularij	508	Minos à Ioue institutus	275
Mensurarum nomina	457	Minutarij	300
Μένυξ	284	Misanthropos	449
Meo iure	413	Misanthropia	75
Οτι, Μνότι	724	Misocali	20
Mergi	406	Μισθία	492
Μεσοδικοι	61	Μισθου	492
Mesonauta	384	Mithrati	b. 511
Μεταστειν	636	Mitte me in latumias	379
Μεταστον	122	Mittere ad nomen	271
Μεθιστοι	513	Mittere cum elogio	134
Μεθοδικη αιρεσις	79	Mittere in consilium	125
Methodus	ibidem	Modella	460
Methodici medici	ibidem	Modulus aquarius	418

Mole

I N P R I O R. A N N O T.

Mole asinaria & trufatiles	427	Mundus	54
Moletrina	428	Munerare	374
Monadis arithmeticonum	48	Muricati gressus	417
Monarchia	170	Murices	ibidem
Monarchie tempora	86	Mutuli	595
Μοραιναι	658	Μυαδ	701
Morari	657	Myoparo	631
Morbus	665	Myopes	659
Mos	66	N	
Mos Gallorum improbandus	121	N, L, ampliandi signum	
Mos legum ferendarum	84	Natalibus restituere	202
Morem gerere	707	Natalium restitutio	ibidem
Mores	66	Natura	48
Moribus agere	68	Naturæ lex	174
Moribus receptum ius	362	Naturale ius	56
Morigerari	707	Naturale ius ex Cicero.	49
Morion	657	Nauclei	386
Mortarium	499	Naicularij	ibidem
Μόσχονα	407	Naiculariam facere	ibid.
Μοσχονη τα κληματα	ibi.	Naiculariores	ibidem
Moses	649	Naigandi tempus	401
Mucidum uinum	567	Necessitas causatiua	b. 40
Multam certare	388	Necessitas præcisa	ibidem
Multam dicere	ibidem	Νεκροφοροι	495
Mulier sola grauida coitum patitur	397	Necrophori	ibidem
Mulieres imperates uiris	64	Nefasti	475
Muliebria	241	Negationis usus	722
Multijugis	375	Νεοσυλλογοι	685
		Nequam	338
		Nequitia	338

C c 3

Neruus

I N D E X

Neruus	570	Nonisma à nomo Græcè	63
Nexus, uel nexum	89	Nomophylax	283
Nexi	570	Nomophylaces	277
Nexum transferendi domi-		Nomophylacia	261
nij genus	571	Nomothetica	463
Nexum inire	570	Non credere se publica	
Ad Nihilum ponere	b. 383	Non ideo, quid significet	
238			
Niceteria	285	466	
Νικητήρια	ibidem	Non liquere	123
Nidularij accipitres	585	Norma	423.452
Nobiles carpuntur	180	Norma plumbea Lesbio-	
Nobilium uita	334	rum	423
Nobilitas generis	180	Normalis angulus	453
Nocte iudicabant	Areopa-	Νόθος ἀπίσιμον	186
gite	250	Nothus	ibidem
Νόθη	63	Νόθος	ibidem
Nomarchæ	318	Νόθος λογισμὸς	87
Nomarchie	137	Notha cogitatio	ibidem
Nomen	496	Notha ratiocinatio	ibidem
Ad Nomen mittere	271	Nothia	186
Ad Nomen respōdere	ibid.	Notiones	51
Nomen accipere	ibidem	Notis excipere	382
Nomen dare	ibidem	Notis scribere	ibidem
Nomina	301	Nouemuiri	247
Nomina edere	642	Nouus homo	142
Nomi	317	Nuilla	b. 617
Nomi mutabiles, ut nomis-		Numerabantur sententia	
mata	38	234	
Νόμιμον	65	In Numerato habere	730
Νόμιμον ἐκκλησία	208	Numus	544
		Numus	

IN PRIOR. ANNOT.

Numus à numo Græcè	63	Offundo	716
Numus unde dictus	544	Officina equitatis	287
Numaria tessera	394	Officium Principis	183
Nuno addicere	572	Οἰκίτης	450
Numarij	458	Οἰκία πρεσβυτέρων	627
Nuncupare, & nuncupatū		Οἰκὸς	257
testamentum	226	Olcaster	357
Nuncupata uoluntas	227	Oligarchici	57
Nuptiæ collatæ	722	Olympias	466
Nutrix	405	Olympionicæ	356
Nutricia	284	Omnis creatura	396
Nyctalopes	659	Operæpretium	531
Nycteris	886	Οφλοῦτος	206.295
		Opinari	62
O		Opistodemos	297
Oberati	303	Optima fide	579
Ὀβελία	644	Opulentia	180
Obire uadimonium	110	Opus intestinum	436.591
Oblationales	300	Orandi potestas Athenis re	
Obligatus pecuniæ	674	cisa	250
Obliterare	238	Orari de iustis	526
Obryzum aurum	629	Oratio pro Ligario	160
Obstringere religione	650	Orationis uis	160
Obtendere	365	In Oratore quid requira-	
Obtinere ius suum	138	tur	37
Obnuntiatio augurum	218	Oratoribus non licuit affe-	
De Obnuntiatione	392	ctus mouere	249
Obseruantia cliētellaris	693	Oratoriam artem non re-	
Obstruere luminibus	411	quiri in Iurifconf.	46
Occidere	235	Orchestra	197.344
Oeconomia	181	Ordo	328
Oeconomicum	64		

I N D E X

Ordo amplissimus	199.253	Palus	408
Ordo castrensis	147	Paludatus	305
In Ordinem redigere	329	Pambasilia	131
Ordines Romæ tres	197.	Panceltion	286
328		Pancratiastra	350.425
Ordinum trium conuentus		παγκρατίαστρα	425
286		Pancration	350.424
Ordinarij dies	b.139	παγκράτιον πένταβλον	425
Ordinarij silices	423	Pandectæ Pisanæ	175
Orgyia	457	Pandectæ Tyronis Cicero-	
Orthographia	460	nis liberti	47
Orthostitæ	592	Pandectarum lectio	39
Orti ex sese	143	Pandectarum inscriptio	46
Ortyagometra	306	Pandectarum laus	ibidem
Osculandi Senatus consue-		Panetolion	286
tudo Principibus suis		Panionion	ibidem
233		Panis fragmēto uendere b.	
Ostracifmos	180	572	
Ὀὐχὸπῶς	724	Panthera	583
P		Pantomimi	343
πάχυν	614	Papinianus iuris asyllum	
Patium nudum	34	29.319	
Palestra	345.348	Papinianimors	319
Palestrici	ibidem	Paracatibole	92
Palestritæ	ibidem	παρακατιβόλη	511
Palatio	538	Paradromidæ	351
πάλιον	427	παράδρομῆς ὄλιον	119
πάλιον	338	Parasanga	457
Palmus	458	παράσκειυάστρα	359
Palmus duplex	439	παράσπασ	406
Paludamentum	191.505	παράσπασχος	502
		Parat	

I N P R I O R. A N N O T.

Paratilla	32.279	Inter Patrem & filiū mul-	
παράτιλλα	479	lum est ius	182
παρεκβασίς	514	Patres	256
παρεγγεγραμμένοι	195	Patres conscripti	195
παρεσπείρα	83	Patricij	193.256
παρεμβάλλειν	363	Patriciatu	193
παρεμβολή	ibidem	Patriciale ius	256
Parentare	332	πατρίαιον	193
Parentatio	ibidem	Patricum, siue Paternum	
Parentem necare	176	ius	64
Pares Franciæ	256.257	παρκοτόν	82
Intra parietes experiri	14	Patronus	370
Parietum formæ	533	παρκοτόν	82
Paristensis Curia	230	Paulicus	465
Paristhmia	419	Pauperum testimonio pa-	
παρισθμια	565	rum fidei adhiberi	484
Parlamentum	255.264	Pax	152
Parlamentū Tolosanū	263	Pecunia attributa	302
Parlamentaris Curia cōpa-		Pedamen	408
ratio cū Areopago	252	Pedamentum	ibidem
Paro	631	Pedarij Senatores	209
Parricida	82	Pedata uitis	409
Parricidij lex	174	Pedibus illotis	72
Parricidij Quæstores	82	Pedibus in sententiam ire	
Partim	147	235	
Partus immaturus	430	Pegafarij cursores	457
Partus uitalis	430	Peierare conceptis uerbis	
Passus	458	468	
Pastilli	628	πέπειν	441
Pastillatum argentum	629	Pelargici nomi	50
Pater patriæ	313	πέλαργον	ibidem
		CC 5	παλάτ

I N D E X

πελάται	691	Peristeron	626
Pellace	103	Permutatio Glauci & Dio	
Pellex quæ sit	ibidem	medis	341
πελάτιδες	691	Perones	670
Penfitare	695	Peronatus arator	ibidem
Penfitationum genera tria		Peritheon	623
299		Perpendicularum	423
Pentadoros	459	Perpendicularis	453
Pentathli	350.425	Perpetuum edictum	185
Pentathlon	350	Persarū Reges tyranni	131
πέπεισμαι	440	Persona	140
Perdicarij accipitres	584	Personam alienā ferre	ibi.
Perductor	718	Personaliter citare	111
Peregrini accipitres	584	Persuadere	439
Perfungi	577	Persuasio	442
Perfunctoria Budæi opera,		Pes	438
non plena	42	Petere	304
Perfunctoriè	577	Petitiones	48
Peremptam obligationem		Petesso	374
non renasci	118	Petorritum	599
Perendie	122	Petrus Crinitus	178
Perendinus dies	ibidem	Petri locus	155
Pergula	436	πίχυς	459
περίδειπνον	493	Phalerius	352
Feriergus	699	Φενάκη	655
περιγράφειν	379	Φενκίλειν	ibidem
Periodo uictor	356	Φενκισμός	ibidem
Peripatetici	347	Φερέγγιον	482
Perisclide donati	204	Φιλαλιθία	281
περιπαῖδι	714	Philalethia	281
Perissochoregia	473	Φιλάρχουσι	164

Φιλίπ

I N P R I O R . A N N O T .

φιλεταικός	15	Pignerari	ibidem
Φιλεπικία	281	Pignerator	641
φιλεπείκη	ibidem	Pignus	639
Philline agones	357	Pignoris capio	213
Philippi Regis iudiciū	282	Pignora capere & auferre	
philus	308	ibidem	
φιλοσφδῆς causidici	20	Pileæ	421.595
φιλόστοιχους causidici	ibidem	Pileus	100
Philoxenus	378	Pileati serui	ibidem
Philosophari	20	Pilenta	600
Philosophi Iurisconsulti		Pilotium	b. 538
ibidem		Πιλίδιον	535
Philosophi mercenariam o-		Pisana Pandectæ	175
peram spernunt	ibidem	Πίσις	440
Philosophi professio	ibidem	Pistores dulciarij	470
Philosophia	ibid. & 544	Pistrinum	427
φιλοσοφία	701	Pitho	441
φιλοσοφία	ibidem	Pitiocampæ	617
Philosofus	702	Placitum	268
Phonasci	346	Plana area	537
Phonascia	ibidem	Plani	635
φράτορες	298	Plantæ	405
Phratræ	ibidem	Plantanumantes	396
Phratrius	ibidem	Plantarium	405
φρέαρ	ibidem	Planus	635
Phthoria	429	Platea	581
φυσιοδότηρας	637	Plato	275
φυσιοδικέιν	111	Πλάτωνος & ἰσοθῆς	199
φύσιον	405	Plauti iocus	582
Picarij accipitres	584	Plebis quisquilæ	483
Pignero	640	Plebscitum	78.84
		Pleb	

I N D E X

Plebiscita	252	Pollinctum	493
Πλευνηράζην	387	Pollincere	492
Pleonexia	156	Politicon	38
Plethrum	456	Pollucere	493
Plinius hallucinatus	399	Pollucere patrimonium	493
Plinij locus	429.433.588	Pollucibilis cœna	ibidem
Plinij locus emendatus	126.476	Pollucibiliter	492
Plinij iunioris locus, ex epistola quæ uulgò non extat	234	Polluctor	493
Plinij sententia in Leguleos	37	Polluctum	ibidem
Plumbum	210	Poluposus	342
Πλυδοί	389	Polygamorum poena	310
Plutarchi opus	547	Pomum fugax	564
Πλάτων κεράμεως	38	Ponere ad nihilum	b.223
Ποασμός	607	Ponere cardinē causæ	129
Pocœnium	672	Pontifices	30
Pœna & beneficium, Dij Democriti	169	Pontificium ius	ibidem
Pœnales prouocationes ad Senatum factæ	233	Populus sciscere solebat	253
Pœtica autoritas	545	Populi est iubere	219
Pœtica laudes	549	Populi maiestas	196.253
Ποιῆν	359	Populi potestas	219
Ποιῆν κελσιν ἰδίας	681	In populi locum successit Princeps	231
Πολιτεία	392	Porrigere calculum	126
Polliceri	531	Porthmu?	419
Pollicitatio	ibidem	Porthoticon iuris genus	60
Pollinctor	492	Portus	631
		Positio	48
		Posidere bona ex edictis	110
		Possessio fiduciaria	61
			Pot

IN PRIOR. ANNOT.

Poste	b. 557	Præire uerba iurisiur.	469
Postulationibus uacare	321	Prælucere	735
Potestatis	b. 40	Prænotiones	52
Pothon	472	Præs	114
Præceptum Catonis	392	Præs litis	91
Præcidere	136	Præscriptio, à Cicerone auctoritas	689
Præcipere	371	Præstare	163
Prædes	632	Præstare fidem, culpam	164
Prædes hodie spöfores	114	Præster	614
Prædes pro bonis prædijs ibidem		Præstigiæ	716
Prædestinata	359	Præstigiatores	ibidem
Prædia bona	113	Præstitutum	331
Prædia optimo iure	696	Præstringere	715
Prædijs & prædijs cautum esse	113	Præsumere	371
Prædiatores	697	Præsumptiones	51
Præfectorum libellis numerus	324	Prætendere	365
Præfectus Latinarum	356	Prætexere	266
Præfecti ararij	297	Prætextæ anni	222
Præfecti fisci	298	Prætextæ puerilis	685
Præfecti militum	147	Prætextatus sermo	222
Præfecti ratiociniarum	195.294	Prætextatæ puellæ	ibidem
Præfecti scriniorum	319	Prætextati	221
Præfectus urbis	157	Prætextati filij cū Senatoribus in Curiam ibant	221
Præfectura	273	Prætextati mores	222
Præfurnium	516	Prætor	274.471
Præire	468	Prætor Centumuiris præstibat	244
Præire de scripto	469	Prætor Iudex capitalis	245
		Prætor iudex questionum ib.	
		Præt	

I N D E X

Prætorium	274.293.598	Princeps Senatus	196
Prætorium cdiſtum	185	Princeps tanquã Deus	179
Prætoris autoritas	118	Principis officium	153
Prætoris iurisdicſio	245	in Principis uerba adigi	
Prætoris uerba , do, dico,	285		
addico	294	Principi Princeps eſt lex	183
Prætorij	273		
Prætoriani conſilij acta	325	Principes Dei miniſtri	162
Præuicatorum ſibi appo-		Principatus animæ	52
nerere	137	Prifcianomaſtigæ	553
Pragmaticorum impoſturæ		Priuum	177
166		Priuata ratio	299
Pragmaticis lites pabulum		Priuilegium	85.177
præbêt, & rationes ſuas		Priuilegio præditi	266
in ſpolia conijciunt	282	Προάγγω	718
Precarium	666	Προβάλλειν	364
Πράττω	588	Πρόβλοι	276
Prehendere	213	ibidem	
Prehensare	701	Procellæ	613
Prehenſio Senatoris	214	Proconſul	312
Prelum	621	Proconſulare imperium &	
Premere teſtimonio	132	ius	312
Prima actione	133	Proconſulis ſtatus in provin-	
Primores Regiæ miniſt.	257	cia	314
Princeps Curie	286	Πρόνειςτοι	330
Princeps Traianus æquita-		Procurator	376
ti ſe ſubmiſit	275	Prodigi	142
Princeps in populi locum		Prodire in medium	383
ſucceſſit	231	Prodire in publicum	ibidem
Princeps legibus ſolutus		Productor	718
179.181		Πρόδρομοι	277
		proſum	

I N P R I O R. A N N O T.

proſum	647	προσέως	ibidem
Proſari	ibidem	Proripere	668
Proſerre	136.564	Proruere	669
Proſeſſio liberorum	706	προς ἀποſίωſιν	577
Proſiteri	703	Proſcentium in ſcena	344
Proſiteri donationem b.40		Proſcriptorum bona quo-	
Prohedri	277	modo uenibant	500
Proiecta	436	Proſcripti	40
Proiecturæ	ibidem	Proſcriptio	ibidem
Prolepiſis	51	προſλογοſααδ	642
Proletarij	483	Prolecta	436
Proloquium	47	Prolectum	ibidem
Promittere calculum	126	Protegere	ibidem
Promittere uadimonium	109	προτένειν	364
Pronca	175	πρωτόπειροι	685
Pronuntiandi tria genera		Prouerbiũ	73.304.399.
336		428.447.449.484	
Pronuntiatum	47	Prouidentia	175
Pronuntiare	226	Prouinciæ conſulares &	
Pronuntiare amplius	120	prouinciales	314
προδοποιεῖν	470	Prouinciæ iuridiciales	261
προωρησιολία	359	Prouinciolæ	316
προφάσεως ἐνεκα	576	Prouincialiũ poſtulata con-	
προπληκισμοδ	335	ſulibus edebantur	224
Propola	632	Prouocare	366
Propolæ	300	Prouocare ad populum	310
Proponere calculum	126	Prouocatio à magiſtrati-	
Proportio	57	bus ad populum	233
Propoſitum	40	Prouocatio ad nulle paſſus	
πρωράτης	385	310	
Proreta	ibidem	Prouocationes pœnales fá-	
		ctæ	

I N D E X

Stæ	233	Pupillum fraudare	339
Prouocatores	271	Purpurarij urinatores	489
Proxenia	309	Purus putus	325
Πρόξενος τῆς τοιαύτης	332	Pura toga	684
Prudentia	166	Pustule	325
Prudentia communis	52	Pustulatum argentum	629
Prudentia indiserta potior		Putatus	630
loquaci stultitia	44	Ρυτῆ	347
Pruiua	615	Ρυτῆcia	301
Pfarus	606	Ρυτῆcium	338
Ψάθυρος	478	πυελὸι	589
Pseudocatonos	529	πυγμῆ	426
Pseudourbana ædificia	598	Ρυλα	279
Psychagogos	441.450	πυλαγόρας	ibidem
Ψήφισμα	268	Ρυγῆ	284
Ψηφιστῆς κούβητοῦ	251	πυρναϊαί	ibidem
Ψηφιστῆς ταρχήμ	503	πυρομέτερον	671
Publicum	283	Pyrrhicha	346
Publica iudicia	251	Pyrrhicharij	ibidem
Publico abstinere	283	Pyrrhichistæ	ibidem
Publico se committere		Pythagorica autoritas	35
ibidem			
Publicola	66	Q	
Publicani	383	Quadrans summa	514.
Pugilicæ aut athleticæ ualere	353	644	
Pugillatus	349	Quadratus lapis	423
Pulpitum	344	Quadringenti	197
Circa Pulueris tactum	348	Quadruplatores	677.720
In Puluerem & solem	351	Quæerere	134.230
Punitus est	376	Quæsitio	125.134.304
		Quæsitio à quærendo	245
		Quæstio	127.154
		Quæst	

I N P R I O R. A N N O T.

Quæstio decreta	134	Quisquis, pro quicumq;	644
Quæstionem decernere	134	Quoad	668
135		Quoad addum	726
Quæstiones perpetuæ	157	Quotare	b. 136
Quæstor	304	R	
Quæstoris prouincialis ne-		Ratiarius	487
cessitudo cū Prætor aut		Ratio animata	183
Consule	293	Ratio humana	54
Quæstores	ibidem	Ratio priuata	299
Quæstores ærarij	295	Ratio recta	55
Quæstores candidati	303	Rationem alicuius habere	
Quæstores parricidij	82	271.315	
Quæstores urbani	294	Rationem inire	452
Quæstorū uaria genera	193	Rationem magistratus ge-	
Quæstorium	ibid.	sibi reposcere	240
Quæstura	ibid.	Ratiōe præstamus beluis	54
Qualitas procedēdi b.140		Rationes dispungere	643
Qualisqualis, et similia	644	Rationes Referre ad æra-	
Quantum plurimo, non quāti		rium	296.643
plurimi	573	Rationales	195
Quantusquantus	644	Ratiocinatio nota	187
Quassati milites	341	Ratiociniorū præfecti	195.
Quiescere	375	294	
Quinquentium	350	Rauca	606
Quintij cuiusdā similitudo		Receptitius seruus	420
556		Receptum	361
Quintiliani locus de iure		Receptores	b. 114
45		Receptores particulares	
Quinquentiones	350	b. 297	
Quiritare	371	Recipere	362.419
Quiritari	ibidem	Recipere manus iniesilio -	
		D d	nem

I N D E X

mem	332	Registrum	b. 380
Recipere se ad frugem bo-		Regula	621
nam	451	Regum sceptrum	12
Rbecamus	623	Relati in ararios	205
Recitare ex scripto	226	Relatio	49
Recitare sententiam	225	De Relatione Consul.	224
Recognitum exemplum	40	Relatores	214
Recredentia	b. 90	Relegare	213
Recta cœna	731	Religio	648, 650
Rectè atque ordine facere		In Religionem uerti	651
396		Religione obstringere	650
Restores prouinciarum	316	Religione exoluere	651
Recuperatores	120	Remiges	383
Recusare	130	Remittere cessationē sacro	
Redemptor	491	rum	320
Redigere in ordinem	168	Remittere iustitium	ibid.
Redimere	491	Rentæ	b. 95
Refellere testimonia	131	Rentam constituere	b. 93
Referre	643	Renuntio	369, 360, 367
Referre ad Senatum	84	Renuntiare hospitium	308
Referre in cõmentariũ	382	Renuntiatores	265
Referre rationes ad arariũ		Reorum accusatio in Sans-	
296, 643		tu	229
Refractarius	374	Repedo	374
Refragari	371	Repercussio	39
Refutare	132	Repetere	433
Regalia	284	Repetita consuetudo	439
Reges Gallie	181	Repetita die	438
Regestum	380	Replicatio	119
Regie ministri primores		Reprehendere	139
237		Representatio rei imaginis	112

I N P R I O R. A N N O T.

ria	108	Rubigalia	617
Representationes	b. 190	Rubigo	ibidem
Requeſta	b. 318	Ad Rubricas se transferre	
Requeſtæ	254	36	
Requeſtorũ magiſtri	b. 319	Runcare	607
Res & cauſa ad exẽplum		Runcatio	ibidem
pertinens	139	Ruta & caſa	590
Res concertata	127	S	
Res mancipi	98	Sacelli	298
Res nec mancipi	99	Sacci	ibidem
Reſcribere	636	Sacculi	ibidem
Reſortiri	255	Sacerdotes & Epifcopi Cu-	
Reſpõdere ad nomina	272	ria eieſti	264
Reſpondere de iure	163	Sacerdotes iuris	28
Reſtipulor	93	Sacerdotes ueterum	ibidem
Retinere ius	138	Sacerdotalis auaritia	495
Retorquitiõ	b. 40	In Sacerdotio indignos	
Retoritiõ	ibidem	169	
Reuocare teſtes	134	Sacramentum	106, 501
Reuocariõ	360	Sacramentum, & ſponſio	
Rhadamanthus	276	pœnales lites	106
Rhaduchi	359	Sacramento adigere	469
Rubei	663	Sacramento iuſto contende-	
Rheda	599	re	106
Rites	614	Sacramento rogare	285
Ritua	408	Sacrarium ſanctius	31
Rigor iuris ſeruatus	b. 10	Sacriſtitium	520
Rimularij accipitres	584	Sacroſancta poteſtas	31
Rogare	83	Sacroſancta eccleſia	36
De Rogandis ſententijs	211	Sacroſanctæ leges	31
Roratio	615, 617	Sacroſancti magiſtratus	16

I N D E X

Sæsina	b. 102	Sapientia ciuilis, res sanctiss	
Sæsire, pro mancip. b. ibid.		siua est	19
Sæsire suapte sponte b. 333		Sapientia liber Latine me-	
Sagati	304	dosus	609
Sagmina	190	Sarcire	491
Sagum	304	Sarculatio	607
Sales Oratorij	249	Sarritio	ibidem
Salientes	389	Sartatecta	401
Salubundus	b. 383	Sartatecta q;	493
Salutationis antiquæ specics		Sarte	401
346		Sartum & testum	403
Saluare	b. 132	Satis, non conuenit superla-	
Saluationes	b. ibidem	tiuio	160
Saluo more maiorum	67	Satrapia	318
Sallustius	162	Saturni ædis ærarium habe	
Salutaris litera A,	124	bat	296
Sancta leges	31	Satyrice	346
Sanctum	30. 190	Saxa	436
Sanctius ærarium	30	Q. Scæuola	138
Sanctius consilium	287	Scæuola quid in iure egerit	
Sanctius sacrarium	31	25	
Sanctissima ciuilis scientia		Σκάλισις	607
31		Σκάλλαρ	ibidem
Sanctiones	30	Scalmus	385
Sandapilarij	495	Scenæ inferuendum	290
Sanè cum superlatiuo	160	Scenica ars probrosa	361
Sanequam	375	Scenici	342
Σανιδωμάτι	592	Scenographia	460
Sannio	657	Sceptrum	29
Sapientes septem	157	Schedia	487
Sapientia ex ratioe nata	54	Schedion	ibidem
		Schæa	

I N P R I O R. A N N O T.

Scænus	457	Sectæ	640
Scholastica prælectio in ius		Sectores	72E
ciuile	27	Sectio	72I
Sciamaethia	351	Sectioes	100
Σκιμαίθιας	582	Secundaria breuiaria	30E
Sciatheras	ibidem	Securiclæ	396
Sciographia	461	Securiclatus	ibidem
Scire	84	Securus	719
Sciscere	ibidem	Securitas	719
Scitum	176	Sella curulis	418
Σκιτμῶσιν	614	Semina	405
Scriba	33	Seminarium	404
Scribere	637	Seminarium curiæ	408
Scribere notis	382	Seminariū triumphorū	407
Scrinia	319	Semisses	676
Scrinia duorum generū fue		Σεμισσῶσιν	713
runt	319	Senaculum	24E
Scriniorum magistri	319	Senatores maiorum mino-	
De Scripto, & ex scripto		rum q; gentium	192
recitare	226	Senatores Romæ centū ibi.	
Scriptura	631	Senatorum lectio	200
Scripturarius	ibidem	Senatorum numerus	112
Scripturientiū ambitio	26	De Senatorio iure	234
Scripturientiū insania	173	Senatus	200
Scripturientium culpa dele		Senatus est censere	219
ta iustitia	16	Senatus ex XII. tabulis	219
Scripturientium libido	30	Senatus cētere solebat	253
Scrulpuli	649	Senatus legitimus & indi-	
Scrulpulosi	ibidem	ctus	207
Sculptura	638	Senatus muliebris	24E
Σεβαστότερον	714	Senatus Parisiensis	192
		D d 3	Senat

I N D E X

Senatus populus	223	209
Senatus per quos haberi poterat	157	Senatusconf. 222
Senatus aucta potestas	315	Senatusconf. statim ad de dilec. <i>ibidem</i>
Senatus autoritas	196.253	Senatusconf. forma 227
Senatus autoritas in futurum accommodabatur	196	Senatusconf. antiquabantur interdum 238
Senatus autoritas quando prius inclinari cepit	229	Senatusconsult. per discessum 208
Senatus coactio	212	Senatusconsulti legitimitas et tempus 208
Senatus cognitio legi certae non fuit astricta	231	Senatusconsulta 241
Senatus convocandi ratio	104	Senatusconf. ad arantidem ferebantur 223
Senatus dimissio	238	Senatuscon. duo uno die non fiebant 212
Senatus legendi ratio	207	Senatusconsulta tacita 241
Senatus ordinis nomen	246	Sensus communis 52
Senatus prisca maiestas	228	Sententiam dividere 238
Senatus Ro. institutio	192	In Sententiam ire 210
De Senatus cognitione memorabile	230	In Sententiam ire pedi. 235
Senatus non licebat de cive Romano statuere	224	Sententiae a quibus recitabantur 225
Senatus quando adempta potestas	229	Sententiae ex breviculo recitandae 220
Senatum consulendi ius	207	Sententiae numerabantur 234
Senatum non iudicasse reos	227	Sententiae non numero, sed pondere valebant 239
Ad Senatum a Iudicibus appellationes	230	Sententiae rogandae 211
In Senatu non omnibus data potestas dicendae sententiae		Sententiae tabellares 245
		Sententiae tabellarum 121
		De

I N P R I O R . A N N O T .

De Sententia dividenda	236	Siphunculi	389
Septem aquaria	536	Sirij	536
Septem sapientes	157	σινυπείσια	394
Septuaginta interpret. & discipuli	150	σινύσιος	<i>ibidem</i>
Sequi fidem alicuius	481	Socium ledere	339
Sequitur	338	Societas humana	53
Serendi gerenda multa	406	Solarium	417
Sermo interior et exte.	280	In Solem & pulverem	351
Sermocinator	376	Solers	698
Servi pileati	100	Solidarij	300
Servinus legibus	170	Solidus	676
Servius Sulpitius	28	Solonis prudentia	176
Servij Sulpitij laus	15	Solonis Respub.	169
Servitius	55	Solvere canonibus	184
Servus ad limina	452	Solvere legibus	<i>ibid.</i>
Servus receptitius	429	Sophi	157
Sescuplus	716	σοφουλῆς	158
Severitas castrensis	341	σοφός	<i>ibidem</i>
Sex viri	247	Sordes Iudicum	700
Sibyllina carmina	34	Sordidi	458
Sicarij	247	Sortes iudiciorum	255
Sicinnis	346	Sortitio animaduersum in milites	341
Siderati	618	Spacelismus	618
Sideratio	611.615.618	Spartea	298
Sigilla	594	Specimen edere	686
Sinia fibrillis	b. 623	Spectatio	486
Simulares	677	Spectatores	<i>ibid.</i>
Simularia uenditiones	356	Specularia	409
Simus	708	Specus	595
In Sinu habere	707	Sperma	406

I N D E X

Σφακελισμός	618	Status duplex	128
Σφακελίζειν	618	Stationarij milites	432
Spheristæ	316	Statumen	409
Spheristerium	313	Στέγαι	337
Spheristici	316	Stelæ	427
Spithama	439	Στῆλαι	ibid.
Σπογγῆς	489	Στηλιτοδῆτικοὶ λόγοι	422
Spongiatores	489	Stemmata	143
Ex Sponso actio	95	Stephanitæ agones	336
Sponso	93.94.95	Sterilitatum causæ	614
Sponso Cleopatrx	95	Stylus	136
Sportæ	298	Stipendiarij milites	98
Sportellæ ibidem,	322	Stipis ponderandæ pensato	
Sportula	731	res	98
Sportulæ	298	Stipulatio	93
Σπυδαρχεῖν	701	Stipulatio distinctiua b.	40
Spurcare	428	Stipulatio in diem concepta	
Spurcum uinum	ibidem	118	
Spurius	186	Stipulationes alternat.	40
Spurij uersus	ibidem	Stitisse	335
Spuria cogitatio	ibidem	Στοιχισμός	381
Stabularij	381	Stolidi	169
Stabulatio	ibidem	Stolones	405
Stadium	456	Stomachus	664
Stadiodromi	349	Stricti iuris uocabulum	13
Stathmus	457	Strucilis	423
Στάθμη	454	Struciles canales	422
Σταθμῶδες	713	Structura	ibidem
Staticulum	399	Structuræ genera	423
Statuere ex æquo et bon.	12	Sturnus	606
Status	195	Suada	441. 449
		Suad	

I N P R I O R . A N N O T .

Suada medulla	430	Suggrundia	ibidem
Suadela	441	Suitas	b. 35
Suadere	439	Sullaturire	ibidem
Suarium forum	292	Sulpitij laus	160
Subdialia	410	Summa cognitio	246
Subdualia	ibidem	Summa excurrens	313
Subducere	668	Summa lex	174
Subuocatio	503	Summa quadrans	644
Subitæ imagines	145	Summa quæstio	128
Subleuare	132	Summum ius	13
Sublimpetæ accipitr.	384	Summo iure agere	13
Sublinere os	77	Summū tribunal curiæ cen-	
Submittere	415	tenariæ	258
Subrepta uitis	409	Summittere fasces	327
Subscribere	137.369	Suo iure	413
Subscriptor	370	Suo iure agere	414
Subscriptio	ibidem	Superfoetatio	395
Subsellia	386	Superior causa	133
Subsidiarij	268	Superstitio	548
Substantia	372	Suppeditatus	376
Sucenturiati	268	Supplicationes	284.320
Successores prouinciar.	306	Supplicationes amburbicæ	
Sucula	622	617	
Sudor	81	Supprædes	114
Sugillare	363	Suscudes	596
Sugillare	335	Suspectus Iudex	b. 40
Sugillare pudorem	333	Sycophantiæ poena	63
Sugillata	333	Συγκάθετος	369
Sugillatio	333.335	Σύγκλητος	208
Suggrundæ	434	Συγκρῆσις	426
Suggrundatio	ibidem	Syluoscere	614
		D d 5	Συμβ

I N D E X

Συμβολή	300	Taxis	323
Symphoniaci serui	385	Tectoriam	498.505
Συνάγειν δικαστὰς	126	Tectorij induratio	499
Synanche Demosthenis	543	Temere	375
Σύνδικος	269	Tempestates	613
Συνέχου	129	Tempore plus petere	113
Συνίσεις	607	Tergemini	397
Συρφετόν	484	Terræ filij	143
		Terræ pondus	169
		Terræ progenies	143
		Tertullianus de Legissertis	33
Tabellariæ sententiæ	121	Tessera hospitalis	308
Tabellares sententiæ	245	Tesseram confringere	308
Tabes	611	Tesseræ frumentariæ	393
Tablina	144	Tesseræ numariæ	ibid.
Tabulæ domesticæ Romanis	726	Testa	336
Tabulæ Iudicium	121	Testaceus	ibidem
Tabulæ ternæ Iudicium	126	Testes assidui	483
Tabulas conficere	728	Testes classici	ibid.
Tabularis sententiæ	251	Testes exceptione maiores	483
Tacita Senatusc.	241	Testibus denuntiare	140
Tactio	376	Testimoniū denuntiat reus	ibidem
Τάγμα	329	Testimonia elenare	131
Talea	406	Pro Testimonio dicere	134
Talio per analogiam	62	Testudo	400.626
Talionis ius	62	Tetradoros	459
Talionis pœna ex leg. XII. tabularum	63	Tetragonum	453
Talos	276	Tettigometra	306
Ταπέυς	492		
Τάφειν τὸ ἀξίαι	587		
Τάφας	197		

© litera

I N P R I O R. A N N O T.

© litera	125	Thynnoscopi	420
Thema	40	Thynnoscopia	421
Thematici	356	Tibialia	630
Τὸ ἑλπίον	390	Tigris	122
Themis	28	Τιμῆν	713
Themistes oracula ibidem		Timanthis pictoris exem-	
Θεμιστοκλῆς	29	plum	291
Thense	600	Τιμῆσιν	588
Theodorus Gaza	162	Timemata	390
Theomachi	528	Τιμῆμασιν	482
Theophorumeni	646	Timonion	449
Θεοφύλακτος	ibidem	Timotheus tibicen	474
Thera	583	Τιγέσιν	640
Θεραπεία	694	Τιφῆν	430
Θηροσῆσιν	614	Toga	221.504
Thermopylae	270	Toga pura & uirilis	684
Thesaurarij	b. 298	Tolerare	367
Thesis	47	Tolosanū Parlamētū	263
Thesmophylaces	29	Tonsille	663
Thesmothete	247	Torcularia	625
Thessalus medicus	80	Toreumata	430.437.638
Theta nigrum	125	Tornata opera	638
Θηροσῆσιν	503	Tornus	639
Θορακῶν	478	Torquati	203
Throchisci	629	Torques	ibidem
Thymelici	344	Tractare	128
Θυμῆσιν	421	Tractatus	ibidem
Thynnarij	420	Traducere	515
Thynni	ibidem	Traducio	ibidem
Θυμῆσιν	421	Traducio utriusq; testamē-	
Θυροσκοπῆν	ibidem	ti	608
		Trag	

I N D E X

Tragixontes pueri	663	Tribuni	147
Tragomaschali	ibidem	Tribuni ærarij	297, 302
Tratani memorabile uerbū	275	Tribuni ærati	303
In Tralatione noui testamē		Tribuni ad Patritios	78
ti errata	151	Tribuni militum	146
Transcribere	636	Tribunorū domus aperta	218
Translatitius	372	Tribuni pleb.	213, 272
Translatitium	578	Tribuni plebis sacrosancti	31
Translatitium edictum	209	Tribuni pleb. multam di-	389
Translatiuē	578	cebant	217
Translatiuum	ibidem	Tribunitia intercessio	67
Transuetio	331	Tribunitia potestas	67
Transuersaria	592	Tribunitia potestas sacro-	32
Transuersarij	539	sancta	85
Trapetum	620	Tribunitiæ leges	85
Τραυλότης	661	Tribunitium auxilium &	217
Tremisses	676	prouocatio	194
Tretum	430	Tribus Romæ x x x v.	302
Treuga	b. 40	Tributum	376
Τεῖχος	416	Tricari	489
Tribonianus	153, 681	Trinabola	337
Tribuere ius suum unic.	53	Τρίσηρον	245
Tribulus	416	Triumuii capitales	623
Tribunalis forma	387	Trochlea	623
Tribunalia	ibidem	Τροχίλιον	284
Tribunalia & Centumui-		Τρόφιον	499
ralia	244	Trulla	ibidem
Tribunus	147	Trullissatio	416
Tribunus sacrosanctus	85.	Tubulus	416
218		Tub	

I N P R I O R . A N N O T .

Tubus	ibidem	ire, deserere	109
Tueri fidem	481	Vadimonio obstricti homi-	112
Tumulus honorarius	190	nes	109
Tumultus	501	Vadimonia Veneria	113
Tumultus insignia	502	Vades	100
Tumultus iustus Gall.	ibid.	Venire sub corona	613
Tumultuarij	503	Vagi	374
Tumultuarium	502	Valere	662
Tunica	198	Valgi	564
Tunica laticlavis	198	Vappa	661
Tuo iure	413	Vari	662
Turbo	614	Varius homo	580
Tyaneus	474	Vari	109, 114
Τυχεῖον τῶν Δικαστῶν	138	Vas	b. 694
Tympanum	624	Vasalli	638
Tympanum haustoriū	625	Vascularius	662
Typhon	613	Vatij	645
Tyro	684	Vbiubi	600
Tyrocinium	ibidem	Vestabula muliebria	622
Tyrocinium facere	687	Vestarij	ibidem
	V	Vestes	98
Vacare postulationibus	321	Vestigalis fundus factus	96
Vacuare	b. 139	Vestigalia comparare	386
Vadari	109	Vestores	599
Vadari, pro citare persona		Vehicula gestatoria	ibidem
liter	113	Vehicula oneraria	600
Vadimonium	109	Vehicula sacra	532
Vadimonium missum facere	112	Velamentum	b. 40
Vadimonium promittere ob-		Vendibiliter	104
		Vendicatio rei	714
		Venditare	Vend

I N D E X

Venditores	300	Veteratorium	ibidem
Venditio sub redimēdi lege facta	96	Veutam facere	b. 40. 103
Venus cum Marte illaqueata	65	Via	79
Veneris usus	654	Vibex	313
Venire ad rationem	b. 15	Vicarius	91
Venire in rem presentem	40. 107	Victus athletarum	352
Verba exoleta fugienda	162	Videant Consules ne quid Res. acrumēti capiat	31
In Verba Principis adigi	285	Viere	431
Verbenaca	191	Vietor	ibidem
Veritas	521	Vietores	612
Vermiculare	619	Vietus	431
Vermiculari	614	Vilis	146
Vermiculatum opus	437	Villa	263
Vermiculatio	614	Villa rustica	593
Verfipellis	687	Villa urbana	597
Verfuram facere	479. 484	Villae partes	597
Verfuram soluere	480	Villanus	146
Verfus x. 11. tabularum	161	Vindicare in gleba	104
Verfus spurij	186	Vindicie	85
Vertex	613	Vindicie à vindicando	92
Vertere solum	507	Vindicie pro recedenti	ibidem
Verti in religionem	651	Vindicie secundum libertatem postulata data	83
Verum pro iusto	521	Vindicta liberatus	89
Vesfertilio	686	Vindicius	89
Vesfyllones	495	Vino aquam infundere	423
Veterator	683	Vinum acidum	564
Veterator aduocatus	ibidē	Vinum consistens	565
		Vinum doliare	571

Vinum

I N P R I O R . A N N O T .

Vinum fugiens	564	simplicium	168
Vinum mucidum	ibid.	Volumina legum multarum	72
Vinum pendens	573	Voluntaria commercia	57
Violenta commercia	57	Votum Achilleum	524
Virginij filia	88	Vox assa	385
Virilis toga	684	Vredo	611. 615
Virtus	181	Vrinari	489
Vis diuina	613	Vrinator insignis	488
Vis maior	612	Vrinatores	489
Visceratio	458	Vsia	563
Visceratores	458	Vsucapio, à Cicerone autoritas	689
Visere	369	Vsuræ centesimæ	705
Visendus	ibidem	Vsus negationis	722
Vitia hominum quo modo mulcentur	21	Vtilitas à Iustitia	69
Vitilia	431	Vtilitas à natura sciētia	55
Vitiorum tria genera	660	Vua	665
Vitis arbutina	406	Vxor mater familiās	103
Vitis pedata	409	Vxor nō mater familiās ibi.	
Vitis subrecta	409	Vxor quibus modis habebatur	ibid.
Vitruuij architectura	434		
Vitruadices	404	X	
Vlta	458	Xenia	507
Vmbilicus terræ	270	Xenius Iupiter	308
Vmbratilis pugna	351	Xystici	350
Vna lex esse debet	33	Xystos	350
Vnguenta	628	Xystum	351
Vniones	430	Z	
Vocationē & prehensionē habentes magistr.	215	Zonarius sector	635
Volumina iuris in perniciē		Zoophyta	396

FINIS.